vna questio. vtrū sit tm̄ vnum ens īmobile qđ permenides posuit finitū et mellissus infinitū.

Et videtur primo q̄ sic. qz ens et vnū cōuertuntur vt dicit ph̄s quarto metaphisice. ergo oīne ens est vnū ex quo consequenter sic arguitur. Oīne ens est vnū. er go tm̄ vnum ens est. Cōsequentia patet ab vniuersali affirmatiua ad exclusiuam in terminis transpositis be ne valet consequentia. vt sic arguendo. oīnis homo est animal. ergo tm̄ animal est homo ¶ Secūdo sic. hoc ens est ens. z est tm̄ vnum. ergo tm̄ vnū ens est. Cōse quentia probatur per necessitatem syllogismi exposi torij ¶ Tertio sic. ph̄s improbatiōe sua. qua intēdit ostēdere falsitatem permenidis z mellissi committit fal latiam figure dictōis. quia innuit istam cōsequētiam. si oīnia sint vnum ens. ergo vel erūt vna substātia tm̄ vel accidens tm̄. ibi ens a parte predicati supponit simpliciter pro natura entis in communi. z tamen sub eo fit sup sumptio ¶ Quarto philosophus disputādo cōtra p menidem z mellissum vt metaphisicus debet ostendere motuz esse. sed nō facit hoc disputādo cōtra eos. per di uisionem entis z vnius igitur insufficiēter procedit.

¶ Quinto ratio philosophi qua probat multitudi nem entium ex multitudine ptium definitiōis videk fal sum supponere. quia partes definitiōis nō videtur a se inuicem distingui. nec a definito realiter. In oppositum tamē rationum est sententia philosophi in textu et ponū tur duo discursus

Maior primi est Substantia sine acci dentibus non est quanta neq; qualis. Mi nor Nec potest accidens in natura sine sub stantia subsistere Conclusio Igitur non est possibile omnia que sunt in natura vnum ens esse.

Maior patet. quia qualitas z q̄ntitas sunt' accidētia substantie superaddita a quibus denominatiue dicitur quāta vel qualis. nec q̄ntitas terminat' dimēsionū que dicitur terminata per figuras idētificatur substātie Nec ipsa substātia actu eēntialiter quāta dicitur sz soluz po tentialiter que potētia est terminus q̄ntitatis vel fecūdi tas per quam a substantia q̄ntitas nascitur. qualitas aūt essentialis q̄ sz substātie idemtica sit nō tamē qualitas accidētalis a qua denominatiue dicitur substantia qua lis Minor patet per philosophum septimo metaphi sice dicētez. q̄ accidēs nō est ens sz entis modus in tri plici genere cause a substātia dependēs. ergo non potest subsistere sine substātia. z hoc naturaliter quia virtute diuina p̄ter cursuz nature operātis potest actu ꝓseruari in natura sine subiecto. sicut facit in sacramēto euchari stie. et nō solum vnum accidēs sed quodlibet Sicut em̄ potest cōseruare q̄ntitatem sine substātia. ita alia accidē tia fm̄ esse etiam naturale sine q̄ntitate. quia nō plus de pendent accītia a q̄ntitate q̄ omnia accidētia dependent a substātia. manēt aūt accītia idiuidua sua ꝓpria ꝑ tute quā ꝓ tra xerūt a substātia siue subiecto. qz eē actu in subiecto nō est de ratōe accidētis sz solū aptitudine Cōclusio sequitur ex premissis. qz ea que sunt a natura etiam fm̄ ponētes vnum ens sunt vel vnū ens infinitum vt dixit mellissus. vel finitum vt voluit permenides. finiti autez et infiniti ratio soli q̄ntitati cōuenit. z per ꝓsequēs nō po test esse sola substātia. nec solum accidēs. z cum substā tia nō sit accidēs. sequitur q̄ multa sunt entia.

Maior Tripliciter dicitur vnum conti nuitate indiuisibilitate et ratione Minor Unitas quecunq; repugnat collectiue enti bus nature Conclusio. Igitur ponentes tm̄ vnum ens incidūt in multiplex incōueniēs

¶ Iste totus discursus patet per philosophum in textu et est cōtra opinionem innaturaliter loquētium. quoruz error est satis manifestus ad sensum. statim em̄ apparet multitudo entium. Et propijs etiam principijs isti us sciētie faciliter cōuinci potest pluralitas entium. scili cet ex pte motus. quia ad motum requirūtur tria z ad minus mouēs z mobile que necesse est esse distincta. et ergo ne ꝓincerētur negabant motū.

Ad obiecta i oppositū

Ad primū est dicēdum. q̄ omne ens est vnū accipiēdo omne distributiue. quia de quolibet ente verum est dice re q̄ sit vnum sz nō collectiue. quia sic sensus est. q̄ omnia entia simul accepta sunt vnū z sic est falsa. et sic permeni des et mellissus dixerunt. z añ eos eorum magister ze nophanes Et ad quod subditur dicendum est. q̄ ta lis cōsequētia valet solum quando hoc signum exclusi uum tm̄ facit propositionē de excluso subiecto. siue ex ponatur gratia alietatis siue pluralitatis z siue vnū acci piat transcēdēter siue pro principio q̄ntitatis discrete. qz sensus ē. q̄ hoc qđ est vnū. et nō aliud q̄ vnū est. vel hoc qđ est vnum z nō plura q̄ vnum est Si vero accipiatur signū exclusiuum vt facit propositionem exclusiuā. hoc est dupliciter. qz vel exponitur gratia alietatis. z sic est vera accipiendo vnuz transcēdenter. qz sensus est q̄ esse

uenit vni ⁊ nō alteri q̄ vni ⁊ hoc verū est q: ens ⁊ vnū
uertūtur. est tñ sic falsa si vnū accipiatur vt principium
titatis discrete. q: sic multa sunt preter hoc vnū. sicut
deus ⁊ substātie separate que nō habēt pinuitatem. ⁊ sic
nō sunt vnū. vel exponitur gratia pluralitatis. ⁊ sic semp
est falsa. qualitercūq; accipiatur vnū. q: sensus est q esse
uenit vni et nō pluribꝫ q̄ vni. et hoc sp est falsum. ⁊ ad
illum intellectum reprobātur antiqui. Ex qua propositione patet. q hoc signū exclusiuū tm pt accipi triplici
ter. vno modo vt facit propositōem de excluso subiecto.
et sic virtus sua cadit supra subiectū excludēdo oia alia
a pportio subiecti. sꝫ nō a predicato. ⁊ sic sensus huius p
positionis est. tātū vnū est ens id est vnū est ens qđ vnū
nō est plura q̄ vnum. ⁊ hoc modo infertur hec propositio. ex vniuersali affirmatiua. Scđo modo accipit vt facit ꝓpositōem de excluso predicato. excludēdo pportia p
dicati a subiecto. ⁊ sic sensus huius propositionis est. tm
vnū est ens id est vnum est ens quod vnum nō est plura
Tertio modo potest accipi vt facit propositionē exclusiuā. put excludit pdicatū a cōportio subiecti. ⁊ hoc vel
gratia alietatis exponēdo in terminis nō nūeralib⁹. vel
pluralitatꝫ in terminis numeralib⁹. et sic hec ꝓpositio tm
vnum est ens debet sic exponi id est vnū est. ⁊ nō plura
q̄ vnum. et sic est falsa propositio nisi impropꝛie exponatur gratia alietatis. et vnū capiatur trāscēdēter. et sic sensus est. vnum est. et nihil ab vno transcendēter accepto
quod est verum. primo modo tamē debet exponi ex quo
ponitur cum termino numerali. Et per idem pt solutio quo ad secundum. ¶ Sed cōtra predicta arguit
sic. Ens quod de omnib⁹ dicitur est substantia omniuꝫ
ergo cum in hoc omnia conueniunt. videt q omnia sint
vnum ens. quod eīm est in rebus quo ens distinguitur
non videtur esse ens simpliciter. sed potius accidens. ergo simpliciter erit vnum ens. Ad hoc respondet dominus Albertus. primo metaphisice tractatu quarto ⁊ capitulo quinto ⁊ in alijs tribus sequētibus in cōclusione
hac cōueniunt omnes innaturaliter loquentes zenophanes Alexander peripotheticus mellissus ⁊ permenides. qui tamen in hoc differunt. quia zenophanes dicit
oia esse vnuꝫ ens. sed non explanat. quid sit illud. an materia. vel forma. Sed alexander grecus vt ex libro eius
colligi potest. dicit omnia esse materiam quam dicebat
esse deum hyliatim ⁊ nois quē imitati sunt quidam qui
hanc tanq̄ deum venerabantur sub idolo palladis circa quod inscriptum fuit q pallas est quicqd est. quicqd
fuit. quicqd erit. cuius pepulum nullus vnq̄ sapientum
reuelare potuit. Similiter quidam dauid de dinanto in
quodam libro nisus est probare. q omnia sunt vnuꝫ qđ
est materia. Et in hanc opinionem videtur consensisse
mellissus. licet non eiusdem motiuis. Sꝫ dixit rationabilius his permenides omnia scꝫ esse vnum substanti
aliter per formam ⁊ non per materiam. ⁊ illud vocabat
lumen prime cause. Dom est ergo ad obiectum. q ens
quod de omnibus dicitur est substantia omnium originaliter non fm esse sed fm rationem. ea autem que conueniunt fm rationem genericam vel analogicam specie
et ratione distinguuntur quiimo predicamentaliter. vnde omnes in hoc peccauerunt q dixerunt primum per
secundum non multiplicari quod falsum est. quia cum
huiusmodi vniuersalia sunt in inferioribus fm esse multiplicantur in ipsis genere specie ⁊ numero.

¶ Ad tertium est dicēdum. q philosophus hic supponit sicut antiqui in veritate dixerunt. q omnia essent
vnum ens numero. ⁊ sic bene valet cōsequentia. q ergo
omnia erunt vna substantia vel vnū accidēs. licet simpliciter cōsequētia non dicitur valere. vt patet in simili omnia sunt vna substantia numero. ergo omnia sunt vnus
homo vel equus quare non cōmittitur fallacia figure dictionis. Et licet substantia ⁊ accidens sint vnum numero accidētaliter. nō tamē essentialiter ¶ Ad quartum est dicendum licet philosophus cōtra eos disputādo per principia metaphisice non probat sufficienter motum esse directe. vtiq; tamen indirecte. quia ipse destruxit eorum fundamentum quo motum esse negauerunt.
vnum ens immobile ponentes. ¶ Ad quintum est
dicendum q triplex est definitio. quedam est pure essentialis que inuenitur in substantijs data per principia intrinseca. Secūda est data per additamentum eiusdem
generis. ⁊ talis est definitio forme partis que definitur
per materiam sicut patet de anima in secundo de anima
Tertia est que datur per additamentum alterius generis. ⁊ illa locum habet in accidentibus. Et ratio istius
distinctionis est. quia sicut se habz res ad esse ita ad definiri. ergo illa que habent completuz esse intra se. possunt
complete definiri. que vero habent esse incompletum et
dependens ad aliud habēt per illud definiri tanq̄ per terminum siue depēdentie. ⁊ ille terminus quandoq; est in
eodem genere. quādoq; in alio. In prima igitur definitione ptes definitionis ⁊ definiti idem dicunt in re. sed
differunt fm rationem. inq̄tum genus dicit formā formabilem. differentia formam formantem. ⁊ species formam formatam. Et hec differētia nō est solum rationis
ratiocinantis. sed etiam rei rationabilis in q̄ntum ipsa
natura continet in se virtute plures gradus. quorum
vnus comparatur alteri vt imperfectus pfectiori. et includitur prior in posteriori. ⁊ nō ecōtra. ⁊ sic natura fm
vnum graduꝫ fundat rationem generis. fm alium rationem differentie. fm tertium vero rationem speciei. ⁊ ergo phs per ptes essentiales definitionis cōuenienter arguit pluralitatem entium. licet eīm idem dicāt in re. tamē
sumuntur aliquo modo a diuersis in virtute ⁊ illa multitudo in virtute arguit cōsequēter multitudinē in actu
q: gradus pfectōnis in vno ⁊ eodē ptinent ad vnam naturam. licet in diuersis distinguantur substātialiter sicut
patet in questione in scđo de aīa mouenda. In definitionibus vero alijs manifestū est esse multitudinē ⁊ diuersitatem rei vt de se manifestum est.

Incidunt dubia circa

textum expositum. Primum An ens dicatur vniuoce de substantia et accidente. de deo ⁊ creatura.
Et videtur primo q sic. quia illud dicitur vniuoce qđ
non solum est commune pluribꝫ fm nomē. sed etiam fm
rationem rei significate. sed ens est huiusmodi. igitur.
Maior est philosophi in antep̄ dicamētis Minor pbat
quia res significata per hoc nomen ens est communis
deo ⁊ creaturis. substantie et accidenti. quia quādocūq; intellectus certus est de re ficata p nomen. et dubius
de illis in quibus res per nomen significata inuenitur
et includitur. tunc non solum nomen est commune sed

res. dum igitur intellectus noster circa rem significatam per hoc nomen ens est certus ⁊ dubius de rebus significatis per nomina in quibus res significata per nomē inuenit. ergo ens est commune nomine ⁊ ratōe. certuz em̄ est q̄ ens sit. cū sit simplex vt dicit Algazel primo metaphisice ⁊ similiter auicenna. ⁊ certus est intellectus de aliquo q̄ sit ens. et tamen dubiuz est an sit deus vel creatura. Et similiter antiqui certi fuerūt de lumine q̄ sit aliquid sed dubiū apud eos fuit. an sit substantia vel accidens ¶ Secundo sic. prima dignitas nō est multiplex. ergo nec ens. Antecedēs patet. quia ipa est certissima ⁊ firmissima. Cōsequētia probat. q̄ prima dignitas ex ente ꝓstituit. sed constitutū sapit naturam constituentium. ¶ Tertium signum distributiuum nō distribuit terminū equiuocum pro suis equiuocatis. sed ens p signum distributiuum distribuitur pro omnibus suis suppositis. ergo nō est equiuocum. ¶ Quarto vnius potentie ⁊ vnius habitus scientifici est vnū obiectum certū. sz intellectus est vna potentia cuius pfectio est sapientia. ergo obiectum eius erit vnum sz primum obiectum est ens quod cadit in intellectum nostruz primo. sicut dicit Auicēna. ergo ipsum est vnū ¶ Quinto omnis multitudo reducitur ad vnitatem. sz p̄dicatio equiuoci est multiplex. ergo ad aliquaz vniuocam est reducibilis. sed primū p̄dicatum oīm est ens. ergo vniuoce predicatur ¶ Sexto sic si diceret equiuoce de deo et creatura nihil ꝓtingeret ꝓgnoscere de deo. probat. q̄ vnū equiuoco ꝓ. nō ꝓgnoscit per reliquū. q̄ omnis ꝓgnitio est rōne similitudinis. equiuoca autez equocata omnino sunt diuersa. secūdo etiam nihil posset de deo demōstrari propter equiuocationem impedientem demōstrationis virtutem. Cum tertio q̄ sic per nomina deo attributa nihil in re significaremus et fcatōes nominū nō possent extendi vltra ea q̄ imponendo noia in rebus creatis inuenimus. ⁊ si nihil deo et creaturis sit commune nihil per noia fcare poterimus ea deo attribuendo.

¶ Septimo ens est primum creatū primi precedēs predicamēta formaliter. est em̄ informe. Alia vero formata sz informe precedit formatum. sed principium formale vniuoce se diffundit et nō equiuoce vel analogice. ergo ens dicitur vniuoce de substantia et accidēte ¶ Octauo dicit autor libri causarum. q̄ ens est ex finito ⁊ infinito ꝓpositum. ita q̄ versus superius est finitū ⁊ simplex et vnitissimum. ergo versus superius est maxime vniuocum ¶ Nono esse per se et in alio aut sunt differentie oppposite. aut modi oppositi ipsius entis. vel ergo ambo sunt de intellectu entis. vel alterum eorum. vel neutruz

Non primum quia oppposita non sunt de essentiali ⁊ intrinsico intellectu alicuius. Non secundum q̄ si fuerit p se tunc non potest verificari de accidente. ⁊ si fuerit esse in alio tunc non potest verificari de substantia. q̄ si vnū oppositorum fuerit essentiale reliquum nō erit essentiale. relinquitur ergo vltimum q̄ neutrum sit essentiale enti. ⁊ sic ens poterit abstrahi q̄ modū generis ⁊ de accidēte ⁊ substantia.

¶ In oppositum arguitur per ph̄m quarto metaphisice dicentem. q̄ ens dicitur de entibus sicut sanū dicitur de sanis. Et primo ethicorum vbi ph̄s reprobat platonem ponērem vnam ideam oīm bonorum dicēs q̄ nō potest esse vna idea oīm bonorum propter multitudinē entis ⁊ boni in diuersis predicamentis. Et in predicamēntis. si quis omnia entia vocet nō vniuoce sed equiuoce ea nuncupabit. ¶ Pro solutione dubij ꝓsideradum est. q̄ differentia est inter cōmune vniuocū. equiuocum. ⁊ analogum. qz vniuocū dicitur qd̄ vno noie vnam rem pluribꝫ ꝓmunē fcat ⁊ eque principaliter Vniuocū eñ vniuocans non fcat sua vniuoca vniuocata. sz significat rōem pluribus cōmunem. pluribus dicitur essentialiter sicut genus spēs et differentia. Equiuocum vero dicitur quod vno nomine plura fcat eque principaliter et hec vocatur equiuocū a casu. differens ab vniuoco in hoc. quia vniuocū vniuocans nō fcat ime diate sua vniuocata. sz immediate fcat cōem ꝓceptum qui est cōmunis eis fm rōnem alicuius predicabilis. vt aīal non significat imediate hoiem ⁊ asinū. sz ꝓceptū generic̄. Sz equocum equiuocans fcat imediate sua equiuocata. vt patet in primo antepredicamēto. vt canis imediate fcat canē latrabilem. sidus celeste ⁊ beluam marinam. Analogū vero est medium inter equiuocū ⁊ vniuocū. vocatum alio nomine equocum a consilio. Et significat vno nomine plura quodam ordine. et hec vnitas est quodāmodo maior. ⁊ quodāmodo minor vniuocatione. Maior quidem est ex pte illius p̄mi ad quod analogata cetera referuntur quod est vnum nūero. In vniuocis vero fcatū vniuoci vniuocantis est vnum specie vel genere. Minor vero est. ex pte referibilium analogatorum que plus differūt plerūq; q̄ vniuocata. Ista aūt analogia prioris ⁊ posterioris nō sumitur fm habitudinem formе communicabilis. q̄ forma est principiū vniuocationis. sed sumitur penes habitudinem aliarū causarū. sc̄z efficientis finis ⁊ materie. Exemplum primi. vt militare dicitur analogice de multis fm q̄ ordinē habeat ad primum efficiens. sc̄z militem. Exemplū secundi. vt sanum dicit de multis habentibus ordinem ad sanitatem sicut ad finem. Exemplū tertij. vt ens dicit de multis accidentib; ordine quodam fm q̄ diuersimode referuntur ad substantiam q̄ est subiectum ⁊ materia in qua ipsorum. Istis igitur suppositis dicenduz est q̄ ens non dicitur vniuoce de substantia et accidēte ⁊ de deo et creatura ⁊ hoc probatur primo ex significatione nois. q̄ omne vniuocum vere ⁊ proprie dicitur de vniuocatis et non incōpacte et improprie. sed ens nō dicit vere de deo. ergo non est vniuocum quacūq; vniuocatōe Minor est dionisij dicentis negationes de deo dicte sunt vere. affirmationes vero incōpacte. vnde verius et magis proprie dicitur q̄ deus non est ens. q̄ deus est ens. Secundo dicit autor libri causarū. Prima causa est superior omni narratione. narramus autem per hoc nomen ens. ergo est re significata per hoc nomen ens superior. ergo non significat naturam communem vniuoce deo ⁊ creaturis conuenientem. Tertio vniuocata que vno nomine significantur conueniunt in vna natura ⁊ ratione rei significate sed in nullo conueniunt deus ⁊ creatura. q̄ in eis est summa diuersitas ex quo deus est ens illimitatum ⁊ infinitum per se subsistens. creatura aūt ens per participationem. sed finitum et infinitum non habent conuenientiaz Secundo probatur idem ex predicatiōe nominis entis quicqd em̄ p̄dicat vniuoce hoc predicat vt genus spēs dīa ꝓprium vel accidens. q̄ non sunt plura predicabilia vniuoce p̄dicabilia. ⁊ sic ibi distinguit p̄dicatio vniuocatorum ꝓtra p̄dicatōem equocā. ⁊ nō denoiatiuā sed ens nō p̄dicat vt spēs. nec vt dīa. nec vt ꝓprium. nec vt accīs.

vt manifestū est. ergo vt genus. ꝫ hoc est impossibile. qz nihil est in genere nisi potētiale z finitū seu definibile. ꝫ deus nō est potentia nec finitus. oīe em̄ quod est in genere est potentiale p ordām tanq̄ p actū ab ipa distinctū determinabile. tale aūt nō est infinitū formale. qz vt dicit Auicēna octauo metaphisice cap'lo quarto. deus nō est in genere quia genus est pars. deus aūt pars esse nō potest. ꝓpter simplicitatem eius. Preterea quicūq̄d est in genere est definibile. deus non est definibilis. igitur deus nō est in genere quod ꝓcedit doctor subtilis tenēs tamē q̄ ens vniuoce dicitur de substantia z accidēte et de deo z creatura. Tercio ptz idem ex cālitate dei sic effectus qui nō adequat virtutem siue cause non recipit formam siue cause ſm eandem rationē quia posset esse vna in causa z causato. ꝫ creatura nō adequat virtutem siue cause. est em̄ deus infinite virtutis in causando. sicut em̄ creatura non adequat suā causam sibi. ſm attributū sapientie. ita nec ſm qōcunq̄ aliud attributū. ita nec ſm hoc predicatū q̄ tamē ꝓprie nō est attributū. scz ens Vnde ens creatum est finitum alterum infinituz. vnde dicere deū ꝓuenire cū creaturis in entitate est declinare ad pfidiā eorū qui negāt deū esse creatorē siue factorē celi z terre. Scōa pars ptz. ſ. q̄ nō dicat vniuoce de substātia z accidēte autoritatib⁹ superius adductis. Rationibus sic. si ens essz genus respectu substātie z accidentis tūc videret de eis dici quidditatiue. ꝫ hoc est impossibile. qz tūc nō essent decem ḡnalissima ꝫ plura qd̄ est ꝓtra Porphirū z Aresto. Dum scōo. qz de ratōe ḡnis est nō pticipari z p̄dicari de differētijs Vñ tertio metaphisice dr ꝓbs q̄ impossibile est genus aut generis spēs de differētijs formaliter acceptis p̄dicari. Debet em̄ rō cōtrahibilis esse extra rōem ꝓtrahētis z ꝓtrahēdo ꝓstitui entis. ꝫ ens de oibus dr. nihil em̄ inuenit de quo nō verificat rō entis z extra cuius rōem est. Qꝫ āt nō ſcat naturam cōem ꝓuenientem substātiā z accidēs patet. qz si sic tūc decem predicamēta nō essent decem rerū prima pricipia z primo intellecta qd̄ est ꝓtra ꝓmētatorē tertio metaphisice dicētem decē predicamēta esse ꝑmo intellecta et vltimo. Primo via ꝓpositōis. z vltimo via resolutionis. Preterea ꝑmo diuersa nō cōueniūt in aliquo vno priori. qz si in aliquo ꝓuenirēt dicerētur differēta z nō diuersa. ꝫ decē p̄dicamēta sunt primo diuersa. qz ex p̄dicamētis diuersis fiūt ꝓpositōes ımediate negatiue. vt ꝓbatur ꝑmo posterioꝝ qd̄ nō essz. si ens p̄cederet ex natura rei substātiam z accidēs. z istud videf esse de mēte dñi Alberti dicētis in ꝓmēto p̄dicabilīū. cū dicitur substātia ē ens q̄ ibi sit p̄dicatio idētica z nō est ēntialis. nec accidētalis. Similiter primo metaphisice ꝓmēto dr capitulo tertio primi tractatus q̄ vnitas entis est analogie ordo seu vnitas scz multoꝝ ad aliq̄d vnuz. Nō q̄dem qd̄ p vnam ratōem est in illis. nec etiam vt dicunt quidam p diuersas ratōes. ꝫ potius sic q̄ illa diuersa aliquo mō sunt vnius. z ille modus quo sunt ad vnū vel vnus ē diuersus in diuersis. z q̄liter illoꝝ modoꝝ est ens qd̄ simpliciter vnū est qd̄ est substātia. Et iuxta hoc notandū est q̄ analogia entis. alia est entis accepti vt ſcat tā ens creatū q̄ increatū. z ꝑut ſcat substātiam vt accidēs triplici alietate. Nam analogia entis ad deū z creaturas ē entis magis cōiter accepti q̄ analogia respectu substantie z accīntis. qz respectu substātie z accidētis ē soluz analogia entis creati Scōo entis ad deū et creaturā sumit ſm habitudinē et ordinem principij effectiui vel finalis et formē exēplaris. ꝫ que est entis respectu substātie et accidentis est ſm rōem principij materialis subiecti inq̄tum substantia est subiectū accidentis. ordine quodam Tertio dr. qz in analogia entis respectu creati z increati aliter sumitur ordo ex parte rei cui nomē imponitur et aliter ex pte nois ſcantis siue ex pte qualitatis a qua nomen imponit. primo modo per prius dicit de deo. secundo modo per prius dicitur de creatura. qz noīamus deum ex creaturis sicut ipm ꝓgnoscimus. ꝫ in analogia entis respectu substātie z accidētis seruat ordo ḡntū ad id cui nomē imponitur z a quo nomē imponit. Analogia autem entis qd̄ est primū creatum primi ſm rōnem reducit ad quatuor gradus seu quatuor ſcata Primus gradus est eorum que habent esse reale z pfectū vt substantia. Scōs est eorū q̄ habēt esse reale ꝫ debile z depēdens sicut accītia. quoꝝ analogia est ſm nouē gradus. Tertius gradus est eorū que habent esse ꝑmixtū ꝑuatione sicut motus z tempus. Quartus est eorū q̄ habēt esse debilissimū scz in rōne tm̄ sicut negatōes z priuationes. q̄ solū ſm rōem aliquid dicunt z similiter ficta.

Ad obiecta i oppositū

Ad primū est dicēdū. q̄ intellectus pt esse certus z dubius de vna et eadem re vno modo sumpta ex pte rei rationabilis. dūmodo diuersimode sumatur ex pte rōnis rōcinantis circa res diuersas vno noie analogice significabiles. potest em̄ intellectus de duobus disiunctiue acceptis esse certus et incertus de altero extremo disiūctionis ſm se. et ita in ꝓposito ꝑt intellectus esse certus de aliqua re q̄ sit ens. et dubitare an sit creatum vel increatum. sicut certus est de tota aliqua disiunctione puta q̄ ens vel sit creatū vel increatum. z dubius de vna pte disiūctōis determinate. Similiter de aliqua re potest esse certus q̄ sit ens. et dubitare. an sit substantia vel accīns sicut certus est de re q̄ sit substantia vel accidens disiunctiue. et incertus est an sit substantia vel accidens determinate. Vnde hoc nomen ens solū est cōmune et nihil ex pte rei. p nomen significate nec res nec ꝓceptus realis ex pte rei. sed quia intellectus noster ꝑius fertur in totum disiūctū indeterminate q̄ in quālibet pte determinate. ideo cum hoc nomē ens sit impositus tanq̄ analogum ad ſcandū deuz z creaturam. et sub quadā indifferentia et disiūctione. intellectus noster circa hoc ratiocinans. Prius certus est de re q̄ sit ens q̄ deus vel creatura p hoc nomen ens nō ꝓcipit ꝓceptum vnuz. ꝫ neutrū. q̄ est intrinsicū obiectum siue conceptionis ſm conceptū indiuīdem qui est sub disiunctione alter ꝓceptuuz scz vnius analogati vel alterius. Vnde ex hoc q̄ q̄s certus ē q̄ canis sit in platea. et ignorat an sit canis marinꝰ vel latrabilis nō oportet inferre q̄ canis significet conceptū communē et rem ſcatam ad hunc vel illū canem qualiter ſcatū est per hoc nomen canis. Et similiter nō oportet. si quis in proposito dubitaret an ens sit eq̄uocū vel vniuocū q̄ ꝑterea sit cōceptus communis ad equiuocū z vniuocū ¶ Ad scōm est dōm. q̄ primū ꝓncipiuz complexum non est multiplex simpliciter. sed ſm quid. scilicet multiplicitate analogie plerumq̄ vnius extremi propositionis. talis aūt multiplicitas non repugnat veritati principiorum. Dum qz potest in propositione poni multiplex non multipliciter. sicut si dicatur canis est ens. Dum. qz multiplicitas analogie non repugnat

principio ꝓplexo. sicut nec repugnat incõplexo saltẽ trã scendẽti. quale est principiũ cõe qđ non ingredit demonstratõem formaliter ſz virtualiter Ad tertiũ est dicẽdũ. q̃ nõ distribuit, signũ distribuit m terminũ equocũ equiuocatione à casu in ordine ad predicatũ qđ cõuenit ei pro suis significatis. sed equiuocũ a consilio bñ distribuitur vel etiam a casu in ordine ad predicatum qđ conuenit ei pro omnibus suis equiuocatis. Ad quartũ est dicendũ. q̃ vnius potentie est vnum obiectum. non tamen oportet ipsum esse vnum ea vnitate qua est potẽtia vna. alias oporteret obiectũ eẽ vnũ numero sicut potentia. sed sufficit vnitas analogie qualis etiam sufficit ad vnitatem habitus. et ergo dicit phs q̃ scia non ẽ vna simpliciter. ſz est eorũ que sunt ad vnum. Ad quintũ est dicendũ. q̃ multitudo finaliter reducitur ad vnitatẽ nõ vniuocam. ſz potius analogam que est ex parte principij ad qđ fit reductio maior q̃ in vnitate vniuocatõis Vnde in hoc ꝓportionant vniuersale in causando ꝛ p̃dicãdo. q̃ sicut causa prima nõ est cã vniuoca. ſz potius analoga. sic etiam primũ predicabile nõ est vniuocũ sed analogum. Ad sextum est dicendũ. q̃ non valet ꝓña q̃ deus nõ cognoscitur neq̃ ꝓgnoscibilis est a priori. ſz p seipm p propriã essentiam que est quo ꝛ qđ in ꝓgnitione beatifica. vel a posteriori p effectus analogice ascendendo ab effectibus fm qualẽcunq̃ similitudinẽ in notitiam cause. nõ em̃ se habẽt causa ꝛ effectus sicut equoca equiuocata a casu ſz a ꝓsilio Ad septimũ et octauum simul est dõm. q̃ ens est primũ creatũ pmi fm rõem. et hoc est substantia fm rem. licet nõ fm nostrũ modũ considerãdi qui prius accipit fcatiõem totius diſiũctiui q̃ alterius ptis determinate. ꝛ hoc esse qđ est substantia nõ ꝓducitur ab intelligentia que nõ hz esse substantiuũ ex se. ſz ex substantiua fxione pme cause. ſz hoc esse dicit forma fm autorem libri causa ꝛ inq̃tum proportiõatur possibilitati rerum creatarum. et sic esse limitat proportionando nõ tamẽ materie proprie dicte ſz possibilitati. per animam aũt nobilem nature corporee proportionatur. ꝛ p naturam ad spẽm determinatur. talis vel talis spẽi. Vnde hoc esse quod est primũ creatum primi non est cõe ad substantiam ꝛ accidẽs. sed substãtiale esse qđ fm esse superius est purum. sed fm q̃ participatur fit vmbrosum instar luminis a sole ꝓcedẽtis cuius pmus processus radius directus et secũdus reflexus. Vnde sicut sol imediate nõ producit radium refractum ſz directum. ita sol increatus prima causa non producit immediate aliud esse q̃ substãtiale. ꝛ hoc fit variũ fm diuersum descẽsum ab ipsa Ad nonum est dicẽdũ. q̃ esse per se ꝛ esse in alio nõ sunt drãtie entis existẽtes extra rationem entis sicut drãtie vere ꝛ proprie sunt extra rationem generis. ſz sunt modi oppositi entis analogiam importãtes. vñ per se de intellectu entis simpliciter dicti. q̃m analogum p se positum stat pro significato famosiori. Nec tamẽ ex hoc sequitur. q̃ nõ possit dici de accidente q̃ dr de substãtia simpliciter. Accidẽte vero quodãmõ scz p attributiõem. sicut sanũ dicit de sanitate animalis. et fm attributiõem de sanitate vrine medicine ꝛ diete in q̃tum sunt vel signa sanitatis vel cause vel cõseruatiue sicut ens simpliciter dicit de substantia De accidentibꝫ vero inq̃tum sunt vel mensura substantie vel dispositio. qualificans vel fm diuersos modos qualificandi substãtiam. Et quia cõmunitas maior est in noie entis q̃ in nomine substãtie. ideo dicẽdo ens substãtia. nõ ꝓmittit nugatio q̃ ſz repetat eadẽ res nõ tñ sub eodẽ noie. Et ꝓpter hoc etiam in ꝓmentarijs super porphiriũ editis patuit q̃ non valet argumentum. substantia est ens. ergo omne ens est substantia nisi accipiatur ens ex nomine pro principali analogato ꝛ illo modo non predicatur de substãtia substantialiter vel accñtaliter ſz idẽtice. fm nomen notatũ licet non fm nomẽ nominãs. Et quo patz q̃ rõ generis repugnat enti. q̃ nõ fcat entitatẽ cõem preuenientem substantiam ꝛ accñs. si q̃ sint drãtie entis nõ sunt enti extranee qđ reqrit ad rationem generis.

Secunduz dubium est.

¶ An accidens sit distinctum realiter a substantia. sicut phs in vna rationũ suarum supponit q̃titatem distingui a substantia. Et videtur primo q̃ non. quia si accidens distingueretur a substantia realiter. tunc ipsum eẽt quiddam reale substãtie superadditum. ſz hoc non igit. Minor probatur. quia ens dicitur analogice de substãtia ꝛ accidẽte. In analogis aũt primum analogatorum videtur habere totam rationem analogi siue rei significare. Cetera vero per quãdam reductionem ad primum recipiunt denominationem. vt patet de sanitate que realiter tm̃ est in animali de quo primo dicitur In alijs vero solum est denominatiue per respectum ad animal. puta quia vel est signum sanitatis vel causa ¶ Secũdo si accidẽs realiter distingueretur a substãtia tũc accidẽs haberet essentiam in proprio genere. ſz hoc nõ. q̃ in proprio genere nõ habet definitiõem que ẽ oratio indicãs essentiam rei ex quo definitur per subiectum. ¶ Tertio q̃titas nõ est distictum a substãtia. ergo nõ oẽ accidẽs est a substantia distinctum. Cõsequẽtia est manifesta. Antecedẽs probatur q̃ est materie coeterna sed materia ẽ substãtia. Et iam q̃titas est principium individuationis. sed individuum est substãtia. igitur. Solutio sic quod probatur autoritatibus ꝛ rõnib⁹. Primo autoritate phi in textu dicentis. si ens significaret substantiaz et accidẽs tunc non potest dici q̃ sit tm̃ vnum ens. q̃ accidens ꝛ substãtia sunt multa. ꝛ primo posteriorũ dicit. q̃ coordinationes predicamentales sunt impermixte volens q̃ ille proponẽs sunt immediate negatiue in quibꝫ vnum predicamẽtum negat de alio. Et iaz quarto metaphisice diuidit ens extra aiam siue reale in decem predicamenta. Rationib⁹ sic ostendit. Prima. illa sunt diuersa quorum intrinsice cõditiones sunt diuerse. sed intrinsice cõditiones substantie ꝛ accidentis sunt diuerse. ergo. Maior est manifesta. Minor ꝓbatur. quia condicio substantie est esse per se. ꝛ accidẽtis esse in alio. que cõditiones sunt diuerse. Secunda. illa sunt diuersa que habent diuersas rõnes principiandi. sed substãtia ꝛ accidens sunt huiusmodi. ergo sunt diuersa. Maior probat quia modi principiandi accipiuntur ex diuersis virtutibus. vbi em̃ sunt diuerse virtutes ibi sunt diuerse nature rerum. Minor probatur. quia forma substantialis ꝑncipiat formaliter ꝛ intrinsice. eo q̃ nõ potest esse immediatum ꝑncipium operandi trãsitiue ad extra. cuz nihil citra primũ agit per suam essentiam. Accidẽs autem est principium operandi quo transitiue ad extra. sicut calor est principium calefaciendi. Iste autem rationes causandi sunt diuerse. quia pma est per conuersionez forme ad suum proprium subiectum cui dat esse. ꝛ secunda p̃ q̃ uersionem extra suum ꝓprium subiectum ad materiaz

extrinsecā in quam agens agit. Tertia ratio est. quecūq; terminant motus realiter distinctos illa sunt distincta. siue diuersa. sed sic est de substantia et accidente. ergo sunt diuersa. Maior probatur. quia motus capit vnitatē siue entitatē a termino ad quez. ergo etiā capit ab eo distinctōem. Minor. pbaf. qz substantia terminat gnatōem. accidēs vero alteratōez. augmētatiōez. diminutōem vel loci mutatōem. et q̄uis accītia q̄dā p modum sequele simul cū substātia acq̄runf. adhuc tamen sunt diuersa a substātia. qz nō directe z intrinsice terminant motū ad substātiam. sz solū p modū sequele vt dictum est. z hoc satis ostendūt accītia in venerabili sacramento eucharistie q̄ibi fm catholicā fidē subsistūt sine subiecto qđ nō esset possibile p quācunq; potentiā si accidēs esset realiter ipi substātie idē ¶ Ad obiecta in oppositū. Ad primū est dām q duplex est analogia. vna ē qua posterius analogatū retinet naturā cōis analogi. sz decliuiori z imperfectiori mō. z talis est analogia entis respectu dei z creature. Manifestum em̄ vnicuiq; est. q creatura est ens licet imperfectū in ordine ad creatorem et tal' est analogia respcū subē z accītis. Ppf qđ phs dnto metaphisice diuidit ens reale in decē p̄dicamenta dās p hoc intelligere q accīs vere est ens reale. Alia ē analogia vbi vltimū analogatū nō ptcipat rationē cōem cōis analogi. sicut q̄n diuidit homo in hoiem viuū z pictum Manifestū em̄ est. q homo pictus nō ptcipat rōem hominis z talis est analogia sanitatis vel sani. qz sanū fm definitōem suā q̄ est ꝑmēsuratio calidoz frigidoz ūi humidoz z siccoz nō verificat de vrina dieta vel medicina per hoc dām est ad obiectū. q nō oportet in q̄libet analogia p̄mū analogatoz habere totam naturā cōis analogi ¶ Ad scām dām est. q accīs habet quādam essentiam in prop̄rio genere sz impfectam z dependentē a substantia. definitio aūt debet explicare essentiā definiti fm totā eius dependentiam. z ita nō sufficit ponere ea q̄ sunt ꝓpriū generis. sz oportet addere subiectū a quo dependet qđ est alterius generis scz substātie. Et hoc dr̄ intergredif definitionē accītis ꝑcretiue accepti z abstractiue. qz in definitōe accītis ꝑcretiue accepti subiectū habet rōem generis. eo q accīs vt sic fcaf p modū substantie ꝓpositē in quo rō generis sumif a materia subiectū aūt habet rōem materie in qua. In definitōe vero accītis abstractiue accepti. ponif subiectū loco dr̄ie. eo q sic accidens fcaf in rōne simplicis forme cadētis a substantia. et etiā ex eius p̄cipijs fluentis. z ponif subiectū in definitōe eius loco dr̄e hītis se in rōe p̄cipij hāc depēdentiā terminantis ¶ Ad tertiū est dām. q nō valet ꝓsequentia. qz nō oportet si aliq̄d sit alteri coetemū q nō distinguaf ab eo. qz sunt q̄uoz coequeua vt inquit dns Alber tus z tū manifestū est cuilibet illa eē distincta: Etiā et si q̄ritas sit p̄cipiū indiuiduatōis distinguēs in esse sensibil' distinctōis vnū indiuiduū ab alio. nō tū est p̄cipiū intrinsecū indiuidui qz sic materia z forma sūt p̄cipia indiuidui intrinseca eo q ad esse rei ꝓcurrunt.

Tertium dubium est

An substātia materialis aū q̄ritatē accepta sit p se diuisibilis. Et videf q sic. qz substantia materialis aū q̄ritatem accepta ex materia et forma est ꝓposita. igif ipsa diuisibilis est aū q̄ritatē. qz posito toto ponif ei⁹ passio q̄ est diuisibilitas ¶ Sc̄do sic. quicq̄d est cā aūtis ē causa ꝓsequētis. sz materia p se est cā q̄ritatis. g̃ ipa est causa diuisionis. z p ons ipa est diuisibil' ¶ Tertio sic q̄cq̄d habet esse extēsuz aū q̄ritatē est ante eā diuisibile sz materia est hmōi. igif. Minor patet. qz accidens capit extēsionē suaz a subiecto. sz q̄ritas est accidēs substātie materialis. ergo capit extensionē a substantia materiali. et per ꝓsequēs oportet substātiā materialem aū q̄ritatis aduentū esse extensam. vel aliter accīs excederet subiectum in quo recipitur ¶ Quarto sic secluſa q̄ritate ab aliquo ꝑticulari p intellectū adhuc ibi remanent in substantia materiali diuerse ptes abinuicē distincte. vt i sorte q̄ritate sua excluſa adhuc capitis materia nō est materia pedis. igif ille ptes secluſa q̄ritate abinuicē distinguunf. Solo substātia materialis aū q̄ritatē nō est diuisibilis. vt pz auctoritate z ratōib. auctoritate phi in textu dicētis ꝓtra pmenidē z melissum. q si sola substātia eēt tūc nec eēt finita nec infinita. cū nō essz q̄rta. z p ons nō eēt diuisibilis Rōnib. sic qua. p̄ma est. remoto alicuius passionis subiecto remouef illa passio. sz diuisio est q̄ritatis passio. igif q̄ritate remota substantia materialis nō erit diuisibilis. Scđa. omne diuisibile est multitudo aut magnitudo tertio phisicoz. sed materia non est multitudo nec magnitudo. igif. Sciendū tū est q aliqui theologisantes dixerunt materiam p se esse diuisibilem ac p̄mā diuisionē esse in substantia q̄z rō fuit. q̄m substantia materialis in infinita individua p̄tif. qz dixerūt q ex p̄mi hois materia p eius decisionē generarentur oēs posteriores. z qz illa materia nō est infinite q̄ritatis igif nō posset diuidi in infinitū rōne q̄ntitatis. sz per se dicunt ei ꝓuenire. dixerūt tū. q illa materia non habet ptē extra ptē. sic q ps iuxta ptē ponaf. sz potius habet ptē in ptē. Sz ista positio nō hz veritatē. qz materia aū q̄ntitatem vel est simplex vel ꝓposita. si simplex ipsa est indiuisibilis. si ꝓposita aut erit ꝓposita ꝓpōne p̄ma. vel scđa Non p̄ma. q̄m illa est forme substātialis cū materia. et sic ipi non loquunf de ea Neq; ꝓpōe scđa. que est accidētis cū substātia qz illa sequif ꝓpōem p̄mā Preterea i oi diuisione ptes debēt inter se differre. vel hoc eēt ēntialr vel accītalr neutrū āt illoz ē dām. igif. Non ēntialiter q̄m sic differrēt materia vel forma. nō forma qz hic fit locutio de materia aū formā accepta Neq; materia qz nulla dr̄ in eo in quo ꝓueniūt. sz ille ptes ꝓueniūt in materia. igif p eā nō dr̄. Non accītaliter qz in ipa nullū est accīs ¶ Ad obiecta in oppositū Ad p̄mū est dām q in materia fm se ꝑsiderata nō est aliqua ꝓpō. z iō negādum est aūs. Et supposito q ibi esset ꝓpō materie cum forma. tū adhuc ipa nō esset diuisibilis diuisione q̄ntitatiua de qua hic fit mensio. et sic potest dici q duplex est diuisio. qđ ā est in ptes essentiales. alia est in ptes extensiuas. et illa non ꝓuenit materie non q̄nte. Et est notandum q nō eodē modo p̄ctus z substantia materialis sunt indiuisibiles. q̄m substātia materialis z si de se nō habeat actu diuisionē ē tū radix ex q̄ pullulat q̄ntitas p quā fit actualis diuisio. sic aūt nō ē de puncto ¶ Sz dicere diuisum in actu p̄supponit diuisibilitatē in potentia. sz materia exīs sub q̄ntitate ē in plura individua diuisa. g̃ ipa aū q̄ntitatē est diuisibilis. Ad hoc dr. q est duplex potentia. quedā est logica que ꝓsistit in nō repugnātia termino. z sic materia aū oēz q̄ntitatē ē potētia diuisibilis. alia est potētia phisica q̄ est aliq̄d ire et illa aū q̄ntitatē est indiuisibil' ¶ Ad scām ē dām q sz materia sit cā q̄ritatis z q̄ritas diuisiōis. nō tū sequif q materia sit

per se diuisibilis. licz tamē bene sit cā remota diuisionis Nam in simili modo arguendi nō sequitur. materia est causa trianguli. ⁊ triangulus habet per se tres angulos equales duobus rectis. ergo ⁊ materia. quia committitur fallacia accidentis ¶ Ad tertium est dicendū. q accidēs capit effectiue extensionē a suo subiecto. ipa tn q̄titas respectu subiecti dat ipi materie forme extēsionē et non oportet materiam prius esse extēsam añ aduenit q̄titatis nisi dūtaxat virtualiter. aduenīente vero q̄titate ipa formaliter ⁊ actualiter efficit ptensa. Vñ nō est inconueniens q subiectum det effectiue esse sui accidentis. accīte formal'r dante esse accīntale ipsi subiecto. vt albedo respectu sui subiecti ¶ Ad quartū est dicēdum. q secluſa q̄titate p intellectum ab aliquo indiuiduo puta forte tunc ptes non distinguunt loco ⁊ subiecto neq; fm situm. ſz differūt solū porestatiue. ⁊ ideo illo casu posito materia capitis ⁊ pedis distinguerētur ptātiue

Quartum dubium est.

Vtrū vnū sit triplex ꝓtinuitate indiuisibilitate ⁊ rōne. Solutio q sic. q. oē pfecte ⁊ simpliciter vnum est in diuisum in se ⁊ diuisum a quolibet alio. aut ergo est indiuisum fm actum et potentiam. ⁊ sic est vnū indiuisibilitate. aut est indiuisuz fm actū diuisibile tn fm potentiā et hoc dupliciter. quia vel est indiuisibile in ptes integrales. ⁊ sic est vnū ꝓtinuitate. vel in ptes subiectiuas. ⁊ sic est vnū rōe. ⁊ si sint modi vnius plures ad hos facile reduci possunt. vnitas vero generica ē vnitas fm quid. et similiter vnitas analogie est imperfecta. ⁊ vnū numero per accidens compositum ex subiecto ⁊ accidēte non est simpliciter vnum

Quintum dubium est.

An infiniti sicut finiti rō q̄titati ꝓuenit Solutio sic accipiēdo infinitum ꝑut cōtrarie vel priuatiue opponit finito materiali. de quo locuti sunt phi naturales. ſz infinitum ꝓtradictorie oppositum finito bn inuenitur extra genus q̄titatis de quo naturales phi locuti sunt. ſz nō naturaliter. Dicitur notanter infinitum oppositū ꝓtrarie vel priuatiue finito materiali q̄titati ꝓgrue q. infinitum formale oppositū finito formali non ꝓuenit q̄titati molis ſz virtutis vt patebit latius tertio phicorū

Sextum dubium est.

An totum sit sue ptes. Et videt q non. q. si sic vel haberet veritatē de toto integrali. essentiali vel potestatiuo. sed nullum illorū est dām. igit Minor. ꝑbat inducti ue. ꝑmo de toto integrali. quia cōtraria ꝑdicata verificā tur de toto integrali ⁊ eius ptibus. sunt em ptes ꝑtes toto. ⁊ totū ptib; posterius. ⁊ ptes sunt ꝓponētes ⁊ nō ꝓpositē. totū vero ꝓpositum ⁊ nō ꝓponēs. ⁊ sunt ptes minores toto ⁊ totū maius ptib;. Scōo patet de toto eēntiali. q. totum essentiale non est materia ⁊ forma. ſz aliq̄d tertiū ex illis resultans. Tertio ptz de toto potestatiuo. q. tale totum est de genere substātie. ptes vero de genere accidēt;. vt ptz de alia ⁊ suis potentijs ¶ Secundo si totum ⁊ sue ptes essent inter se eedē. tūc sequeretur q vna ps esset alia. Nam demonstrata vna parte illa eēt eadem cū toto. ⁊ similiter demōstrata alia. q̄cūq; aūt vni singulari singularit' rēto sunt eadē illa sunt inter se eadē ſz sic est de illis ptib;. igitur erunt eedem inter se. ¶ Tertio si totū est sue ptes. vel q̄ est oēs vel aliq; non primū. q. omnis illa est falsa in qua affirmatur vle vniuersaliter sumptum. Nō sēm q. eadē rōne qua eēt aliquе ptes etiam eēt alie ↄ;ijs. ¶ Quarto aliq̄ dō totū dz esse ⁊ manere cuius ptes singule sunt. aut non sunt. aut fluunt aut refluunt. q̄ manifestum est totum nō idētificari suis ptib; ¶ Solo q totum potest accipi tripliciter vno modo cathegorematice fm q idē est qđ integrū habens ptes. ⁊ sic verificatur ista ꝓpositio. totū quod ē in mūdo est in oculo meo. i. pfectum reḡsitum ad ꝓstitutionem oculi est in oculo meo Scōo modo accipitur sincathegorematice. ⁊ sic est signum vniuersale distribuit tn p ptib; integralib;. ⁊ valet tn sicut q̄libet ptes. ⁊ ꝫ mō ꝓceditur ista totus sortes est minor sorte. Tertio accipiť ptm cathegorematice ⁊ ptm sincathegorematice et sic valet tm sicut hoc et nihil eius quin hoc. ⁊ sic conceditur q totus deus est vbiq;. ⁊ q anima sit tota in toto et in qualibet pte tota. Accipiendo vero totū cathegorematice est octuplex totum ⁊ fm hoc diuersimode ad veritatem ꝓpōnis est respondendum. Ost primo de toto integrali dicēdū est. si totuz sumatur cathegorematice siue sit homogenū siue hetrogenū ē idē realiter suis ptib; ꝓiunctim sumptis. diuisim aūt sumptis ptib; solū idētificatur totū homogenū eēntialiter licz nō in oīb;ac cidēt;. Prima pars patet autoritate ꝓmentatoris dicentis circa tertium. q totum est aliud a qualibet pte. non tamē ab omnib; simul sumptis. Dicitur aūt simul sumptis. q. totū vtiq; est aliud a ptibus diuisim sumptis ꝑut sunt in toto nec est totū omnes ptes aggregate simpliciter. ſz ea aggregatione qua totum ꝓstituūt. Nō em totū integrale est sp eqliter integrū. q. qđdā est ꝓtinuum. qđdam discretum. ⁊ q. ptes fm q sunt in vniri et aggregari ad eē totius ꝓstituūt totū ita vt sic distinguūtur fm rationem rei rationabilis a toto. non aūt fm rem. fm aūt q sunt in aggregato eē simpliciter idemtificant. Scōa ps patet. q. totū integrale est maius suis ptib;. ⁊ ptes etiam sunt priores sicut probat ꝑma obiectio immo sic opponit ptib; seorsum sumptis sicut diuisibile indiuisibili. Indiuisibile dz indiuisibilitate opposita ꝓtrarie vel priuatiue diuisibilitati. ⁊ non ꝓtradictorie. Vlez tamē est q totū homogenū sicut dicit secūda ps ꝓclusionis cū sit eiusdē rōnis in se ⁊ in suis ptib;. ita q de qualibet pte separata a toto etiā pōt ꝑdicari. ideo ipsuz realitate eēntiali a nulla ptiū distinguitur fm spēm. realitate tamē accidētali a qualibet distinguit Secus est de toto hetrogenio qđ ē varie nature cū suis ptib;. saltē separatis a toto q̄ separate nō manēt nisi equiuoce. q. totuz ab illis ptib; separatis a seinuicē ⁊ a toto distinguitur realiter realitate eēntiali ⁊ accidētali. Separatis dicit q. q̄diu manēt in toto p substantialē formam non distinguunt essentialiter essentialitate absoluta. ſz solum respectiua. q. sunt in actu per vnam substantialem formam a qua est absoluta rei essentia. ſz nō p vnam forme eēntialem secunditatem. Secūda ꝓclusio est totum integrale sincathegorematice acceptum distinguit ab omnib; ptibus simul sumptis et seorsum sumptis. q. de qualibet pte totius integralis verum est dicere q non est oēs ptes simul sumpte nec q̄libet est omēs seorsum sumpte Vñ ista non admittit' quelibet pars est quelibet ps nisi reddēdo singula singulis. Tertia. totum acceptū pti

categorematice ⁊ partim sincategorematice.est idem partibus simul sumptis ꝯiunctim ⁊ non separatim vt supra dictum est. Quo ad totum potestatiuum ꝑsiderandū est ꝙ triplex est totum potestatiuum.quoddam est qđ est substantia respectu suarum ꝓprietatuz.sicut anima respectu vegetatiui.sensitiui.⁊ intellectiui. quoddam est quod est substantia respectu aptitudinum preuenientium que sunt in genere substantie.quoddam est vt genus respectu suarum differentiarum.vt animal respectu rationalis et irrationalis. Illa distinctione stante dicendum est.ꝙ totum potestatiuum acceptum primo modo totum categorematice vel partim categorematice ⁊ partim sincategorematice distinguitur essentialiter ⁊ simpliciter ab omnibus partibꝫ simul sumptis⁊ separatis.quia aīa distinguitur a vegetatiuo sensitiuo ⁊ intellectiuo Totum vero potestatiuum secūdo modo acceptum distinguitur ab omnibꝫ partibꝫ simul sumptis vel separatis realitate respectiua sed non absoluta.Sed totuz potestatiuū tercio modo acceptum distinguitur a partibꝫ simul sumptis ⁊ separatis ſm rationem rei rationabilis tm̄.Si autem totū accipiatur sincategorematice admittitur reddendo singula singulis. Quo ad totum definitiuum quod est definitio respectu sue definitionis est ista conclusio. Totum definitiuum accipiendo totum categorematice vel sincategorematice vel partim categorematice ⁊ partim sincategorematice est idem ſm rem cum omnibꝫ suis partibꝫ simul sumptis ⁊ disiunctim.licet nō ſm rationem etiam rei rationabilis.quia definitum est species.definientia genus ⁊ differentia. Genus autem ⁊ differētia identificantur speciei ſm rem ⁊ etiam seorsum. Ista tamen conclusio intelligenda est de definitione logica ⁊ nō physica, que datur per quatuor genera causarum. Quo ad totum essentiale quod constituitur ex materia ⁊ forma sit ista conclusio. Totum compositum cathegorematice acceptum ⁊ partim categorematice ⁊ partim sincategorematice est idem omnibꝫ partibꝫ simul sumptis non aūt cuilibet. nec̄ omnibꝫ simul non cōiunctim sumptis. Patet.quia totuz cōpositum distinguitur a materia seorsum ⁊ similiter a forma ⁊ ab vtrisq̄ non coniunctis. sed identificatur partibus simul ꝯiunctim sumptis.quia non est totum essentiale aliud q̄ partes vnite. ſm autem ꝙ sunt in vnitri ꝓncipiant totuz ſm ꝙ sunt in vnito esse. et ideo vt sic a toto distinguūtur.non tamen realiter.quia forma scz anima rationalis non est alterius speciei ab homine Nec est dicendū ꝙ totum ꝯpositum dicat entitatem distinctam ab entitatibꝫ partium simul sumptarum ⁊ ꝯiunctim que sit forma totius.vt quidam volunt.quia forma totius non est formaliter totum.sed est id quo totum composituz est. ⁊ ita distinguitur a toto ſm rationem.sicut spes ab individuo sicut em̄ forma partis est quo materia partis est. ita forma totius est qua totum compositum qđ est materia totius est.dicitur igitur totum compositum aggregatuz ex forma partis ⁊ materia partis simpliciter ꝯiunctis .ita ꝙ forma partis informat materiam partis.non em̄ quelibet ꝯgregatio facit totum ꝯpositum qđ est vnū per formam totius. Et in hoc est differentia a toto aggregato ex subiecto ⁊ accidente.qz partes ille non faciūt vnuz.sed solum ꝯplexū.⁊ ideo totuz est ambe partes ⁊ nihil amplius etiā nō ꝯiunctim sumpte.secus est de toto essentiali vbi ptes essentialiter vnūtur ad ꝯstitutionem totius ꝯpositi. Quo ad totū in modo ⁊ totum vle cū habeant se ꝓportionabiliter dām est.ꝙ ꝓtie non possunt distribui ꝙ hoc signum distributiuū totū.⁊ ideo loquendo de eis ingr̄tum accipiunt ꝙ hoc nomen totū ingr̄tum categorematice accipitur vel partim categorematice ⁊ ptim sincategorematice.sic loquendo de toto ponit hec ꝯclusio. Totum vle est realiter idem suis partibꝫ seorsum ⁊ diuisim sumptis ſm rez sed nō ſm rōnem. Sed de toto in modo aliter dicet.quia hoc nō est idem partibꝫ simul sumptis vel seorsum sumptis. Tot̄ in tpe ⁊ totum in loco habent suas ꝓpria distributiua ꝑter signū distributiuū totus.⁊ habēt illa duo tota distinctōem a suis partibꝫ.sicut totū integrale hō genitū

Ad obiecta in oppositum.

¶Est aūt subiectū numero quidem vnum. specie vero duo. homo quidem em̄ et aurū et oīs materia nūerabilis est. hoc em̄ aliquid magis et non sm accidens ex ipso fit quod fit. Priuatio autem et contrarietas accidens. vnum aūt est species vt ordinatio. aut musica. aut aliorū aliquid sic predicantium.

¶Hic phs ostēdit q̄ puatio sit principium sm accēs dicens. q̄ cū materia semp puationi ūmixta subiciat. et ipa sit subiectuz eius qd̄ est fieri et moueri. absq̄ dubio erit vna numero et specie duo. q̄m homo aurū et vniuersaliter oīs materia subiecta mutationi et motui numerabiliter est in numero ꝓncipioꝝ. ipsa em̄ inter principia magis est hoc quod subsistit et hoc aliqd qd̄ est ꝓpositum qd̄ fit. non sm accidēs fit ex ipsa. qz ipa saluatur in eius substantia et cōstituit ipsum sicut pars eius essenti alis. sz priuatio que est contraria habitui id est forme nō saluatur in eo q̄ est hoc aliquid. sed est principiū eius sm accidēs hoc est inq̄tū factum est ex ipo. ita q̄ illa prepositio ex. nō noret nisi ordinem in fiēdo. qz priuatione abiecta inducta est forma in materiaz. sic ergo materia vnita est ꝓncipium substātiale eius qd̄ fit. Spēs autez etiā vna causa est eius qd̄ fit ꝓstituēdo ipm sicut ordinatio aut musica aut aliud huiusmodi eorum que habēt habitus pfectionis pdicationem

¶Unde est. q̄ sicut duo dicenda sunt esse ꝓncipia. est autem sicut tria. Et est quidē sicut cōtraria. vt si aliquis dicat musicum et ūmusicuz aut calidum. Et frigidum. aut consonās. z in/

cõsonans Est autem sicut non. Ab alterutris em̃ pati contraria impossibile est. Soluit aũt propterea q aliquid est subiectum. hoc em̃ nõ est contrarium. quare neq plura contrariorũ sunt principia quodam modo sed duo vt est dicere numero neq iterũ penitus duo propter id qõd alterum est esse ipsius ſz tria. Alterum em̃ est esse homini et non musico esse. et infigura/to et eri.

¶ Hic phs ostendit q cõtingit quodaz modo duo esse principia. et quodam modo tria. et esse ꝓtraria principia quodãmodo vt musicuz t ũmusicuz. calidum et frigidũ aut ꝓsonans t incõsonans. et quodã mõ non sunt ꝓtraria. q sola materia cum forma per se t substãtialiter ſz ꝓncipia entis eius qõd fit. ꝓtraria vero abstracta a materia ſm se accepta ab alterutris pati est impossibile. Et ideo phs hic soluit dubitatõem antiquorum qua dubitabant. An essent tm̃ duo principia aut tria. dicens q loquendo de principijs ꝓstitutõis per se sunt tm̃ duo. ſz loquẽdo de principijs trãsmutatõis sunt tria et subiũgit q quãdo materia subicitur neutri ꝓtrariorũ est ꝓtraria et ideo nõ sunt nisi duo principia ꝓtraria scz forma t priuatio. et etiam duo esse nũero principia Nec iteruz sunt penitus duo. eo q alterũ est esse materie ſm se acceptẽ et priuationi ũmixte. t hoc modo sunt tria spẽ et rõne

¶ Quot quidem igitur principia circa generationem phisicorum. et qũo tot sunt dictum est et ostensum est. qm̃ autẽ oportet subici aliquid contrarijs. et contraria duo esse. sed quodam modo alio nõ est necessariũ sufficiens eẽ erit alterum contrariorum facere absentia et presen/tia mutationem.

¶ Hic phus recapitulat ea que dicta sunt dicens. q de omnibus principijs quecũq sunt circa generatõem corporũ phisicoꝝ dcm̃ est. et qũo sunt. tot quot dicta sunt. duo scz vel tria. et supza ostensum est. q quodã alio mõ nõ est necessariũ esse duo ꝓtraria principia. qm̃ vnũ eorum quod est habitus sufficiens est absentia et presen/tia facere mutatõem. et priuatio nõ exigit ad hoc. q p se sit principium motus. ſz tm̃ ad hoc q sine ipsa materia non potest subici mutatõi. Non em̃ põt esse principiuz alicuius qõd abicit ab ipso qñ procedit ad esse q sua principia. priuatio autem abicitur a re. q̃ fit qñ ꝓcedit ad eẽ per ipsius principia. ergo non est principium nisi per accidens. q materia nõ potest esse principium nisi ũmixta ei. et hoc modo duo sunt principia rei facte. ſz vnũ ipsorum est duplex ſm esse et speciem.

Circa textuz expositum mouet questio Utrũ tria rerũ naturaliũ principia priuatio materia et forma sint ꝓuenięter a philosopho assignata

¶ Et videtur primo q nõ. q plura sunt principia rez naturaliũ q̃ tria. qm̃ plura sunt principia q̃ principia/ta cum in quolibet principiato plura includantur principia sed sunt plura principiata q̃ tria. igitur plura princi/pia q̃ tria ¶ Secundo sic. omnis causa est principiũ rei cuius est causa. sed sunt plures cause q̃ tres secundo phisicorum. igitur. ¶ Tertio rerũ naturalium sunt infinita principia. q materia est principiũ rerũ naturali/um et est infinita de se. q est de se indistincta ac ad oẽm formã indiffẽs. Etiam generationes sunt ꝑpetue et per ꝓsequens oportet materiã esse in infinitas ptes diuisibilem. igit. ¶ Quarto sunt pauciora principia q̃ tria. qm̃ in omni multitudine est ad vnũ ꝑmũ principiũ deueniẽdũ in principijs aũt rerũ naturaliũ est multitudo quedam. ergo in ipsis est deueniendũ ad vnũ primũ principium. ¶ Quinto principium debet esse primũ quinto metaphisice. forma autẽ t priuatio que sunt ꝓtraria nõ habẽt rõem primi cũ ꝑmũ sit ante qõd nullũ ſz ipsa ꝓtraria ꝓsupponũt subiectum. igit nõ possunt esse prima. et per cõsequẽs est solũ vnũ principium rerũ naturaliũ qõd est cõtrariorũ subiectũ. ¶ Sexto quod nõ est principiũ eẽ nõ potest. priuatio aũt nõ est. igit nõ potest esse principiuz Confirmat q qõd nõ est principium nisi per accñs non debet enũerari absolute inter principia. priuatio autẽ est huiusmodi. igit nõ debet absolute enũerari inter principia In oppositũ est. phs in textu.

Maior. Non vnũ tantũ aut infinita. sunt rerum naturalium principia **Minor** Ad pati subiectum vnũ. t duo sufficiũt ad agendũ

Conclusio Igitur salua est phioꝝ sentẽtia tria ponentiũ rerũ naturaliũ principia

Maior quo ad eius primã partẽ ꝓbat. q si dũtaxat eẽt vnũ principiũ. tũc nõ esset principioꝝ ꝓtrarietas. ſz hoc est incõueniẽs dicere. igit. Maior patet. q vnũ sibi ipsi nõ ꝓtrariat cũ ois ꝓtrarietas sit inter duo extrema Preterea si esset solũ vnũ principium hoc vel esset quo ad eẽ vel fieri. neutrũ illorũ est dcm̃. igit. Minor probat Non quo ad esse. q res naturales sunt ꝓposite. igit requirũt duo principia materiã scz et formã res naturales ex quibus ꝓponũtur. cũ vnũqõq ꝓponit ex illis ex quibꝫ resoluit. ſz resoluunt res naturales in materiã t formam. igitur sunt ex illis ꝓposite. t vocant principia essendi. ¶ Sz diceres illa q nõ sunt nõ ſt ſz principia eẽndi. materia aũt et forma nõ sunt. igitur nõ sunt principia essendi Minor probatur primo de materia. q illa nõ requirit ad esse rei naturalis cũ totum esse rei est a forma. Et tria materia nõ est igit. Secõ patet de forma. q illud nõ est ꝑncipiũ essendi qõd nõ ꝑncipiat motũ et rei naturalis factionem. forma aũt est hmõi. qm̃ finis nõ hz rõnem principij. forma ãt est finis in actõe rei naturalis qua habita cessat motus. igit ipsa non est principiũ. Ad hoc est dcm̃. q licz materia nõ requirat ad esse rei naturalis tã q̃ dans et ipm̃ esse influens. requirit tm̃ tanq̃ suscipiẽs esse ipsum. Et cuius nõ habeat eẽ actuale. vtiq̃ tm̃ potentiale vt patebit infra. Et si tunc dicatur. qõd non est in actu. non est causa vel principium. materia autem nõ est in actu. igit. Maior probatur. q cãre ꝑ supponit esse ¶ Ad hoc dicitur. q verum est in genere cause efficientis. sed non in genere cause materialis. ¶ Ad scdm dicit licet forma sit in exẽcutõe vltimũ est tm̃ in intentõe agentis ꝑmũ. et hoc sufficit ad rõem principij Etiam cuius ipsa sit vltima in motu. ipa tamẽ est prima quo ad dare esse. quare etiam verius rõnem principij ꝓcipat. Non quo ad fieri qm̃ fieri rerũ naturaliũ est ꝑ motũ ad motũ

aũt requirunt plura scz terminus a quo. z terminus ad quem. z subiectũ. igit ad fieri rerũ naturaliũ requirũtur tria pncipia. Scda pars maioris ptz. s. q nõ sunt infinita pncipia. q illa essent nobis ignota. z sic nõ esset scientia de rebus naturalib. Etiam pluralitas non est ponenda sine necessitate. igitur non debent poni infinita. vt latius patuit circa textũ. Minor patz. q agẽtia pncipia sunt contraria z formalia sicut passiuũ siue subiectũ ipius pncipijs formalib est materia. q est vna vtriusq contrariorum. Preterea contraria nata sunt in se inuicem agere sz illa ponũtur sub eodem genere. igit illa contraria sm q vnũ habent subiectũ sufficiunt ad agendũ. Et licet contraria nõ pnt esse in eodẽ subiecto actu. vtrũq tñ successiue Conclusio sequitur ex premissis. et est phi in textu Et potest sic ostendi. q m necesse est in omni fieri tria cõcurrere. Nã priuatio est terminus a quo formaliter fluit ipm fieri. forma aũt tmin9 ad quẽ stat fluxꝰ hmõi sicut ad finẽ. et materia subiectũ deferẽs vtrũq terminũ trãsmutatõis. igitur sunt tria pncipia solummodo in fieri rerum naturaliũ. Et q in termio ad quẽ. terminus a quo abicitur adepta forma expellit priuatio. quare in re facta manẽt duo pncipia scz materia et forma. Et licet puatio maneat ad formã aliã per quam materia est mobilis tñ stat sub vna forma pfti Maior alterius discursus

¶ Hoc subiectum cuius sit vnum numero. est tamen specie et ratione duo. Minor Sicut materia et priuatio sunt vnum nũero pncipiũ. sic materia et forma sunt vnum principiatum Conclusio Igitur vera est philosophorũ diuersa sententia. ponentium duo vel tria rerum naturalium pncipia.

Maior patet per Aresto. in textu Etiam dicit phs quinto metaphisice. illa sunt eadem quoꝝ est eadẽ materia. ipsa aũt priuatio est in materia sic q sine ea nõ est. igitur est eadem nũero cũ materia. Et potius materia dr eadem numero. cuius priuationẽ cõs forma. q in pncipio motus forma nõ est eadem nũero sicut priuatio. in fine tamẽ motus est forma eadẽ numero cum materia. nõ tñ dem in rõne pncipij sicut materia et priuatio. sz in rõne principiati. et hoc est qd dr Minor. sicut materia z puatio sunt vnũ nũero pncipiũ. sic materia et forma stz vnũ pncipiatum. ipsa tñ distinguitur a materia specie z rõne q puatio abicit qñ fit res naturalis non aũt materia. Etiam materia habet esse fixũ et permanẽs. nõ autem puatio. z sic ipsa nõ requirit de necessitate ad esse rei naturalis. Vnde puatio nullo mõ requireret ad rẽ naturalem. si illa nõ fieret per motũ. sz q res naturalis per motum fit. iõ p accns requirit puatio. vt terminus a q motus. Et sic ptz q materia z puatio sunt vnũ numero si ue subiecto sz rõe dñt. cũ idem est es z infiguratũ antecedẽtũ forme. sz ex alia rõe dr es z ex alia rõe infiguratũ cõre puatio nõ dicitur pncipiuz p se sz per accidẽs. q scz coincidit cum materia. sicut dicimus q per accns medicus edificat. Nõ em ex eo q medicus. sz ex eo q domificator est qd coincidit cũ medico in eodẽ subiecto. Sed dupler est accns. s. necciariũ qd nõ separatur a re sicut risibile hoi accidit z nõ necciariũ qd separat. sicut albũ ab homine. Vnde. licet puatio sit pncipiũ p accns nõ tamẽ sequit q nõ sit neccariũ ad generatiõem. q materia a puatione nunq denudat. in qtum em est sub vna forma hz puatiõem alterius z econtra sicut in igne est puatio aerꝭ et in aere puatio ignis. Est est sciendum. q cũ sit naturalis rei ꝓductio ex nõ ente non dicimus negatiõem eẽ pncipium sz puatiõnem. quia negatio nõ determinat subiectum. Nõ videre em potest dici de nõ entib vt ddo chimera nõ videt. z de entib q nõ sunt nata habere visuz sicut de lapidibus. sz puatio nõ dicit nisi de determinato subiecto in quo scz natus est fieri habitus. sicut ceciras nõ dr nisi de his q sunt nata videre. et q naturalis rei ꝓductio id est generatio nõ fit ex nõ ente simpliciter. sz ex nõ ente qd est in aliquo subiecto. z nõ in quolibet sz determinato. Nõ em ex quolibet nõ igne fit ignis. sz ex tali nõ igne circa quẽ natus est fieri forma ignis. ideo dr q puatio sit pncipiũ z nõ negatio. Sz in hoc differt ab alijs qa puatio est pncipium p accidẽs. materia aũt z forma per se. et sic ptz q tria sunt rerũ naturaliũ pncipia intrinseca. illa tñ nõ sunt sufficientia ad ꝓductiõem rei naturalis vel rerũ naturaliũ. qd em est in potentia nõ pot se reducere ad actum. vt cuprũ qd est in potẽtia ad idolum nõ facit se idolum sed indiget operãte ad hoc q forma idoli exeat de potẽtia ad actũ. forma etiam nõ potest se extrahere de potentia in actum. loquẽdo de forma generati q est terminus generatiõis. quia forma nõ est nisi in facto esse quod aũt operatur est in fieri id est dum res fit. igitur ꝓter materiam z formã oportet esse aliqd pncipium actiuũ z hoc dicit efficiẽs vel mouens. sz hoc est extrinsecum de quo latius patebit in secũdo huius.

¶ Si diceres materia et puatio non sunt vnũ numero. qa illa pncipia que vnũ numero sunt sunt etiam eadez specie. vt marcus tulius cicero ¶ Ad hoc dicitur. q illa que sunt eadem nũero nũero sitate essentiali illa etiã sunt eadem specie. non autem ea que sunt eadẽ nũero nũerositate accidẽtali. vt pz de subiecto z propa passione. z subiecto z accidẽte cõmuni. de materia z priuatione qa alio est modus pncipiãdi ipius forme z alius ipsius puationis. Minor ptz. quia qdiu res est in fieri. ipa stat sub priuatione forme illius rei. qñ vero est in facto esse. tunc materia stat sub forma. igitur in fieri sicut materia z priuatio sunt vnũ numero pncipium. ita in facto esse materia z forma sunt vnum pncipiatum Cõclusio ptz per Aresto. in littera. qui postq̃ disputatiue inquisiuit nũerũ pncipio. ꝓ dr. q vno modo saluari potest q sint duo. Alio mõ q sint tria. sunt quidẽ duo pncipia nũero. et tria specie. In fieri em priuatio non ꝓnũeratur materie. sz est in ea. forma aũt ꝓnũeratur ei. qa nõ dum habet Et a materia separatur sz in facto esse ei ꝓungitur.

Ad obiecta i oppositz

Ad primum est dicendum. q licet pncipia fm esse particulare multiplicentur ad pncipiorum multiplicationem. non tamen in esse vñ de quo in ꝓposito fit mentio. verum tamen est. q in qualibet re naturali sunt pncipia specifice distincta a se. illa tamẽ pncipia non distinguuntur specie ab alijs rebus naturalibus. verbi gratia. materia iohannis bene distinguit spẽ a forma eiusdẽ. materia tamẽ iohannis non distinguitur spẽ a materia petri nec forma ioannis distinguitur spẽ a forma petri Ad scdm est dõm. q verum est q plures sunt cause rerũ naturalium cõs tres. nõ tamen plures intrinsece qñ efficiens z finis sunt cause extrinsice. vt patebit scdo huius.

Et licet priuatio non sit pncipium intrinsecũ quo ad

esse rei. vtiqꝫ tñ ꝙ ad fieri. qz res fieri neꝯd nisi ꝑ factōem cui⁹ ꝑuatio est termin⁹ a quo. Et ē notādū. q maioz est rō ḡre ꝑuatio ðz ꝓncipiū intrinsecū ꝫ efficiens qz ipsa necessario ꝓcurrit in trāsmutatione. vt terminus a quo qui est quodāmodo intrinsecus z de intrinseca rōe trās mutationis. sic autē nō est de efficiente cā. cum ipsa non ꝓcurrit ad transimutatiōem vt terminus a quo. ſz sicut aliquid qð est oīno extrinsecū. Etiam ꝑuatio est sub iectiue in materia cū sit cū ea nūero eadem. sic aūt nō est de causa efficiente. Ad tertium est dōm. q duobus modis accipitur infinitum. vno modo vt est passio deter minati generis scz ḡtis. et illo mō infinitū diuiditur infinitū ſm magnitudinem multitudinē ac durationem et nullo hoꝝ modoꝝ materia ē infinita Alio modo ꝑt capi infinitum vt est entis passio. et hoc mō accipit duo bus modis. vno modo inḡtum formā ꝓsequit. et sic foꝛ ma que nō est a materia recepta nec receptibilis ðz quo dam modo infinita. qz nō est determinata ꝑ materiā z il lo mō dicit auctor libri cāz. q intelligentie sunt finite su perius. qz habēt cām sui esse. sed infinite inferius. qz nō sunt recepte nec receptibiles in materia. Prima aūt cau sa superius et inferius est infinita et tale infinitum ē ma xime intelligibile. qz maxime in actu nō dicens aliquaz ꝑuationem nisi ſm nostrū modum intelligendi. Alio modo inḡtum materiam ꝑuationi ūmixtam ꝓsequit dicēs carētiam forme finientis z terminātis materiā. et eo modo materia dicitur esse infinita qz nō est aliqua foꝛ ma determinata specifica. ipsa tñ determinabilis est ad diuersa esse ꝑ diuersas formas Ad quartum est dicē dum. q in omni multitudine subozdinata est tñ vnum principium. tñ hoc nō oportet in multitudine nō subozꝰ dinata. qualis est principioꝝ multitudo cū vnūqdq; i suo ordine pōt esse primū. qm̄ ſm viam pfectionis forma est primuz principium deinde materia. et tertio ꝑuatio qz forma dat esse. materia vero esse recipit quare est perfec tior. ſm vero viam generationis que attenditur ſm ter minoꝝ ordinē sic ꝑuatio est prioꝛ. cum sit terminus a quo. et deinceps materia cū sit subiectum vel mediuz. et forma est vltimū principiū cū habeat se in rōe termini ad quem. Sz ordināndo principia ſm ordinē substādi sic ma teria prioꝛē aliis qz subiectuz est prius cōtrarijs in eo ex istētib⁹ Ad quintū est dōm. q forma et ꝑuatio be ne habent materiam prioꝛem se in substando quia ipsa substat forme et ꝑuationi vti subiectum ipsis acciden tibus. forma tñ z ꝑuatio non habent materiam prio rem in principiando. quia ꝑuatio que est principium tanḡ terminus a quo motus nō includit modū princi piādi materie cuius est subīci motui z mutatōi z sic de aliis. Ad sextum est dōm. q licet nō sit ꝑuatio inḡ tum est quedam negatio habitus. nō tñ est reducibilis in oīno nihil. quia relinquit in subiecto aptitudinē gra tia cuius efficitur ꝓncipiuz motus que quidē aptitudo abicitur cū adepta est materia formam. licz remaneat ite rum ꝑuatio z aptitudo ad formā aliam in materia. et gratia illius ꝑuatōis que ē materie ūmixta. subicit mo tui z transmutatōni. quia aliter nō saluereꝰ processus et fluxus alicuius essentie in terminū motus. oīnis aūt mo tus z mutatio est quoddaz ens formale fluēs ad termi nuz qui ē ꝑfecti mobilis inḡtum mouetur ad ipsuz. sub stātia em̄ materie nō fluit ſz ꝑmanet. qz si flueret tūc ma teria de potentia exiret ad esse materie z sic oporteret q materie eēt materia z potentie potētia. et eēnt in oīni ge neratione duo fluxus. vnus quidē materie vt efficereꝰ materia. z alter forme que deduceretur ad actum. Et quibus etiam patet vt dictum est ꝑius. q materia non subicitur motui nisi inḡtum est ꝑuatōi ūmixta vna numero cū ipa. ſm q vnum numero est vnum accidēte sicut dcm̄ est in exemplis hois ūmusici. vel eris ūfigu rati. Indiget em̄ materia ꝑuatione non ſm se. aut inḡ tum est alterum ꝓponētiū in ꝓposito. ſz inḡtum subicit motui z mutationi. z ideo vnuz nō nūeraꝰ in ratione ꝑn cipij motus sine alio ꝓpter quod vnū nūero dicit ꝑin cipium. quia cum materia separabilis est ab hac ꝑtua tione z illa etiam ꝓtinue abicit eam in motu. z ē in toto abiecta quādo est forme ꝓiuncta. ideo necesse est q alte rum sit esse ipsius materie. z alteruz ꝑuationis. z q dif ferant spē ꝓncipioꝝ licz non sint spēs ſm se. z illo mo do dcm̄ est q tria sunt principia in specie z duo ſm nu merum. z non intelligitur de numero essentiarum. quia alia est essentia ꝑuationis z alia materie. ſz potius de numero principioꝝ in eo q principiant motū. Non em̄ principiant ipsum nisi inḡtum sunt sibi ꝑmixta z ea dem numero z subiecta per esse differētia. forma āt prin cipium est ſm se z ideo illa ſp nūeraturin rōne ꝓncipij.

Et ad ꝓfirmationē ē dicendum. q ꝑ se dicitur duob⁹ modis Uno modo qz ē rei substātialis. z sic per se oppo nitur ad q accidēs. Alio modo dicit ꝑ se q est ſm ipm et sic opponitur ad id quod ē q aliud. Primo quidē mo do. non ꝑ se ē ꝑuatio principiuz eius quod mouet z fit ſz potius q accidēs. qz nō manet in eo quod fit. ſz efficit principiuz ꝑ materiā cui est ūmixta. Secōo autē modo id qð fit ꝑ se fit ex ꝑuatōe. qm̄ id qð est sub ꝑuatōe ſm q ipm subicitur motui z nō ſm aliud. Et si diceres ens per accidēs nō debet in aliqua scia tractari. cuz igit ꝑuatio sit ens per accidens. igitur de ea nō debet fieri ꝓsideratio in aliqua scia Ad hoc est dōm. q de ꝓnci pio q accidens quo posito vel non posito nihilominus fit res non est determinandū in scientia. de principio ta men per accidens quo non posito non fit res vtiqꝫ ē de terminandum. z sic est de ꝑuatione.

Incidunt dubia quo-

rum primuz est An oporteat principia rerū naturali um sp manere Solutio q sic ſm esse ꝑticulare gene rantur z corrūpunt. Primū patet inductiue. De mate ria quidem ptz. qm̄ si ipa esset generabilis ꝑsupponereꝰ alia materia. z sic esset ꝓcessus in infinitū. hoc aūt ē in cōueniens. igitur. De forma ptz sic. qz ipsa est coeterna ipi materie. quare sp manet cū ipa z nūqꝫ ab eo separaꝰ. Etiā de ꝑuatōe in vniuersali ptz. qz ipa sp est materie ūmixta. cuz ipsa nihil aliud est qꝫ ꝑuatio forme cū apti tudine ad illam. vel forma ſm esse confusuz accepta sem per est in materia. ergo ꝑuatio semper manet. Scōm ptz. quia aliud ē materia accipit in hoc ꝓposito z illo. et ꝑuatio et substantialis forma corrūpunt z iterū fiūt forma em̄ per generationez acquiritur. et ꝑuatio ꝑ ge nerationem corrūpitur. aduenientе em̄ forma cessat ꝑti uatio. Verum tamen est. q dñter ista principia dicūtur manere. qm̄ inequaliter se habēt ad esse ūmutabile Nam materia nullo modo transmutatur in esse principij. vt clare habet eius definitio. Priuatio vero z forma in eē principij aliquo modo transmutantur. transmutanꝰ eñ

fm esse suum ꝓpriū ⁊ distinctuꝫ quo distinguunt. q̄uis fm esse originale sint intransmutabiles quo ꝙuenīt. vt in vna communi potentia que non est substantia materie. sed originale principium forme et aliquid materie superadditum. scz esse formale formabile. Alij tamen dicunt. q̄ ista ꝓpositio. oportet principia semper manere. duob⁹ modis intelligit. Uno mō fm antiquoꝝ opinionē et sic est simpliciter vera. q̄m ipi ponebant vnū ens in actu ex quo res substantialiter ꝙstituuntur. Exempli gratia. Diogenes posuit aerem ꝓ principio. et dixit aerez semper manere. q⁹ cū homo corrūperetur. dixit q̄ aer acciperet aliam figuram. tm maneret fm substantiam aer. Alio modo potest intelligi loquendo de principijs fm mētem phi. ⁊ tunc materia manet fm nūerū. q⁹ est vna materia oīm generabilium et corruptibilium vnitate in differētie sed forma ⁊ ꝓuatio manēt non in numero nec in specie. sed in communi analogia. oportet em̄ sp aliquā formam esse in materia. sed nō oportet semp talē formaz specificam esse. Similiter dōm est de ꝓuatione Sed diceres. aduenīente forma substantiali in materia ꝓuatio corrūpit q̄ erat ad illam formam. ergo ꝓuatio nō sp manet Ad hoc est dicendū. q⁹ aduenīente forma substantiali bñ corrūpitur ꝓticularis ꝓuatio que ad talem formā erat. tamē in materia vtiqꝫ manet ꝓuatio vniuersalis que est ad aliam formam. Etiam talis ꝓuatio solum corrūpitur quo ad negatōem quam importat. ꝑficitur tamē ratione sui materialis quod est aptitudo ad formam.

Secundum dubiuꝫ est.

An ex non substantia fit substantia. Solutio q⁹ non substantia potest accipi dupliciter. Uno modo negatiue inq̄ntum illud dicitur non substantia in quo est absoluta substantie negatio. et sic ex non substantijs non fit naturaliꝫ substātia vt ex nō hoie non fit homo. nec ex nō equo equus. Alio modo non substantia accipitur ꝓuatiue. inq̄ntum aliquid dicitur non substantia. q̄ non est substantia. tamen aptum natum est esse substantia. ⁊ sic ex non substantia fit substantia. vt ex nō homine fit homo. q⁹ tm semen humanū est nō homo ꝓuatiue. ⁊ tamen fit homo. Et sic dōm est pariformiter de aliarum rerū semine ¶ Sꝫ diceres. ꝓtraria q̄ sunt principia sunt substantie vt ꝓuatio ⁊ forma. ideo si ponerentur solū duo principia non fieret substantia ex non substantijs. quia illa principia sunt substantie. Ad hoc dicendum est q⁹ Aristoteles. arguit cōtra antiquos. ⁊ ideo supposita eorum opinione. bñ probat phus dcm̄ suum. quia fm eos cōtraria sunt accidētia Sꝫ si supponatur aristotelis opinio. tunc ē dōm q⁹ duobus modis accipitur substātia. Uno mō a substantiando hoc est a dando esse. ⁊ sic vnū ꝓtrariorum est substantia scz forma. Alio modo a substando ⁊ sic principia ꝓtraria de quibus loq̄tur Aristo. non sunt substantie. quia non substant. ⁊ sic etiam ex nō substantia fit substantia.

Tertium dubium est.

An inter duo principia ꝓtraria scz formam ⁊ ꝓuationem materia sit media ¶ Et videtur q⁹ nō. cū medium sit qd aliquid hz essentialiter de natura vtriusq⁹ extremi. non aūt sic est materia. igitur ipa nō est media inter principia contraria. Solutio q⁹ sic. q̄m illud qd respicit equaliter duo ꝓtraria hoc est medium. materia aūt est hmōi. q⁹ materia que iā stat sub albo ꝓius stetit vel stare potuit sub nigro. Ad argumentū est dicēdū q⁹ duplex inuenitur mediū. qddam em̄ inuenitur mediū p abnegatōem quod reperit inter ꝓuatiue opposita et inter contraria īmediata sicut inter iusticiam ⁊ iniusticiā inter sanū ⁊ egrū. Aliud est mediū p ꝑticipatōem. Et illud ē duplex. Quoddā est p ꝑticipatōem absolutā. ⁊ illud iterū est duplex. q⁹ quoddā est qd intrinsece ⁊ entia li participatōne aliq̄d de extremi vtriusq⁹ natura ꝑticipat. vt medij colores respectu extremorum. Aliud est quod ꝑticipat extrema subiectiua ꝑticipatione vt subiectum respectu accidētium ⁊ materia respectu principiorum cōtrariorum. Aliud est medium p ꝑticipationem respectiuam. ⁊ est illud quod manet eque simplex cū extremis sicut inter ignem et terram mediant aer et aqua Per hoc patet responsio ad argumentum scz q⁹ materia nō dicitur medium p abnegatōem neq⁹ p ꝑticipationem absolutā intrinsecam sꝫ per ꝑticipatōem respectiuā et hoc loquēdo de materia fm eius potentiaz subiectiuam. q⁹ loq̄ndo de ea fm potentiam formalez forma bilem tunc suis extremis ꝑticipatur

Quartum dubium est.

An ista ꝓpositio ex cōuenīter attribuatur ꝓuationi. vt dicatur ex īmusico fieri musicum Solutio q⁹ sic. q⁹ ipsa dicit circūstantiam originis motus. ⁊ in eius origine aliq̄d abicit qd est ꝓuatio. ⁊ ideo non ꝓprie dr ex nisi qñ supponit ꝓuatio simplex vel materia ꝓuatiōi īmixta et iō dr phs i textu q⁹ ex īmusico fit musicus aut ex īmusico homine fit hō musicus. Sed qñ dūtaxat subiectum subicitur. tunc non ꝓprie vtimur ista ꝓpositione ex. vt dōo ex homine fit musicus. qñ tamen in noie materie datur intelligi ꝓuatio. tunc ei potest addi ista ꝓpositio ex. vt dōo ex ere fit statua. es em̄ vel cupzum fm se infiguratum ē. sꝫ per artē statue vel īmaginis figurationem accipit. Sic etiam in naturalibus ex semine dicimus fieri animal. vt patet supra circa textus declarationem.

Sꝫ diceres dicit grāmatici. q⁹ ista ꝓpositio ex dicit circūstantiam cause materialis. vt Ex de materiam. notat a vel ab efficiētez. Ad hoc est dōm. licet ista ꝓpositio ex dicat circūstantiam cause materialis sub ꝓuatiōe accepte. nō tm fm se accepte

Quintum dubium est.

An substātia dicat fieri simpliciter. accidentia vero fm quid Solutio q⁹ sic. q⁹ esse est terminus ipsius rei intrinsecus ⁊ essentialis. quoꝝ igit est esse simpliciter illorum est fieri simpliciter. quorum vero est esse fm quid illorum est fieri fm quid. esse aut̄ substantie est esse simpliciter. ergo suuꝫ fieri est fieri simpliciter. ⁊ esse accidentis est esse fm qd. igitur fieri accidētis ē fieri fm qd. hoc tamē verum est. q⁹ substantia dicitur fieri fm quid. ⁊ accidēs simpliciter in respectu loquēdo vt clare ptz primo perigeneseos Sꝫ diceres aresto. dicit hic. q⁹ res q̄ fiūt simpliciter. q̄dam fiunt trāsfiguratione. ea aut̄ q̄ transfiguratione fiunt sunt artificialia Ad hoc ē dicēdum. q⁹ illa q̄ fiunt transfiguratione non fiūt nisi fm dici ⁊ nō fm ee. q⁹ figure ad quas est transfiguratio substantiuis

nominant nolly et ideo ꝓpter vicinitatem in modo significandi ipe arestoteles figuras vocat substantiales factiones. Aut dm est. q aresto. enumerauit fieri trāsfiguratione inter fieri simpliciter ꝓpter antiquos figuram formam substantialem vocantes

Sextum dubium est.

An alterū principioꝝ sui ꝓsentia et absentia. natū est facere transmutatōem Solutio q sic. vt patet ꝑ arestotelē in textu. Et ꝑ illa ꝓbi verba tria rerū naturaliuꝫ principia intelliguntur. qm̄ ꝑ hoc q dicit alterū principioꝝ sui ꝓsentia duo tāgunt principia. s. forma ⁊ materia. et per hoc q dicitur eius absentia ipsa priuatio tangitur. Et si dicas ꝑ ꝓsentiā et absentiam dūtaxat duo tangunt eorū naturalium principia. igitur. q ꝑ ꝓsentiam intelligitur forma. et ꝑ absentiam priuatio. Ad hoc est dicendū. cuius nolent absentia et ꝓsentia priuationem et formam. implicant tamen illud cui debeat eē aliq̄d absens et ꝓsens. ⁊ illud est materia. Et est notandum. q nature principia tribus accipiuntur modis. vno modo in ꝯtum sunt principia mutationis simplicꝫ procedentis de non esse ad esse. ⁊ sic ꝓtradictorie opponūtur. Scdo modo accipiunt in ꝯtum sunt principia mutationis phisice. ⁊ sic priuatio dicit carentiam forme cuꝫ aptitudine ad eandem. ⁊ sic sunt ꝓpriue opposita. Tertio accipiunt in ꝯtum sunt principia motus ꝓprie dicti. et sic sunt contraria. Priuatio quidem substantialis forme ⁊ accītalis ꝓueniunt in hoc. q dicit carentiā forme cū aptitudine ad eandem. hoc tamen diuersimode. Nam priuatio forme accītalis dicit carētiam forme cū aptitudine ꝓpinqua. sed priuatio forme substantialis dicit eiusdem carentiaꝫ cū aptitudine remota. quare etiam si accipiatur mutatio in ꝯtum alterationi immixta tūc per eam aptitudo remota priuationis forme substantialis fit ꝓpinqua aptitudo.

Septimum dubiuꝫ est.

Utrū materia possit separari ab oīmi forma Solutio q non. qz illud quod repugnat rei veritati nequaq̄ esse potest. materiam aūt esse sine oī forma repugnat veritati rei. igit ipsa sine forma esse nō potest. Dinoz ꝓbatur qz si sic. tunc ipsa ꝑ se subsisteret. hoc aūt est incōueniēs dicere. igitur Dinoz probatur. qm̄ quidq̄d subsistit habet esse actuale. sed hoc est a forma. cū sit ꝓpria ei⁹ cōditio. igit nō potest materia separari ab omni forma. nec per se subsistere. Ipa trī ꝓpositio dupliciter intelligi pōt vno modo successiue. ita q materia que iaꝫ stat sub vna forma postea potest stare sub alia. ⁊ sic ipa pt separari ab omni forma. qm̄ nulla forma ꝑticularis est dabilis quin materia possit ab ea separari. Alio modo pōt intelligi materiam separari ab omni forma simul et semel. et sic ipa non est separabilis ab omni forma. Et nō est aliud instās corruptōis forme habite ⁊ habēde. ſz vnū idē ē instans quo fit corruptio forme habite ⁊ generatio forme habēde. ⁊ ꝑ ꝓsequens nō valet illud argumentuꝫ. quo arguitur. accipiatur instans corruptōnis forme habite et instans generationis forme habēde. tunc inter illa duo instantia mediat tempus. ⁊ pro illo tempore intermedio non stat sub forma habita. quia illa in instāti corrūpitur neq̄ stat sub forma habēda. qm̄ illa postea generabitur in instanti generationis.

Octauum dubium est.

An priuatio ꝓprie dicta in corporibus celestib⁹ inueniatur. Et videtur q sic. Nam in eis est negatio forme substantialis scz forme humane Solutio q nō. qz corporibus in generabilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹ deest priuatio. corpora aūt celestia sunt hmōi. vt patet primo celi. igit. Et ad obiectū in oppositum est dm̄. q non quecunq̄ negatio forme substantialis priuatiōem facit. ſz negatio forme cū aptitudine ad eandē ꝓpriationem facit. Et ideo in corporibus celestibus est negatio alicuius substantialis. non tamē aptitudo ad eandem. cum celum non habeat aptitudinem ad aliquam formam substantialē cuius habet negationem.

Nonum dubium est.

An illud quod generatur sit totū ꝓpositum. Et videt primo q non generat totum ꝓpositum. qm̄ illud nō generatur cuius neutra ꝑtium generatur. ſz cōtingit aliq̄n q neutra ꝑtium totius generatur. vt patet in generatōe hominis igit ¶ Scdo sic ꝓmentator dicit. q materia ē que in veritate generatur. igitur materia generari dicit ¶ Tertio sic. subiectum motus debet denominari a motu. materia aūt est subiectū mot⁹. igitur ¶ Quarto ois motus recipit denominationem suam a termino ad quē forma aūt est terminus ad quem in generatione. igitur ipsa generatur ¶ Quinto. illud generatur quod ꝑ generatōem acquiritur. forma aūt ꝑ generationem acquiritur. igit Solutio q sic qm̄ eodem modo alicui ꝓuenit fieri quo modo sibi ꝓuenit esse. totum aūt ꝓpositū habet esse ergo ei cōuenit fieri. Maior ꝓbat. q fieri est via in esse. igit eidem ꝓuenit fieri cui ꝓuenit eē. Minor ꝓbat. da ꝑtes totius ꝓpositi nō hīt esse nisi in toto. ex quo etiam accipit. q accītia non habēt fieri nisi in subiecto. qz in eo habent esse. et ideo generatio que est ad substātiam dicit generatio simpliciter. generatio vero que est ad accidēs dicitur generatio fm̄ quid. vt patet primo perigeneseos Aliquo tamē modo materie ⁊ forme cōuenit fieri cum addito ⁊ impropꝛie. qm̄ eodem modo ꝓuenit alicui fieri quo mō ꝓuenit sibi eē. dupliciter aūt alicui ꝓuenit eē secūdo de aīa. vno modo improprie sicut quo aliq̄d est. ⁊ hoc dupliciter. vno modo sicut subiectum. Alio modo sicut forma sicut dicit Aresto. ibi. q aliq̄s dr esse sanus corpore vel sanitate. Alio modo dr aliquid esse ꝓprie sicut totū ꝓpositū. cui ꝓprie ꝓuenit esse. Et quo ptz. q subiectū sine materia pt dici generari sicut quo aliquid generatur scz subiectiue ⁊ forma pt dici generari sicut quo aliquid generat formaliter. totum vero ꝓpositum est illud qd ꝓprie generat. Aut sic dici pōt. q materia dicit generari subiectiue. forma vero dr generari terminatiue et totū ꝓpositū dr generari ꝓpletiue.

Ad obiecta i oppositū

Ad primū est dm̄. q duob⁹ modis accipit totum. vno modo sincathegorematice in ꝯtum valet tm̄ sicut quelibet pars. et sic argumentū procedit loquendo de generatione ꝓprie Alio modo accipit cathegorematice ꝑut tūc

valet sicut integrū t pfectū. qm̄ sic nō arguit ab eodem ad idem, sz a dispari. cōtingit em̄ aliqō totuz generari cuius tm̄ neutra pars generat. vt ptz de hoie q̄uis em̄ non generatur corpus humanū. nec aīa rationalis. tamē totum ꝓpositum generari dicit ¶ Ad secūduz est dom̄ q̄ ꝓmētator loq̄tur de generatōe q̄ntū ad eius subiectū et sic intellectus ꝓpōnis est. q̄ materia est que in rei veritate est subiectū generationis. p hoc em̄ distinguit generatio q̄ntum ad subiectum ab aliis motib. q̄ generatio est ex subiecto qđ est materia prima. in aliis aut̄ motib subiectū est totum ꝓpositū. Ad tertiū est dom̄. q̄ duobus modis accipit motus. vno modo ꝓprie. p mutationē successiua. t sic maior est vera. qm̄ in illa subiectū motus denoiatur a motu. sicut aqua calefacta denoiat calefieri. Alio modo accipit cōiter. inq̄tū se extēdit ad mutatōem instantaneā. t sic ꝓ nō est vera. q̄ motus proprie dictus est accūs sicut motus alteratōnis est q̄litas motus vero augmētatōis est q̄ntitas. sz accūs ex sua natura ꝓpria hz denoiare subiectū. ergo talis spēs motꝰ denoiat ipm̄ mobile qđ ē subiectū. i instātanea ꝓ mutatōe. subiectū nō ē ꝓprie a motu denoiabile q̄m̄ ē ens i pura potētia qđ nō suscipit denoiatōem alicui⁹ forme sicut alia subiecta nisi fm̄ quid Ad quartū est dom̄. q̄ maior p̄t intelligi duob. modis. vno mō sc̄z q̄ motus denominet terminū. t sic ipa est falsa. qm̄ ista est falsa. albedo dealbat. calor calefit. Alio⁹ intelligit q̄ motus denoiat grā termini. q̄ denoiat subiectū a termino. t hoc quidez verū est in mutatōib. accidentalib. in quib. subiectū denoiat a termino ad quē. sicut aqua dr calefieri grā caloꝛ qui est terminus ad quē. Aut dom̄ est. q̄ denoiatōnem accipit motus specificā a termio ad quē q̄ a tali termio specificat q̄ magis ꝓprie dr̄ noiatio q̄ denoiatio. q̄ noiatio dr̄ eēntialē p̄dicatōem. sicut denoiatio accidentalem

Ad q̄ntū est dom̄. q̄ dupl̄r aliqd p generatōem acq̄rit. vno mō sicut terminus quo puenit ad vltimū generationis terminū. t sic forma ptis p generatōem acq̄rit. Alio mō aliqd p generatōem acq̄rit sicut terminus q̄ et terminus vltimatus et sic totū ꝓpositū p generationem acq̄rit. in cui⁹ signū q̄n aliqd generat ibi nec forma nec materia p generatōem acq̄runt. vt ptz in generatōe hois. quare necessariū est dicere q̄ totū ꝓpositū generat alias nō esset verū dicere q̄ hō generaret p hoc iō dicit ad argumētū. q̄ illud generat qđ p generatōnem acq̄rit sicut terminus qui t vltimatus terminus generatōis. hoc aut̄ totū ꝓpositū est. q̄re ipm̄ vere gñari dicitur.

Ubiecta ãt natura scibilis ē fm̄ analogiã. Sicut em̄ ad statuã es aut ad lectulū lignū aut ad aliꝗ. aliqō habētiū formaz sic in materia. et informe se hz p̄us q̄z accipiat formã sic se hz ad subam t ẽ aliqd qđ est

Iste est quartus tractatus et vltimus huius. in q̄ phs determinat de p̄ncipijs rerū naturaliū fm̄ se. Est in duo diuidit capla. In q̄z p̄mo phs determinat de materia et antiquoꝝ dicentiū nihil posse fieri ꝓpter materie ignorātiam defectus solut. In scdo capō soluit defectus antiquoꝝ dicentiū materiā esse nō ens ꝓpter q̄uenientiā eius cū q̄uatōe. ibi tangentes quidē. Dicit igit phs. q̄ materia motui subiecta existens p̄ncipiū rei nō est scibilis per se. sz potius p analogiā ad formā. hoc ē ꝓpr̄tōem. et p̄cipue si p similitu dinē accipiant naturalia ad artificialia. q̄ sic in artificialib. es hz se ad statuā. t lignū ad lectū vel archā in eo q̄ sustinet formā artificialē aut aliꝗ aliqd qđ habz formā artificialē ad informe fm̄ formā artis se habet antec̄z artis forma accipiat. sic ipa materia prima se habet ad substātiā genitā siue ad hoc aliquid t ad id quod pfectū est in natura q̄ ipa est informe formā substātialem subsistens t per ꝓsequens emēs alias formas essentiales.

¶ Unū quidē igit̄ p̄ncipium est. nō sicut vnū existens. nec̄z sic vnū sicut hoc aliquid. vnū ãt fm̄ q̄ ratio. Amplius aũt huic ꝓtrariū privatio ē. hec aũt quo mō duo. et quo mō plura dictum est. Primū quidē dictuz est. q̄ p̄ncipia ꝓtraria sunt. posterius aũt necesse est. aliud qđdam subici. et esse tria. Ex his aũt nūc manifestum est. que differentia ꝓtrariorꝫ. t quo modo habent se adinuicē p̄ncipia. Et quid sit subiectum. an aũt substātia spēs aut subiectū nōdū manifestuz est. sz q̄ p̄ncipia tria. et quō. et q̄s modus eorū dictū est. Quod quidē igit̄. et que sunt p̄ncipia ex his ꝓsidere. Qđ aũt singulariter sic soluitur. t antiquorum defectus dicamus post hec

¶ Hic phs ꝓcludit q̄ tria sunt p̄ncipia rerū naturaliū. s. materia forma t priuatio. quorū vnū est in potentia qđ nō est hoc aliqd. aliud qđ est ratio. hoc est forma. et tertiū qđ est huic. s. forme ꝓtrariū. Oñe tamē quod vere p̄ncipium est mobilis. aut est sicut subiectū motus vel sicut forma. Illud vero qđ abiicit a motu nō enumerat inter p̄ncipia. sed q̄ per ipm̄ materia motui subicit ideo est aliqua spēs et rō p̄ncipij. hoc aũt ꝓtrarium est forme que est sicut habitus siue eius pfectio qđ fit. Est tam dictum est in p̄ioribus qualiter hec sunt duo. t qualiter tria. Ex his aũt ptz solutio duoꝝ dubitabiliū. q̄z vnū est. quare potius materia vnū nūero dicitur cū p̄riuatione q̄ cū forma. cū ita vmbilis sit forme in cōposito in fine motus sicut vnitur p̄uationi ante finem motus. Ad hoc est responsio dñi Alberti. q̄ non dicitur secum vnum numero. ita q̄ non numerentur esse due essentie que sunt materie t priuationis. sed ideo quia hec duo non numerentur diuersa p̄ncipia. cum vnum eorum motui non subiciatur nisi gratia alterius. ideo priuatio non refertur ad motum per se. sed potius quia est quedam ratio materie p quā subicit motui forma aũt p se desiderat in motu. Alterū. qualiter p̄ncipia sint tria. t q̄liter duo. Ad hoc est eiusdem solutio. q̄ si p̄ncipia dicantur quo ad p̄ncipiandū motum duo sunt tm̄. q̄m̄ p̄ncipians motuz vna numero est. cū materia priuatōi mixta t forma que est finis motus tria aũt sunt si debeat nūerari esse p̄ncipiorū fm̄ p̄ncipiorū essentias. t nō fm̄ q̄ p̄ncipiāt motum q̄ sic materia habet duplex esse p̄ncipij sc̄z subiecti t priuatōis. Etiam dictū est prius q̄ p̄ncipia sunt ꝓtraria t pbatum est q̄ necesse sit esse aliquod p̄ncipium qđ subicitur vtriq̄ contrariorum et sic necesse est esse tria. ex illis duobus insuper probatum est. q̄ est contrariorum differentia. quia vnū illorū est per se p̄ncipium rei mobilis. et alterum tantum

ſm q̄ eſt ratio qua materia ſubiect̄ motui. et non per ſe. Ex hoc em̄ patet. qualiter principia ſe habeant adinuicē et q̄ ipſorum ſit ſubiectum ꝛ q̄ non. Sed nondū habitum eſt. vtruꝫ id quod eſt ſpecies ꝛ forma ſit magis ſubſtantia vel ſubiectū quod eſt materia. hoc em̄ in prima philoſophia ſcrutandum eſt. ſed habitum eſt q̄ principia ſunt tria ſm eſſe. ꝛ duo ſm nūerum motum principiantiū. ꝛ oſtēſum eſt q̄o et quis ſit motus eoꝝ Quot quidez igitur ſint principia. ꝛ que ſunt ex his que dicta ſunt ꝑſiderari poſſunt.

¶ Querentes em̄ ſecundum philoſophiam primi veritatem et naturam rerum diuerterūt vt in viam quādam aliam abcedentes ob infirmitatem. et dicunt neq̄ fieri eorū que ſunt nullum neq̄ corrumpi propter id q̄d̄ neceſſarium eſt fieri quod fit. aut ex eo q̄d̄ eſt. aut ex eo q̄d̄ non eſt. Ex his aūt vtriuſq̄ impoſſibile eſt eſſe Neq̄ em̄ quod eſt fieri ꝓtingit Eſt em̄ iam. neq̄ ex eo quod nō eſt nihil vtiq̄ fieri Subici em̄ aliquid oportet. et ſic ꝑſequenter ꝓtingens augmentantes neq̄ eſſe multa dicunt. ſed tm̄ q̄d̄ eſt. Illi ergo talium accipiebant opinionē ꝓpter ea que dicta ſunt.

¶ Hic ph̄s ſoluit defectus antiquoꝝ dicentiū nihil poſſe fieri ꝓpter ignorantiā materie ꝓpter infirmitatē intellectus eorū quare diuerterūt ſe ad viam erroneā ex eo. qa nō potuerūt intelligere qualiter vnū numero cū materia principiū eſſet priuatio et ſpecie ab ea differens ideo dixerūt q̄ nihil ꝓtingit generari ꝛ corrūpi. Et iſtū errorem ſic probabant. q̄m ſi ꝓtingit aliquid generari ſiue fieri. tūc neceſſariū eſt illud fieri ex eo quod eſt. aut ex eo q̄d̄ nō eſt. neutrū aūt horū eſt ꝺm. q̄m id quod eſt non fit. q. iam eſt. Neq̄ id quod nō eſt. q̄m in omni fieri aliquid ſubicitur q̄d̄ ſit materiale et quodāmodo formale in ordine ad id q̄d̄ per generatōem fieri dicitur. Et illo aūt inc̄ōuenienti arguētes multa inc̄ōuenientia auxerūt que ſequuntur ex illo ita q̄ dixerūt entia non eſſe multa ſed dūtaxat vnū vt explanatū eſt in rōnibus ꝓmenidis et melliſſi. et talem opinionē accipiebant ꝓpter ea que dicta ſunt.

¶ Nos aūt dicimus q̄ quidem ex eo quod eſt aut ex eo quod nō eſt fieri aliquid aut quod eſt aut quod nō eſt aliquid facere vel pati. aut q̄d̄ libet hoc fieri. vno quidem modo nihil differt vt medicū aliquid facere aut pati. aut q̄libet hoc fieri. ex medico aliquid eſſe aut fieri. quare q̄m̄ hoc dupliciter dicitur. Manifeſtum eſt q̄m̄ ex eo q̄d̄ eſt et ex eo q̄d̄ nō eſt. aut facere aut pati. Edificat quidem igitur medicus nō ſm q̄ medicus ſꝫ ſm q̄ edificator. et albus fit non inquātum medicus ſꝫ inq̄ntū niger. Medicatur aūt et nō medicus fit inq̄ntū eſt medicus Q̄m̄ aūt maxime ꝓprie dicimus medicū aliquid facere aut pati aut fieri ex medico. ſi ſm q̄ medicus hoc patiatur. aut facit manifeſtuꝫ q̄ ex eo quod nō eſt fieri. et hoc ꝓcat inq̄ntū non eſt. Quod illi quidem nō diſpcientes delique/runt. et ꝓpter hanc ignorantiam in tantum ignorauerūt. q̄ nihil opinati ſunt fieri neq̄ eē aliorum ex alijs ſꝫ auferre oēm generatōem

¶ Nic ph̄s ponit ſolutiōes ad argumentū ꝓius facti quaꝝ prima eſt q̄ dr̄ dupliciter aliq̄d̄ fieri ex eo q̄d̄ eſt. ſimiliter dicitur id quod nō eſt facere aliq̄d aut pati. aut etiam ex eo hoc fieri aliquid dicitur dupliciter. Vno quidem modo nihil prohibet aliquid fieri ex eo q̄d̄ non eſt. aut aliquid fieri ex eo quod eſt. aut etiam facere aliquid id q̄d̄ nō eſt. et hoc quidem in ſill eſt videndū Si em̄ dupliciter dr̄ medicū aliquid facere vel pati. aut ex medico aliquid fieri vel eſſe. tunc manifeſtū eſt a ſimili. q̄m̄ ꝓpoſitiones ꝓpr̄ dicuntur. ſcz facere aliquid ex eo q̄d̄ nō eſt. aut facere aliquid ex eo quod eſt. vel pati id quod eſt. vel q̄d̄ non eſt. Dicitur aūt medicus aliquid facere. ſicut cū dicitur medicus edificat. Nec em̄ ꝓpoſitio dupliciter dr̄. ſcz per ſe. et p accidens per ſe em̄ medicus nō edificat. ſed p accīs inq̄ntum accidit medico edificatorē eſſe ꝛ ſic poſſumus dicere. q̄ nō medicus edificat. Similiter dicimus medicum album fieri dupliciter. aut em̄ accipiatur per ſe. ſic non fit medicus albus. ſi vero p accidens tunc fit medicus albus. inq̄ntum accidit medicum nigrum eſſe. ſed per ſe inq̄ntum medicus eſt poteſt fieri non medicus. et inq̄ntum nō eſt medicus. poteſt fieri medicus. et inq̄ntum eſt medicus poteſt facere ſm medicinam q̄d̄ eſt medicari. tm̄ licet ſic multipliciter dicat. conſtat q̄ hoc dicitur medicus facere vel fieri q̄d̄ facit ſm q̄ medicus eſt. id eſt inq̄ntum habet medicinā. et ſimiliter ſic eſt in dictis locutionibus ſiue ꝓpoſitionibus. Si em̄ aliquid fieri dicatur ex eo quod non eſt. maxime ꝓuenit et hoc ex ipſo. inq̄ntum non eſt. ꝛ nō inq̄ntum eſt. ꝛ quia hanc multiplicitatem ignorauerūt plures antiqui. ideo in tm̄ ignorauerūt. q̄ opinati ſunt nihil fieri poſſe aut generari. neq̄ eſſe eoꝝ ab inuicem alia. ſꝫ a materia auferebant oēm generatōem dicentes dumtaxat vnū ens eſſe.

¶ Nos aūt et ipſi dicemus fieri quidem nihil ſimpliciter ex eo quod non eſt. ſed tamen fieri ex eo quod non eſt vt ſm accidens: Ex priuatione em̄ quod eſt quidem per ſe non ens. non inexiſtente fit. Mirabile autem videtur et impoſſibile ſic fieri aliquid ex eo quod nō eſt. Similiter aūt nec ex eo quod eſt. neq̄ quod eſt fieri niſi ſm accidens. Sic autem et hoc fieri eodem modo. vt ſi ex animali animal vtiq̄ fiat. et ex quodam animali quoddam animal. vt ſi canis ex equo fiat. Fiat quidem em̄ vtiq̄ non ſolum ex quodam animali canis. ſed etiam ex animali. ſed non inq̄ntum eſt animal. eſt enim iam hoc. Si autem aliquid debet fieri animal non ſm accidens non ex animali erit. et ſi aliud quod eſt non ex eo quod eſt. neq̄ ex eo quod nō eſt. Quod enim eſt ex eo quod nō eſt.

dictum est nobis quid significet qm̄ ingr̄tum non est. Amplius aūt esse oē et non esse. vnus quidem motus hic est

¶ Hic ph̄s ostēdit q illi qui sunt fm veritatē eruditi in phīa cum ipsis concēdunt .nihil fieri fm naturam ex eo q simpliciter nihil est. t nihil supponit vel relinquit. tamē nihil prohibet aliquid fieri ex eo quod per accidēs non est. fit em̄ aliquid ex p̄uatione que per se non est. et quod fit ex ea. fit ex eo quod non est. t non ex eo' quod ē. licet em̄ p̄uatio sit omnino non ens. ingr̄tuz est p̄uatio. relinquit tamē subiectum cū aptitudine. neutruz aūt ist̄orum est aliquid p̄uationis inquātum p̄uatio est. Et ideo qō fit. ex materia p̄uationi ūmixta fit. ex eo qō est per se t non per accidēs est. Et si dicatur fieri ex p̄uatione tunc fit ex quo nō est per se sed per accidens qm̄ non oīno. nihil est p̄uatio ingr̄tum relinquit subiectum cum aptitudine vt patet ex supradict̄. tamē ꝯcedimus si fm naturaz loquamur q mirabile est dictu t impossibile fieri aliquid ex eo q sic nō est. q oīno nihil relinquit similiter cōcedimus q nihil fit. ex eo q oīno est ſz oportet. q id ex quo fit id quod fit per generatōem quodaz mō eē q̄dā modo nō esse Silr ꝯcedimus q id qō nō est non fit nisi fm accidens. non autem fm hoc accidens qō alteratur. sed per accidens fm q fit in actu per generationem. Exempli gratia. vt dicamus q animal fit ex animali. et quoddā animal fm q hmōi fit ex quodā animali. tunc em̄ generatur in natura hoc ex hoc per se sicut quoddam animal ex quodam animali t per cōsequens animal ex animali. Non aūt intelligitur id quod dictuz est effectiue sicut asinus generat asinum sibi simile in specie. sed potius materialiter sicut si canis generetur ex eō per viam putrefactionis aut quouis alio modo fm naturam. tunc em̄ canis non fit em̄ ex quodaz animali. sed etiam vniuersaliter dicēdo canis qui est aīal generatur ex animali materialiter. t ita videtur id quod est animal generari ex animali. Et ita videbitur ens generari ex ente t simili a suo simili. Et soluitur hic. q cum dicitur canis qui est animal generari. non generatur ingr̄tuz canis et animal. ſz ingr̄tum est non canis t non animal. et ita per accidēs generatur canis t animal ingr̄tum non sunt fm p̄uationem. Et ideo dicit ph̄s q si fiat aliqd qō est. nō fit ex eo qō oīno nō est sed ex eo qō aliquo mō est et aliq̄ mō nō est. vt supra dictum est. t hoc significat quādo dicitur aliquid fieri ex eo quod nō est. hoc enim significat quod fit ex eo ingr̄tum non est. Sed cū dicitur aliquid fieri ex eo quod non est. non remouetur ab ipso ꝓpter hoc omne esse. nec remouetur ab ipso oīne nō esse. sed intendit .p. q ipsuz quodam modo fit per materiaz. et quodā mō nō fit p p̄uationem negantez actū eēndi et relinquentē subiectum cū aptitudine ad essendum

Alius autem qm̄ contingit fm potentiam et actum eadem dicere. Hoc autem determinatum est. tamē in alijs per certitudinem magis. Quare fm q vere dicimus defectus solluuntur. propter quos coacti remouent predicatorum quedam. propter hoc em̄ in tātum destiterunt priores a via in generationem et corruptionem. et omnino in mutationem. Nec ꝯ em̄ vtiq̄ visa natura omnem soluit banc ipsorum ignorantiam

¶ Hic ph̄us ponit secundam solutionē dicens. q causa defectus eorum fuit ex hoc. q nesciuerunt distinguere multiplicitatem entis simpliciter t fm quid siue per se et per accidens et entis in potentia t in actu quod in p̄posito idem est. t ideo credebāt aliquid fieri ex ente simpliciter id est ex ente in actu. sed in veritate aliquid fit ex ente fm quid hoc est ex ente in potentia. Modo si accepisset ens p̄o ente in potentia tunc argumentum fuisset bonū. nec tunc oportuisſz q negassent generatōem. q m̄ in generatōne. ens in potentia p̄esupponitur. sed ens in actu acquiritur t sic nihil prohibet quodāmodo ens et quodāmodo non ens fieri ex quodam ente et quodammodo non ente. qm̄ ens quod est in potentia non in actu fit ex eo q est potentia t non actus. per ens em̄ in potētia non intelligitur em̄ subiectum. sed etiam potentia formalis quia relinquit p̄uationem ex quo relinquit formalem aptitudinem ad actum. t ita forma que educitur de potentia fm sui essentiam est in materia potentia hābituali. sed confusa t indeterminata. de qua materia latius dicetur infra.

Circa textuz expositum mouētur due questiones. Quarum p̄ma est Utrum materia sit solum scibilis ad formam. in analogia. ex cuius ignorātia fuit error in antiquorum philosophia.

Contra p̄mū arguitur sic. Materia est per se scibilis. igitur non scitur in analogia ad formam. Aūs p̄batur. q materia est elementuz rei naturalis. vt patuit in vnius dubij declaratione circa p̄ncipium huius libr̄i sed per elementuz siue p̄ncipium res cognoscunt. igit.

¶ Secūdo. quicqd est ens per se. est per se cognoscibile cum ens sit p̄ncipiuz quod cadit sub intellectu nostro. materia autē per se est ens. igitur est per se ꝯgnoscibilis

¶ Tertio. quicquid habet definitionem est per se cogꝯnoscibile. materia autem est hmōi. quia ipsa est subiectū vnicuiq̄ p̄mū. vt patebit inferius. igitur.

¶ Tangentes quidem igitur. et alteri quidem sunt ipsa. sed nō sufficiēter. Primū quidē em̄ confitētur simpliciter fieri aliquid ex eo qđ non est inquantum Permenidem recte est dicere Postea videt ipsis si vere est numero vna et potentia tantuz vna esse. Sed hoc differt plurimum

¶ Istud est secūduz capitulum huius tractatus in quo phus soluit defectus antiquorum dicentium materiam esse non ens per conuenientiam ipsius cum priuatione. Et diuiditur in tres partes. In quaruz prima mouet antiquorum rationes. In secūda ponit quinq̄ differentias inter materiam z priuationem. ibi. Nos quidem materiam. In tercia se excusat de ampliori determinatione forme. ibi. De principio autem. Dicit igitur phus naturā morui subiectam plures philosophi tetigerunt. licet non sufficienter. quia ꝓuationem materie permixtam non viderunt nec distinxerunt a materia. Illi em̄ ꝓpter Permenidis argumentationem quaz veram esse crediderunt z de necessitate cōcludere confessi sunt. q̄ id quod simpliciter est fit ex eo quod simpliciter non est. et hoc probabant ratione Permenidis. z est ista. Omne quod est vere est. ergo quicquid est preter id quod vere est non est. id autez quod vere est. est substantia existens in actu. ergo omne illud quod est preter illud quod vere est actu non est. Secundo probabant sic. Omne quod est vnū est. ergo quicquid est preter vnū est non ens. cuz igitur materia nec vere sit nec vere vna sit. eo q̄ non habrat formaz ꝓcesserūt q̄ id ex quo fit generatio est simpliciter nō ens. z sic ens fit ex simpliciter non ente. z hoc est vnū inconueniens in qđ inciderunt. quia nesciuerunt distinguere qualiter materia est ex se. sed ex priuatione non est. z ita p accidens non est tamen per se est hoc modo. quia materie gratia sui debetur esse. z gratia priuationis debetur sibi non esse. Unde isti fuerunt Platonici qui in hoc cum Permenide ꝓcordauerunt q̄ reputabant argumentatōem suam cōcludere. sed in hoc discordauerunt. quia conclusionem suaz nō dicebant esse ad inconueniens ducturam Uolebat enim vlterius habere Permenides q̄ generatio nihil est. cū ens posset fieri ex non ente. z hoc platonici non receperunt dicentes non esse inconueniens ens fieri ex non ente simpliciter. z illi non ponūt aliquid forme esse in materia. propter hoc q̄ negauerunt ꝓuationem oportuit eos cōcedere q̄ forma fit ex non ente simpliciter. aut produceretur ex essentia materie. Sed manifestum est q̄ incōueniens est ipsam produci ex substantia. z ideo alterum cōcesserunt scz q̄ fit ex nihilo. z hoc modo dixerunt id quod simpliciter est fm formam fieri ex eo q̄ simpliciter non est fm formā Unde postq̄ ignorauerunt distinctionem priuationis z materie inciderunt in aliud inconueniens. viderunt em̄ q̄ materia permixta non enti est vna numero. z putabāt ad hoc sequi q̄ esset potentia z virtute vna. z hoc quidem bene sequitur. Sed cum dicitur materia permixta nō enti esse negationem ita q̄ cum dicitur nō ens. negatur absolute ens. z nihil relinquitur. quia tunc illud non ens in materia non relinquit aliquam potētiam habitualem ad formam. sicut facit priuatio. z tunc nō haberet materia nisi potentiam propriam que est alicuius componentium

cum forma. sed hoc non est verum. quia cum dicitur materia non ens. non ens est priuatiuum. z ideo priuatio relinquit formalem aptitudinem ad formam. z ita licet sit vna numero cum materia. non tamen est vna z eadez potentialiter. sed addit supza potentiam que est materia potentiam habitualem propter quod altera est specie a materia. z ideo plurimū refert dicere ipsam esse vnā numero. et dicere ipsam esse vnā potentia z virtute.

¶ Nos quidem materiam z priuationem alteram dicimus esse. sed horum hanc quidem non esse fm accidens materiam. priuationem autem per se non esse. hanc quidem prope substantiam aliqualiter materiam. priuationez autem nequaquam. Quidam autem q nō est magnū et paruū sil'r. aut simul vtrūcz aut seorsuz vtrūcz q̄re penit9 alter mod9 trinitatis ē hic et ille. vicz quidem ad hoc peruenerunt q̄ oport/tet quandam supponi naturam: sed hanc tamen vnam faciunt. Eteñ si aliquis dualitatez facit dicens magnū z paruū ipsam nihilominus idem facit. alteram eñ despexit

¶ Ista est secūda pars huius capituli. in qua philosophus ponit quincz differentias inter priuationem z materiam. quarum prima est. Materia de se habet esse. z ei9 non esse accidit ex ꝓuatione que est ei permixta. priuatio vero per se siue de se non est. eo q̄ de se habet non esse. tamen aptitudinem in subiecto relinquit. non obstante nomine dicente non esse actu. z sic inq̄tum aptitudinem relinquit priuatio ꝓnciꝑium rei naturalis eē dicitur. Secūda materia est prope substantiam. non autem ipsa priuatio. Sunt quidem alij aliter dicentes id quod non est esse materiam z non priuationi immixtam. sed in qua est negatio vniuersalis z totalis ipius forme. z ideo dicūt ipaz esse magnum z paruum. Et hoc tripliciter. quia dicunt materiam esse equaliter magnum z paruum. ita scz q̄ materia est vnum z aliud. aut vtrūcz simul. aut vtrūcz diuisim siue seorsum. z vnum dicūt esse formaz. z sic dicūt scz Platonici q̄ duo sunt principia materialia z neutrum est ꝓuatio. sed vtrūcz sine mixtura ꝓuationis ē. Et ideo licet vtriqz scz platonici z peripatetici dicant tria esse principia rerum. tamen trinitas quam ipsi ponunt habet aliuz modum penitus a principiozum trinitate Aristotelis et aliozum eum imitantium. Et licet quidam eozum peruenerint concordando cum peripateticis dicentes vnaz naturam subiectam. Dicūt tamen q̄ illa natura vna est nō numero tantum. sed potentia z virtute z specie. quod est contra mentem philosophi z aliozum imitantiam eum. Et si quis eozum dixerit materiam non esse vnum sed duo. sicut platonici qui dixerunt magnum z paruum. tamen dixerunt ista duo vnam subiectam naturam potentia z specie. ideo quia non ponunt priuationem quare despexerunt eam. z non posuerūt ꝓtraria formalia. z licz formam posuerunt tamen alterum contrariozum quod est priuatio despexerunt ponere. quia non viderunt quomodo priuatio misceretur. In omni autem generabilium natura subiecta mixta est priuatio. z cuius materie priuatio non est immixta illud non habet materiam proprijssime dictaz qualis reperitur in subcelestibus corporibus. z sic aliquando Aristoteles dicit corpora celestia non habere materiam. z aliquando habere materiaz. vt patet primo celi. z hoc ex eo. quoniam materia in eis non dicitur vniuoce. vt patuit clarius superius. quia priuatio materie immixta facit ipsa corpora ad inuicem transmutari. z esse generabilia z corruptibilia. z ipsa non materie immixta nō facit ea transmutari. vt patz de corporibz celestibz.

¶ Subiecta quidem eñ natura ꝓcausa forme est eozum que fiunt sicut mater. Altera vero pars contrarietatis multotiens ad maleficium ipsius imaginatur protendenti intellectuz necz esse penitus et esse extra omne. Existente eñ quodam diuino z optimo et appetibili. aliud quidem contrarium esse ipsi dicimus. Aliud autem aptum natum esse appetere z desiderare ipsum fm ipsius naturam. Quibusdā autem accidit contrarium appetere suipsius corruptionem. et necz suipsius possibile est appetere speciem propter nō esse indigens necz cōtrarium. Corruptiua eñ sunt ad inuicem contraria: sed hoc est materia. sicut si femina masculum z turpe bonum. non quod per se est turpe sed fm accidens

¶ Nic philosophus ponit terciam differentiam ꝓuationis z materie dicens. q̄ materia causa est compositi. cum forma z eozum que fiūt sicut mater filiozum est causa. eo q̄ ministrat eis substantiam. sed priuatio que est altera pars contrarietatis multotiens imaginatur potius esse ad maleficium z destructionem eozum que fiunt si aliquis protendat intellectum in eam inquantum est priuatio distincta a materia. quia tūc videtur ipa esse causa. quare entia corrumpūtur z non sunt necz permanēt. Cum enim priuatio inest fm actum priuat esse generabilium. et si quis inspiciat eam prout ipsa importat in nomine quandam negationem. potius videtur esse destructiua substantie generabilium. q̄ sit principium naturale eozum que fiunt Et hec fuit etiam causa quare latuit antiquos q̄ priuatio sit vnum principiozum. quia scilz prorenderunt intellectum in eam secundū q̄ est negatio quedam. z non prout relinquit aptitudinez in subiecto. Unde dicebant ipsam non esse penitus. z esse extra omne illud quod est in natura. ¶ Quarta differentia est priuationis z materie. quia forma cum sit quoddam diuinum optimum z appetibile dicimus q̄ priuatio est contraria ei z non materia. sed materia per hoc q̄ est immixta priuationi nata est appetere ipsam formam. que est diuinum et optimum. si enim nō esset priuatio in materia non esset nata appetere formam. Et hoc sic probat. quia materia aut appetit ipsam fm q̄ est informata forma z existēs in actu aut fm q̄ est ea res forma. Si autem dicatur q̄ appetit eam secundum q̄ est informata per formam et existens

in actu. aut ergo ſm q̄ eſt in forma eadē quā appetit. aūt in forma diuerſa z ꝓtraria illi. Si vero appetit eā ſm q̄ ē in forma eadem illi quā appetit hoc eſſe non poteſt q̄ nihil appetit hoc q̄ habet. ſz potius appetit illud in quo ſaluetur. Eſt aūt appetitus materie nō vt ſaluet̄ ſed potius vt tranſmutet̄ in id quod appetit. Preterea ſi materia appetit formā p formā cādē quā hz. g̃ forma magis appetit. q̄ ꝑf q̄ ē aliq̄d tale illō ē magꝭ tale. z per ꝑns forma appetet ſeipam q̄ eſt inconueniens. Si aūt appetit eam ſm q̄ eſt in contraria ſiue in diuerſa q̄ idem eſt. eo q̄ diuerſitas cauſatur a contrarietate. tunc iterum cōtraria forma magis appetit eam. cū igit cōtrariū deſtruat̄ ꝓtrarium contingeret q̄ aliq̄d appeteret ſuā deſtructōnem. z hoc precipue accidit platonicis qui dicebant materiā eē informatā. z nihil priuatōnis in ſe habere. vnde cū ipa eadem ſpecies vel forma appetat ſe. cū ſui non indigeat. nec ꝓtraria ſpecies appetat contrariā. eo q̄ ſe inuicē contraria corrumpant. oportet q̄ inter hoc ſit appetitus materie p̄ pter priuatōnem ſibi immixtā. Et ideo nihil appetit aliō niſi per ſimilitudinem incompletam quā habet ad ipm et ideo appetit cōpleri per tranſmutatōnem ad ipm q̄ appetit. licet enim appetat ſaluari ens completum. tamē appetitus tranſmutatōnis non eſt niſi incompleti. Et ideo talis appetitus eſt materie p mixturam priuatōnis. cum materia forme habet inchoatōnem ad quam deſiderat tranſmutari. Si aūt obijceret aliquis. q̄ illud inconueniens quod dictum eſt. de hoc q̄ contrariū appetit cōtrarium videtur ſequi ex priuatōne. quia ſi materia per priuationem deſiderat formā. tūc priuatio magis deſiderat. cū igitur contraria ſit priuatio forme. contrarius deſiderabit contrariū. z ita videtur conſiderare ſuijpius corruptionez Ad hoc reſpondet dñs Albertus. q̄ non ſequitur quia ſuperius dictum eſt. q̄ priuatio vno modo eſt contrarium. et ſm hoc eſt priuatio actus z forme. ſed alio modo eſt aptitudo in ſubiecto ad formā relicta. z ſic principiat motū in materia z hoc modo eſt appetitus z deſiderij cauſa. et ideo dicit ph̄s. q̄ materia deſiderat formam ſicut femina maſculum. z ſicut turpe bonū. Non enim eſt materia ex ſe turpitudinem habens ſed ex priuatōne ſibi permixta. et ſic accidit ei turpitudo. z imperfectio femine per id quod non eſt aliquid de eſſentia materie z hec eſt priuatio.

Corrumpitur aūt et fit. eſt quidē vt ſic. eſt autē vt non. ſm quidem eñ quod eſt in quo ſm ſe corrumpitur. quod eñ corrumpitur in hoc eſt priuatio. Inq̄ſtum aūt ſm potentiam non per ſe. ſed incorruptibilem et ingenitā neceſſe eſt eſſe ipſam. Si eñ fiat. ſubijci aliq̄d oportz primū ex quo fiat. hoc autem eſt hec natura quare erit ante fieri. Dico enim materiam primū ſubiectuz vnicuiq̄ ex quo fit aliquid cum inſit nō ſm accidens et ſi corrumpitur in hoc abibit vltimū. Quare corrupta erit anteq̄ corrūpatur.

Hic ph̄s ponit quintam differentiam materie z priuationis dicens. q̄ in motu materia non corrumpitur neq̄ generatur. ſed priuatio per ſe corrumpitur in ipſa ſcz materia. z ideo materia priuationi immixta. priuatio dicitur generari z corrūpi. materia ꝓ nō generari nec corrumpi et ſic id q̄ē in ea vt in ſubiecto corrūpit. quia id quod ē in ipſa ſcz priuatio per ſe corrumpitur. Sed tamen potentia materie que eſt potentia ſubiecti non corrumpitur. q̄z hoc modo manet z ſub priuatōne z forma. z ideo neceſſe eſt materiam eſſe incorruptibilem z ingenitam. Si eñ generari detur. tunc oportet ſm predicta q̄ generatōni qua generatur materia aliquid ſubijciatur. ſed q̄ ſubijcitur generatōni materie prius eſt generatōe cum ſit eius ꝑncipium. ſed ſubiectum primū generatōnis eſt materia. g̃ materia eſt ante generatōnem materie. ſed illud eſt inconueniens. z p ꝓſequēs p gñatōez nō ꝓcepit eē. g̃ ipſa eſt ingenita. Eſt aūt incorruptibilis. quia ſi corrumpitur. oportet q̄ in aliq̄d z non in nihil ſm naturam corrumpatur. omne aūt quod corrumpitur reſolvitur vltimo in materiam. In quod aūt vltimū corruptibile reſolvitur. illud nō non reſolvitur ad aliud. ergo illud manet. z per cōſequēs materia manet poſtq̄ corrupta eſt. z hoc eſt incōueniens. ergo materia eſt incorruptibilis per ſe. g̃ q̄ corrumpitur in materia eſt priuatio. z ipa manet incorrupta. z cū materia acquirit formā aliā. tunc acquirit priuatōnem ad aliaz formā. z hec eſt cauſa corruptōnis in ipſa. z ſic ſemp materia ꝓpter ſui mixtōnem cum priuatōne tranſmutabilis eſt ſm formas.

De principio autem ſm ſpeciem vtrum vnum aut plura aut quot aut que ſunt per certitudinem prime ph̄ie opus eſt determinare. ergo in illud tempus deponatur. De phyſicis autē et corporibus ſpeciebus in poſterius demonſtrandum dicemus. Quidem ergo ſint principia. et que et quot numero determinetur a nobis ſic. Iterum autem aliud principium incipientes dicamus.

Hic ph̄s ſe excuſat de ampliori determiatōe forme ſiue ſpeciei dicēs. q̄ nō ē ipius phyſici inq̄rere an ſpēs ſiue forma ſit vnius generis vel diuerſoꝝ. q̄z hoc hz in metaphyſica inquiri. vbi diuidūtur ſpecies in ſeparatas z non ſeparatas. z vtrū ſpecies ſit vna vel plures. z quot ſunt ſeparate forme. Opus ē determiare in prima ph̄ia p certitudinē Deponat̄ ergo in illud temp⁹ quo loquimur de ꝑma ph̄ia. ſed de phyſicis ſpecieb⁹ que corruptibiles ſūt ſm eſſe q̄ habēt in materia phyſica dōm eſt in ſequentibus. cum demonſtrabimus ea que poſterius ſunt in ſcia iſta. Cōcludit igit ph̄s quot ſunt ꝑncipia z quot ſpecie z rōe. z ꝗt numero ſūt ꝑncipia. motus z mobilis poſterius eſt determinandū. licet in preſenti motū.

Circa textum expoſitū

mouetur queſtio. An forma generabilis ſit in potentia materie. ſm aliquod inchoatōnis eē. quod ſit formale formabile.

Et videt ꝑmo q̄ nō ē forma ī materia inchoata. q̄z ꝓuatio ē ꝑncipiū p accīs. hoc ē p aliud ſcz p materiā. hoc autē nō diceret̄ ſi aptitudo ꝓuatōis eēt aliq̄d eſſe forme conditionatū. igit nō ſūt foꝛe inchoate. minor ꝑz. q̄z tūc ꝓuatio in rōne ſua eſſe includeret Cōfirmat̄ q̄z ſic ꝓuatio nō abiceret̄ ſm ſe totā ſz eſſet aliqō ꝑmanēs. hoc aūt ē ꝑhō contrariū cū dicat materiā ꝑmanere. non aūt ꝓuatōez. Sedo ꝓfirmat̄ ꝓuatō tollit habitū z nō ē redit⁹ de ꝓuatōe ī habitum. z per conſequens non derelinquit aliquod habi

tuale esse in materia ad formam gratia priuatōis Se/cundo sic si forma esset ante generatōnem in materia ſm̄ esse inchoatōnis.tunc ipa generatio non esset ad forme el sentiam sed ad modum essendi ipius forme.hoc autez in conueniens est dicere.igit. Tercio indiuisibile vbicun gz est ibi totaliter est.z vbi deest totaliter deest.forma aūt substantialis ante generatōnem deest materie z p̄ sui ge/neratōnē aduenit materie.ergo primo totaliter deest sub termino a quo priuatōnis.sedo totaliter aduenit materie in termino ad quem generatōis. Quarto si forma eēt ſm essentiam in materia.sequerek opinio anaxagore.q̄ po suit omnes formas naturales esse in materia que tamen reprobatur ab Arestotele. Quinto sic nihil in materia preexistens inducitur in ipa.sed forma in generatōe rei na turalis inducitur in materia.igit nō prefuit in ea Sex/to omnis forma in materia recepta causat cōpositū z dat esse.si igitur in materia ponatur forme essentia.z omnes forme sint inchoate in ea.quelibet causabit totum compo/situm.z per ꝫsequēs in materia prima forma equi dabit esse equinū.z forma asini esse asininum .z per ꝫsequēs idē erit equus z asinus. Septimo si forma esset inchoata i materia vel igit hoc esse est materie cōproducētū.vel ab ex trinseco inductum.neutrū illoꝝ est dicendū.nō primū qm̄ sic forma esset ingenerabilis z incorruptibilis.sed hoc dū taxat conuenit materie.cuz dicat Arestoteles hic.q̄ mate ria est ingenerabilis z incorruptibilis. Non scōm .q̄a tūc surgeret platonis opinio que non est vera vt postea dicek Octauo.anima rōnalis venit defortis .igitur non edu citur de potentia materie per actōnem agentis naturalis. Nono forma est indiuisibilis vt attestatur gilbertus porritanus.sed omne quod partim preiacet z partim ad uenit est diuisibile in partē z partem.igitur inchoatio for/me repugnat materie. Confirmaē esse substantiale caret intentione z remissione.vt patet per Arestotelē in predi/camentis.preiacens forma aūt intenditur per actōnē par ticularis agentis.cū ipius est illam formā educere de po/tentia ad actum.igit Decimo genus nunqz est sine sua specie.igitur non est inchoatio formaꝝ. Jn opposituz est doctrina dñi Alberti. Et pro intellectu ultius questionis ponūtur duo discursus quoꝝ maior primi est ista.

Conturbati sunt posteriores quemadmodum et antiqui.circa substantiale rerum naturaliuz fieri Minor Quidam horū videntur fa uisse epicureis. quidam vero stoicis Con/clusio Igitur formas naturales educi de potentia materie.intelligunt expositores aresto/telis varie.

Jste totus discursus sumitur ex dictis dñi Alberti nar rantis antiquitus fuisse circa substantiale fieri rerum na turalium duas opiniones preter arestotelis opinionē.z sic de generatōnis rerū naturaliū modo sunt opiniones tres principales.quaꝝ prima est ipoꝝ stoicoꝝ dicentiū.q̄ anīge neratōnez rez naturaliū forma nullomō preexistat i ma teria.imo dicunt eam esse sterilem agrum inculum ante generatōnem.z ideo asserunt eam esse a datore formaruz hoc est a prima causa.sed hec opinio veritatem non habet quia sic omnis forma crearek z nulla per generatōnem p/duceretur.Etiam sic totum compositum non esset vnuz nisi per accidens.qm̄ illud quod producitur a duob⁹ agē tibus non subordinatis non facit vnū per se.sed solum p accidens.eo q̄ ibi sint duo termini duarum actionum di stinctaꝝ.z quilibet terminus est ens in actu.z ex duobus entibus actu existentibus non fit vnum per se. Secunda opinio fuit epicureoꝝ dicentiū.q̄ ante generatōnez rei for/ma actualiter esset in materia.z solūmodo in generatōne rei ducitur de occulto ad manifestum. Sed hec opinio nō est vera quia sic sequeretur q̄ nulla esset generatō.qm̄ si ta lis forma de occulto ad manifestum duceretur nō esset p/cessus de non esse substantiale ad esse substantiale.sed dū taxat de non esse accidentale ad esse accidentale.z p ꝫ̄s factio rei non esset nisi alteratio. Tercia est opinio peripo/teticoꝝ.que quodā modo mediat inter istas duas opinio nes.z ponit q̄ in generatōne rei forma non prouenit to/taliter ab extra sed de materie potentia educitur. Nec est totaliter ſm esse actuale in materia.sed dumtaxat in potē tia. Formā autem esse in materie potētia duobus potest intelligi modis. Vno modo q̄ ipsa sit in potentia mate/rie subiectiua solum. Alio modo q̄ sit in potentia formali formabili.ita q̄ talis ponatur preter subiectiuam potenti am materie quare opinio tercia duas complectitur opini ones. Quarum prima est sancti Thome z suoꝝ sequacū dicentiū in generatōne rei naturalis formam solum esse i potentia subiectiua materie Alia est opinio domini Alber ti dicentis. q̄ preter potentiam materie subiectiuam est ponenda potentia formalis formabilis .z hec quandoqz vocatur formarum inchoatio quandoqz habitus confu/sus formaꝝ naturalium.z quandoqz forma corporeita/tis. Vnde sicut omnes differentie sunt in generis potesta te ſm esse confusum .sic omnes forme naturales sunt in esse cōfuso in materie potentia.z ꝺeducunk ad esse cōple tum p agentia naturalia.sicut due differentie p intellectuz agentez educūtur de generis potestate z inter istas duas opiniones talis est differentia.qm̄ illis qui sunt de opini/one sancti Thome z multoꝝ aliorꝝ imponitur q̄ stoicis magis faueant cum ponant ante generatōnē formas nō preexistere ſm aliquid sui sed tm̄ ſm materie potentiam in qua dicunt formas occumbere z hoc per dispositiones alteratiuas .Sz illis qui sunt de opinione dñi Alberti im ponitur q̄ magis epicureis faueant.cum dicant formas ſm aliquid sui esse in materia ante generatōnem.z ſ ſm esse confusum z genericum. Dicūtur em̄ epicurei quasi cu ram habentes circa cutem.i.superficiem rez solum z non nutum hoc est rē inspicientes sed substantiam rei ignoran/tes.z fuerunt primi phylosophātes.z licet multa falsa di xerunt z scripserunt tamen eos aresto. recōmendat.q̄ de derunt alijs hoc est posterioribꝫ occasionez inquirendi p̄n cipia rez naturaliū. Aut dicūtur epicurei curam habentes circa cutem.i.voluptatem z posuerunt totam felicitatez in voluptate z eoꝝ caput fuit anaximandros z tunc A naxago.empedocles z sic deinceps. Stoici vero dicūtur a sto as are.quia stando soleba nt sciam in porticub⁹ z ec/clesiaꝝ valuis tradere ne maneret sepulta z caput eorum fuit plato. Peripotetici vero dicuntur quasi deambulati/ui.non quia de vico in vicum ambulabant.sed antiquoꝝ phylosophoꝝ legerunt libros z quicquid bene positum fuerit ex illis recolligerunt.z quicq̄d male positum inuene runt reprobauerunt.et horū caput fuit Arestoteles Ma ior secundi discursus.

Potentia materie non est solum subiectiua.ſz in ea est ad formam virtus et quedam causali/tas alia. Minor Materie substantia est

solum subiectiua potētia Conclusio Igit̄ omnis forma pure naturalis ante eius generationem fm eius essentiam est in materia cuius tamen non sit fm eandem inchoatōnem in ea.

Dato: patet. quia si potentia materie esset solum subiectiua. tunc res nequaq̄ generarent. qm̄ non plus esset ad vnam formam q̄ ad aliam. z ideo necessarium est in materia ponere aliquam causalitatez tam in doctoris magni q̄ sancti Thome via. Ista tamen causalitas ab illis diuersimode assignatur. quia dom̄n⁹ Albertus assignat eam in materia ex parte cause formalis. doctor vero sanctus eam in materia assignat ex dispositōnibus accidentalibus materiaz promouētibus. z sic patet q̄ in materia non solum est potētia subiectiua qua ipsa est nata substare forme substantiali vt substantia nata est substare accidenti. sed quedam concausalitas alia que est a potentia subiectiua distincta. z hec causalitas a dño Alberto vocat forme inchoatio. z a fratre Thoma inclinatio siue occubitum quare etiaz falsse assenbitur fratri thome a quibusdā q̄ ipe ponat hanc virtutem conuenire materie per suam essentiam. Et est notandū q̄ in materia est duplex potentia scz subiectiua materie z formalis formabilis que sic differunt. quia potentia subiectiua materie. est materie idētica per constructōnem intransitiuam. Potentia autez formalis formabilis materie dicitur per cōstructōnem transitiuam cum ipa non identificatur materie sed forme cuz tali potentia transit in actum nono meraphysice. sed nō potentia subiectiua z actus. cum multum differant p̄mo de anima. Minor patet. per dictū cōmentatoris dicentis q̄ materia solum substantiuatur per suum posse. sed posse est potentia subiectiua que identificatur materie. ideo substantia materie est solum subiectiua potentia. z iō materia est solum subiectum considerando eam fm ei⁹ substantiam quare etiam ipa non concurrit causaliter ad fieri rez naturaliū q̄ in rōne subiecti. sed per priuatōnem fit in materia quedam causalitas alia q̄ passiua qua acceptit ordinem ad aliam z aliam formam quā priuatōnem ignorantes platonici dicebant formas substantiales simpliciter fieri ex nihilo. cur Aresto. dicit eos alterum principiorum scz priuatōnem despexisse. cum posuit materiam et priuatōnem specie z ratōne non distingui z eadez de causa dixerunt priuatōnem solū negatōnem forme dicere. sz hoc est contrariū p̄ho vt patet clare ex eius textu. z sic pz q̄ materia per ꝓpriam suam naturam nō habet concausalitatem aliam. Et hoc sic ostenditur. quia si sic tunc materia seipsam moueret. sed hoc est inconueniens. igit. minor patet cum nihil idem sit mouens z motum. in actu et in potentia. Preterea nihil agit vltra suam ꝓpriam entitatem z naturam. igitur materia nō cōcurrit causaliter ad forme productōnem. cum ipa forma incōparabiliter ē altioris entitatis q̄ sit materia. Preterea purissima potētia nō hz concausalitatem actiuā. materia autem est purissima potentia. igitur non potest cōcurrere causaliter ad forme productōnem. Etiam aresto. tractando de materia comparat eam ad materiam artificialem dicens eam habere similitudinem suam cum materia artificiali. illa aūt nō concurrit causaliter actiue ad forme productōnem. igitur nec materia naturalis. Et est notandū q̄ ista minor loquitur de potentia subiectiua. z non de potentia materie superaddita gratia priuatōnis gra cuius conuenit materie cōcausalitas alia. Sz si diceres nihil citra primū est sua potentia. Ad hoc dōm est. q̄ nihil citra primū est sua potentia actiua ad operari saltem proxime potest tamen bene esse sua potentia passiua Conclusio habet duas partes pro declaratōne quidem prime partis est supponendū q̄ generatōnis subiectum est materia fm q̄ est ens in potētia et ideo in mutatōne naturali terminus a quo. z terminus ad quem talis mutatōnis debēt poni in eodem subiecto in quo est talis mutatio. z ideo necesse est ponere terminū a quo generatōnis in ipa materia. z terminū ad quē qui acquiritur in ea. Etiā supponendū est q̄ terminus a quo generatōnis non pōt esse materia. neq̄ eius potentia subiectiua. quia terminus a quo in motu abiicitur. sed materia z illa potentia non abiciuntur in motu. sed remanent sub vtroq̄ termino. Nec potest poni forma contraria q̄ est actu in materia. cum terminus a quo est ens in potentia z non in actu. nec possunt poni qualitates que in materia sunt. quia terminus a quo mutatōis substantialis debet esse aliquod substātiale. Nec potest poni potentia subiectiua materie cum negatōne forme acquirende. qm̄ terminus a quo z terminus ad quem in aliqua mutatione debēt conuenire in essentia cōmuni. modo illa potētia subiectiua cum negatōne forme non habet conuenientiam in essentia. cum ipsa forma. z per ꝓns non potest dari terminus a quo generatōnis rei naturalis nisi potentia formalis formabilis que ponitur in ipa materia Istis suppositis probatur prima pars conclusionis multis ratōnibus quarum prima est ista. quia nisi poneretur forma in materia ante rei generatōnem. non posset dari terminus a quo illius mutatōnis in eodem subiecto cum ipa generatōne dictum aūt est q̄ in omni motu z mutatōne terminus a quo z terminus ad quez sunt in eodem subiecto cum tali motu. z nō ē alicuius termin⁹ a quo generatōnis rei nisi forme essentia fm esse ꝓfusum in materia. igit̄ anteq̄ generet res naturalis talis essentia forme ē in materia Secūda ꝙcꝙd educit de aliq̄ pfuit in illo a quo educit in generatōne aūt rei naturalis forma educit de materie potentia q̄ forma pfuit in materia. z nō fm esse cōpletū. igit̄ fm ee ꝓfusum. Tercia. si nō poneret forma in materia inchoata aliq̄ generaret. sequeret q̄ ipa simpl'r veniret ab extrinseco z sic rediret opinio platonis dicētis oēs formas ab extrinseco venire. z nullo mō duci de materia. Quarta. dt phs in textu materia appetit formā. oīs aūr appetitus est alicuius similitudinis gratia. igit̄ est aliquid simile forme acquirende in materia. rōne cuius appetit formā materia et illud nō potest esse materia neq̄ potentia eius subiectiua neq̄ qualitates p̄me que sunt in materia. cū illa nō habeant similitudinem cum forma acquirenda. nec forma cōtraria que actu est in materia. quia sic appeteret suam corruptōnem. Quinta ꝙcꝙd reperit in multis vna ratōne illud reperitur in illis p̄ aliquam naturam cōmunē illa mta ambientem secundo meraphysice. omne autem transmutabile ad esse totius generi circulariter conuenit omnibus contrarijs. igitur illis conuenit per aliquam naturam cōmunem ipis contrarijs vniuoce participatam. sz hoc est generis potētia ex qua ille forme contrarie formaliter exeunt z educte formant octauo meraphysice. igit̄ talis habitus confusus contrariarum formaꝝ est materie physice essentialiter innatus. Sexta. aresto. dicit primo physicorum. q̄ priuatio est ita inseparabiliter materie annexa. q̄ facit cum ea vnum numero. illud autem qō inseparabiliter materie cōiūctū ē nō ē simplex negatō vt clarū ē nec ē potētia subiectiua vz ex maiore. igit̄ ē forte vl forma

in materia inchoatio. Septima priuatio cõtrariatur forme habite fm sui naturam quã formam materia appetit non autem ex parte simplicis negationis. cum contraria sint entia positiua. Octaua dicit Aristoteles in hoc libro q duo sunt principia ad agendum concurrentia. t vnũ ad patiendum intelligens per actiua principia ptraria scz formam t priuatõnem. igitur priuatio preter negatõnẽ simplicem t materie potentiam includit aliquid actus. hoc aũt est formarum inchoatio. qua generans naturale formam educit aut igit ex nihilo. aut ex aliquo sui. aut ex potentia subiecti ua materie. nullum horum autem est dicendum. igitur. non primũ. quia sic generatio esset creatio. et nullum agens naturale daret speciem sed tm̃ prepararet ipsam materiam. si scõm habetur ꝓpositum. si tertiũ sequeretur q aut materia fieret forma. aut potentia materie actus forme. neutrũ aũt horum est dicendũ. igitur. non primũ propter earum essentialem disparatõnem. non scõm quia potentia materie est ipi materia identica. Et iam terminus a quo t terminus ad quem debent esse eiusdem essentie. forma autem t materia siue ens potentia subiectiua non potest esse terminus a quo motus. cum igitur terminus a quo motus substantialis sit in ipa materia. cum entia naturalia fiant ex materia tanq̃ ex origine. sequitur q oporteat ponere in materia forme essentiam que est terminus a quo motus. Maior patet. qa terminus a quo t ad quem non differunt nisi sicut potentia t suus actus. Minor est philosophi in hoc libro. secũda pars questionis patet. quia vnum quodq̃ non fit ex quolibet cum ex seme olive non fit pirus aut pomus sed oliua. igitur tc̃.

Pro cuius intellectu est sciẽdum. q sicuti duplex est materia scz materia prima in qua est potentia remota. t maxime ab actu distans. t materia secũda que est potentia ꝓpinqua ad actum. sic pariformiter est duplex inchoatio. quedam est cõmunis. t quedam propria. Inchoatio enim cõmunis est confusus habitus omnium formarum in potẽtia materie prime. que est potentia remota. t in illa inchoatione omnes forme naturales equaliter inchoantur t in tali esse forme non distinguuntur inter se sicut homo t asinus in animali non distinguuntur neq̃ vniuersaliter due species in suo genere cum in eo conueniant. Sed inchoatio propria est alicuius forme in materia ꝓpinqua t dispositta ad aliquam formam propriam t illa dicitur talem habere inchoatõnem que vnico motore potest ad actum cõpletum deduci. t sic secũda pars cõclusionis intelligit de inchoatõne propria Sed posset aliquis dubitare. An forma in materia inchoata ducatur de esse incompleto ad esse completũ successiue. Et videtur q non. quia sic forma substantialis intentõnem t remissionem susciperet t magis t minus. Ad hoc est dicendũ q talis forma inchoata ducitur successiue de esse incompleto ad esse completũ in ipsa materia. non tamen talis successio fit in forma substantiali. sed in dispositionibus t qualitatib̃ que sunt in ipa materia que magis t minus suscipiunt fm q materia continue fm magis t minus perficitur t disponitur ad forme substantialis susceptõnez que in materia introducitur accepta sub vltima dispositõne ad talem formaz vnde si materia in instanti posset esse disposita tũc sine successione forma introduceretur. sed quia non potest in instanti esse disposita sed successiue ꝓpter contrarias dispositiones in materia existentes que per motum abiciũtur. ideo est ibi quedam successio que non est rõne forme substantialis fm se sed rõne indispositõnis materie t ptrarium que sunt in ea. Et sic dicendũ est ad argumentuz q forma substantialis nõ suscipit magis t minus in tali fluxu scz dumtaxat qualitates.

Ad obiecta in oppositũ

Ad primũ dõm est q p accidens accipitur multis modis Uno modo accipit cõtrum opponit ei qđ est solitariũ et sic potest dici principiũ per accidens. secdo opponit ei quod est substantiale. t sic priuatio vt dictũ est prius. est ens p accidens. Alio modo dicit ens per accidens illud quod ẽ p aliud. t sic priuatio non est ens per accidens vt imaginat argumentũ sed est per se principium ipm motũ originãs Et est sciendũ tamen q ipsa priuatio duob̃ modis accipitur. Uno modo cõtrum ad eius esse formale quod est de eius intrinseco intellectu t sic est non ens. t p ꝓns principium per accidens. Alio modo cõtrum ad eius esse materiale. t sic nominat forme inchoatõnem. t sic dicit ens aut potius entis principiũ. Circa hoc est considerandum q ẽ duplex esse inchoatõnis. scz p̃marũ t illud esse inchoatõnis forme concreatũ est materie quare ab ea inseparabile. Aliud est esse secundariũ. t illud potest a materia separari et transmutari. Exempli gratia vt esse habituale quo conueniunt forme elementor̃ in mixto qđ est materie cõproductũ t est seminale principiuz formaꝝ mixti qđ acquirit per generationem in mixto t p oppositã mutationem scz corruptõnem aufertur. Sed diceret aliquis ex illo seqretur. q priuatio nõ haberet entitatem suã a materia. sed potius per illud esse inchoatõis. quia illud vicinius ei cõuenit. Ad hoc dõm est. licet magis intrinsecum sit priuationi aptitudo forme cõtr subiectũ susciptens. tamen hmõi aptitudo non habet completam rõnem principiũ. igit gratia illius non dicit priuatio principium per accidens. Ad primam confirmatõnem est dõm cuius priuatio quo ad aptitudinem forme quã includit non abiciatur a materia tamen formale esse qđ nominat carentiam forme abiicit. t sic priuatio non permanet cõtruz ad id qđ per se dicit. materia vero cõtrum ad id quod per se dicit est intransmutabilis. Etiam priuatio differt a materia cõtrum ad eius materiale. quoniã materia manet in re facta tãq̃ omnino intransmutata. cum transmutatio rei est per hoc q materia subiiciatur alteri t alteri forme. materiale vero priuatõis transmutatur cum intrinsece motu perficiatur. Ad secundam confirmatõnem dicendũ est. q perfecta priuatio tollit totum habitum nihil derelinquens fm eius esse cõpletum t perfectum. ita q maneat habitus fm speciem. non autem tollit aptitudinem ad habitum. qa si illam tolleret non esset priuatio dicenda priuatio. sed potius negatio. neq̃ opponeretur habitui priuatiue sed contradictorie et ita ad propositum perfecta priuatio substantialis forme aufert a materia totum esse perfectum ipsius forme quod per generatõnem acquiritur. sed non aufert a materia aptitudinem ad formam. Ex omnibus his patet. q priuatio cõtrum ad id quod sibi primo per se conuenit esse essentialiter. videlicet cõtrum ad esse formale non manet. qa habita forma cessat priuatio t etiam non ens. tamen cõtrum ad eius esse materiale. bene manet. quia sic nominat esse in choationis. Ad secundum est dicendum. q generatio est ad forme essentiam. t non solum ad modũ essendi forme. sed equiuoce accipitur essentia. qm̃ per forme essentiaz aliq̃ intelligit q̃ditas que per definitõnẽ explicat. cũ essentia forme sit specifica t vltiate ꝓplera. t sic loq̃ndo de forẽ

essentia.ipa simpliciter per generatōnem in materia acq̄ritur. Scdo modo accipit essentia p originali essendi p̄n̄cipio. t sic forma fm suū esse genericū dicit habere essentiam. cum sit alterius essentie p̄ncipium formale. t tale ante generatōnem in materia p̄supponit. t sic intelligendum est dictū dñi Alberti quo dicit formā fm essentiā p̄exister re. per essentiam eīn intelligit essentiā originis. quo modo dicit punctū esse tota linee suba. Vñ cōsiderandū ē. sicut est duplex essentia. ita est duplex esse. qz esse est ꝓprius actꝰ ipsius essentie. Nam essentia originalis est p̄ncipiū ipius esse aptitudinalis. t essentia simpliciter t perfecta est actualis esse p̄ncipium. Ad terciz dōm est. q forma ante generatōnem totaliter p̄est in materia t totaliter abest quāc̄z diuersimode. p̄est quidez totaliter fm originis essentiam. totaliter vero abest fm essentiā perfectā que definitōne explicatur t ita non est partim ad intra forma ante generatōnem in materia. t partim acquisibilis per generatōnem i materia. eo q ꝓpter sui indiuisibilitatē nō hz ptē t ptē. t iō ōt dñs Alb. nec intendo dicere q forme ps sit ab intus t ps ab extra. sz tota ē ab intus t tota ē ab extra. fm esse tñ diuersum qm̄ fm esse ꝓfusum tota est intꝰ et fm esse in actu tota est ab extra. Et iō ex q̄ ponit forma tota ad intus in materia nō potest dici. q agens agat ad ꝓducendū forme essentiam. qz illa iā est. sed agens agit ad esse forme. q̄a licet esse forme sit. nō tamē est esse compositi sicut eius qō est t ita actus agentis termiat sup ꝓposituz et nō sup simplicē essentiā forme vel materie. qz impossibile videt fm intellectū. q actus alicuꝰ agentis fm naturā terminet in simplici. sicut videri p̄t in corpib⁹ artiū q̄oia i ꝓpositis sicut in domo t idolo terminant. tali aūt retenta veritate peripotheticoꝝ. oportet tria p̄supponere p̄ncipia qz materia fm se nullo mō p̄t subiici motui ad formā vnā vel aliā. si eīn ipa fm se esset subiectū motus cū sua essentia nō sit fluens in motū nō esset aliqd fluens ab vno termino motus ad aliū. t sic nō esset motus. iō oportz q ipa sit p̄uatōni imixta. t cū ipa sit vnū subiectū vt oñsum est sup. ipa efficit subiectū motus Etiā cū oīs motus sit ꝓpt indigentiā. indigentia aūt nulla sit eiꝰ qō nō est natū esse igit oz q in materia sit natū in esse id ad qō mouet. nō āt natū est in esse nisi ꝓpter p̄uatōnem. igit oportet materiam immixtam esse p̄uatōni que subiicit motui t mutatōni Id aūt habet ab aristo. in ethicis. q oīs motus est ꝓpter malitiam t hoc etiā dicit aristo. in hoc libro. q malicia est ex p̄uatōne sola. Et subiungit. licet omnis forma sit i potentia habituali materie. tamen nō dicit esse in potentia i aliquo nisi per motoꝛē fm formā materie vel artis possz educi de ipo. cū eīn dicit homo est in potentia in illo sicut in spermate intelligit potius esse inclinata t dispositā ad hoc t non ad aliud ꝓpter qō nō exigitur nisi motoꝛ vnius forme naturalis vel artis educens ipm ad actū. sicut domus est in potentia in lignis t lapidib⁹ t homo in potentia in semine. t cupzū in potentia in argento viuo p̄mixto tamen sulfure adurāte. Ad quartū dōm est. qz licz forme essentia sit in materia antec̄z res generet fm esse confusum. nō tñ fm actū vt posuit anaxagoras. Ad q̄ntum dōm est. q nihil p̄existens in alio inducitur in eo. eo modo quo p̄fuit in ipo. sed tamē illud quod p̄fuit in alio fm vnū modū essendi. bene potest induci in ipm fm aliū modum essendi. vt calliditas in subiecto p̄existens fm esse remissum potest induci in ipm p̄m esse intensuz. licet nō possit induci fm idem esse quo p̄fuit. Sic etiā forma naturalis in rei generatōne inducit in materia fm aliud esse q̄z p̄ius habuit. quia p̄ius habuit solūmodo esse potentiale t confusum. t educitur ad esse actuale t distinctum

Circa hoc est notandū q substantiales forme t accidentales conueniunt t differunt. ꝓueniunt eīn in hoc q sunt fm essentiam indiuisibiles Differūt tamen fm esse. qz forme substantiales non suscipiunt intensionem t remissionē sicut accidentales. q̄a accidentales forme non solum potentiue extenduntur vel remittūtur. verum etiam in suo esse specifico intenduntur t remittūtur. t propterea licet in generatōne sit transitus de esse potentiali ad esse actuale. tamē hoc esse potentiale non est forma fm speciem sz forme originale p̄ncipiū. accidentalis vero forma que p motum acquirit vadit de esse potentiali ad esse actuale qō ē specificū. ita q magis t minus in accidentalibus formis sunt eiusdem speciei. quia differunt sicut perfectum t imperfectū que speciem cōsequūtur. in substantialib⁹ formis que speciem p̄cedunt specie distinguūtur. t ideo ōt aristo. q ratō aīalis fm vnūquodq̄z aial est altera t altera. Dicunt etiam aliqui. q forma substantialis p̄existens confuse in materia non intenditur nec remittit. cum non sit ad speciem determinata. modo nihil intenditur nisi qō determiatum est ad speciem. t ideo esse specificū talis forme quādo materia est dispositā acquiritur totum simul.

Ad sextū dōm est. q omnis essentia recepta in aliquo fm esse actuale totum causat compositum. non tamen hoc oportet quādo recipit fm esse potentiale solum sicut ē in ꝓposito. vnde inchoatio forme in materia non facit cōpositum simpliciter. sed magis ponit in natura componibilitatem. qm̄ licet ens in actu additum enti compotō ens facit. non tamē ens in potentia additū enti in potentia cōpositōnem facit simpliciter Ad septimū est dōm q est duplex esse inchoatōnis formaꝝ in materia reale sz p̄mū siue primordiale. t ꝓmū qō sz p actū vniꝰ motoris deducitur ad esse determiatū. p̄mū esse est materie innatum ita q materia nunc̄z est sine illo. iuxta sniam bti Augustini dicentis q deus indidit materie seminales rōnes. Secūdū vero esse inchoatōnis hoc mutatur per agentia particularia. attamen primū esse inchoatōnis non est adeo inuariabile. sicut materia. quoniā ipa est potentia formalis identice transiens in actum forme. ideo quodāmodo variatur. materia autem que est subiectiua potentia non sic identice transit in actum forme sed vnitate indifferentie manet sub diuersis formis. t sic esse inchoatōnis scdm p̄t in materia de nouo acquiri sine hoc q procedatur in infinitum. quia deueniendum est ad primū esse inchoatōnis quod est materie innatum siue concreatum Circa hoc aduertendū est q triplices inueniūtur in materia generabiliū t corruptibiliū ratōnes fm quas mobilis est materia diuersimode. primo enim inueniuntur ratōnes obedientiales. fm quas mobilis est materia ad quācunq̄z formam virtute primi agentis mobilis inc̄z non naturaliter. sed p̄ter naturam. sicut patet in operibus miraculosis. Secūdo inueniuntur ratōnes naturales fm quas simplicia corpora sunt ad inuicem transmutabilia t entia pure naturalia. Tercio inueniunt rōnes seminales fm quas mobilis est ad formas superegredientium naturam. sicut sunt anime fm triplicem diuersitatem. Et c̄z hec triplices rationes in materia inueniuntur. due tamen vltime nominant esse inchoatōnis in materia nō ātp̄ma cū illa nihil in materia p̄ter eius suba ponat.

Ad octauū dōm est. q si aīa rōnalis fm sue increatōis subam accipiat quō ipa est ꝓpetua nō est eiusdē generis

phylica cū alijs aīab⁹. cū perpetuū ⁊ corruptibile gñe differant decimo metaphylice. sed ḋa natura preparat materiam ꝓ eius susceptōne ad cōstitutōnem totius homis quod esse hois a natura intenditur homo vere generat. ⁊ ita ſm suam materiam est eiusdem generis phylici cum alijs. Anima aūt rōnalis sua cōditōne aīam sensitiuā supergrediens nō potest ex materia educi sicut aīa sensitiua et ideo agens naturale dumtaxat attingit aīam dispositiue Sed si diceres agens naturale attingit substantialiter aīam rōnalem aristo. dicēte ꝙ a patre est forma ⁊ a matre materia. Ad hoc dōm est ꝙ verū est ꝙ a patre ē forma dispositiue. ⁊ materia que per matrē amministrat per virtutē sementinā patris exaltatur ad aīe rōnalis receptionem. In alijs aūt viuentib⁹ intrinsece attingit a generante. Q; aūt homo generans intrinsece nō potest attingere aīam rōnalē est ex eo. ḋa forma que increatur ex nihilo ē sicut creatio ad increatōnem aūt requiritur virtus infinita qua caret quodlibet creatus siue ens naturale. igit intrinsece nō potest aīam rōnalē attingere. Et est notandū ꝙ in viuentibus semen habet virtutē actiuā. In naturalib⁹ vero inchoatio forme agit nō quidem effectiue sed formaliter. ḋa sicut se habet forma perfecta ad formā imperfectaz vt anima ad formā naturalē. ita inchoatio anime in semie se habet ad inchoatōnez forme in materia. aīa em̄ ē forma et motrix. igit in semie est aliq̄d motiuū principiū quod est virtus formatiua. Ex ḋ̄ pz ꝙ forme non sunt equaliter in materia inchoate Ad nonū est dōm ꝙ forma totaliter preest ante generatōnem in materia ſm esse originis. ⁊ totaliter abest ſm essentiā perfectam que diffinitōne explicatur ⁊ ita nō est partim forma ab intra ante generatōnem in materia. ⁊ partim acquisibilis per generationem in eo ꝙ pter sui indiuisibilitatem nō habet partem ⁊ ptem Ad cōfirmatōem est dōm. ꝙ forma substātialis p̄existēs confuse in materia cū educat ad actum perfectū nō intenditur sed potestatiue extendit vt potuit latius supra.

Ad decimū dōm est ꝙ est duplex genus quoddā est logicum ⁊ tale nunq̄ est sine sua specie. Aliud est genus phylicū ⁊ tale potest esse sine sua forma specifica ⁊ vltima licet non sine quacūq; forma. ḋa materia nō potest esse nuda.

Utr̄ in materia sit appetit⁹ forme. que ē quodam diuinum optimū et appetibile.

Jsta questio duo querit. Contra primuz arguit ꝑmo sic appetitus est potentia aīe. materia aūt non est aiata. igitur ipsa nō appetit. Cōfirmat⁹ ois appetitus cognitōez ꝓsupponit. eo ꝙ appetitus non fertur in incognitū. materia autē non cognoscit formā. cū in ea nō sit aliq̄ cognitio. igit non appetit formā Secūdo sic ois appetitus aliquā consequitur formam. sicut appetitus naturalis formā naturalē. vt graue naturaliter appetit locum deorsum. ⁊ intellectualis formā intellectualē. materia aūt ſm se accepta nō hz formam. igit in ea non est ipius appetitus. ⁊ p ꝫns nō appetit formā Tercio si materia appeteret formā vel appeteret illam quā habet vel illā quā non habet. neutrū aūt illorum est dōm. igit. nō ꝑmū. cuz omis appetitus sit rōe indigentie. materia aūt nō appetit formā quā habet actualiter. non scōm. ꝙ forma quā nō habet ꝓtraria est forme habite in materia. si igitur materia illā appetat formā. sequit ꝙ idem appetat sui ipius corruptōnem. neq; appetit simul omnes formas. qm̄ illud qd impossibile ē fieri. a nullo appetitur. impossibile est aūt materiā simul oibus formis actuari. igit nō appetit omes formas sit. ⁊ p ꝫns dici nō ꝑt materiā appetere formā. Quarto materia appetit formā sue pfectōis grā igit qñ ē sub forma perfectissima videlicz sub forma humana non deret aliam appetere. Contra scōm arguit⁹ diffinitio forme non ꝫuenit rebus naturalib⁹ sed dumtaxat rebus spūalibus intellectuz habentibus. g̃ male dicit ꝙ forma sit quoddam diuinū. cū ipa naturalis forma non habeat intellectū. Secūdo illa diffinitio nō valet que datur per superflua sexto thopicoz. ista aūt ē hmōi. igit nō valet Minor patet. ḋa dicit⁹ quod dā diuinū ⁊ optimū que vident esse idem. Tercio forma habet aliam bonam diffinitōnem scz ꝙ dat esse rei. igit ista non valet. cum vnius diffiniti est solum vna diffinitio Jn oppositu⁹ est phs in textu ⁊ p intellectu istius questionis mouent⁹ duo discursus quoz maior primi est ista.

Opus nature est opus intelligentie non errantis materiam ordinantis ad formam. vt perfectibile ad suam ordinatur perfectionem Minor Materie appetitus ad formam est intelligentie vt mouentis. et materie vt subiecti in formam moti et ordinati Conclusio Igit materia appetitu naturali ac intellectuali ē forme appetitiua. p̄uatōnis et non negatōis gratia.

Maior quo ad eius primam partem patet. qz ſm peripateticos opus nature est a mouēte corpora celestia. mouens aūt corpa celestia est ipa intelligentia. ergo totū op⁹ nature ē originalr ipi⁹ intelligētie mouentis primū mobile qd mouet etiam omnē materiā sue sphere subiectā. ita ꝙ suus motus sit quedaz vita oibus deorsum subsistentibus. Preterea natura particularis substernit vniuersalis nature virtuti. natura aūt vniuersalis stat sub intelligentie virtute. cum ipa non operatur nisi ab intelligentia mota. igitur opus nature est opus intelligentie non errantis Et ḋa intelligentia opatur intellectualiter non speculatiue sed practice per modum artificis. ideo dicebant peripatetici formas rerum naturaliū in intelligentia preexistere sicut forme rerū artificialium p̄existunt in artificis mente ita ꝙ sicut ibi habent esse spirituale. ita in rebus artificialibus acciperent esse materiale. Ex his patet ꝙ opus nature qd est ipa transmutatio aut res ipa que transmutatōe acquiritur tam vniuersalis q̄ particularis est originaliter ipius intelligentie. Et est notandū ꝙ opus nature depēdet a ꝑma causa tanq̄ a principio trāscendēte. ⁊ ab intelligentia tanq̄ a principio ꝑximo ꝓporcionato. Et etiaz a natura vniuersali que est vis corpoz celestiū. Sed diceres opus nature est opus aīe nobilis que est ꝙpinquior ad celestiū corpoz transmutatōem Ad hoc dōm est ꝙ intelligentia ⁊ aīa nobilis in ꝓposito non accipiunt⁹ vt ab inuicē distincta. Aut potius dicit⁹ opus intelligentie q̄ aīe nobilis. ḋa intelligentia vnifōrmiter mouet. non aūt anima nobilis. Scōa pars pz. ḋa vnūquodq; suā appetit perfectionē. forma aūt ē materia perfectior. cū ipa dat materie esse. igitur eam appetit. hoc tamē verū est. ꝙ materia p̄ formam non perficitur. sicut p̄ pfectōnem suā intrinsecā. sic em̄ pficit potēria formalis formabilis q̄ p̄ agens naturale ex materia educit. sed perficit sicut potentia subiectiua ad totius compositi pfectōnem. Minor patet. quia op⁹ nature est opus intelligentie non errantis. intelligentia aūt intendit mouere materiam ad formā sicut ad suam perfectionem. ⁊ non solum materiam in suam perfectōnez. sed

quamlibet rem naturalez. z qz appetendo mouet. ideo suam intentõem rebꝫ naturalibꝫ imprimit. z hec scz intentio ſm Dyonisium est amor omnibꝫ rebꝫ naturalibꝫ impressus quo in suas pfectiones mouent. qui quidẽ amor ſm eũdem est cum iusticia legittime subordinationis rerũ in vniuerso ad inuicem z ad suũ pmũ pncipium. Et qz res naturales mouẽtur ab intelligentia sic intendente earum naturales pfectiones. ideo appetitus est pncipaliter ipsius intelligentie tanq̃ mouentis z appetentis pncipaliter. sed materie tanq̃ subiecti moti. ita q̃ ꝓprie in materia non est appetitus nisi ſm q̃ stat sub virtute intelligentie dirigentis. sub illa autẽ stans accipit in se seminaria pncipia ꝑ ipsius intelligentie z corpoꝝ celestiũ motum. quibꝫ tũc alias z alias formas appetit tanq̃ suas naturales pfectiones. ita scz q̃ stans sub illis pncipijs aut esse inchoationis forme desiderat eam. z existẽs sub forma perfecta appetit eam appetitu ꝓplacentie. Ex his patz q̃ ꝓmẽtaꝝ scz Auerrois non recte sensit ponens in materia appetitũ forme naturalez z nõ aialem. vt patebit latius in cõclusione. ¶ Conclusio tres hz partes. Pro declaratõne eiꝰ ꝓme partis est sciendũ q̃ appetitus est tendentia alicuius rei in bonũ verũ vl' apparens. z sic materiam appetere formam est ipsam habere inclinatõem ad ipsam formã tanq̃ ad suũ bonũ siue pfectõem. Et diuiditur appetitꝰ in appetitum naturalem z aialem. Naturalis quidẽ appetitus est inclinatio siue tendentia rei in suum bonum sine cognitione ipsius appetentis particulariter. licet sit cũ cognitione alcuius superioris dirigentis z ordinantis tale particulare appetens in suũ bonũ. Sed appetitus aialis est inclinatio rei in suũ bonũ verum vel apparens cum cognitione ipius particularis appetẽtis. Et ſm q̃ duplex est cognitio aialis. scz sensitiua z intellectiua. ita etiam est duplex appetitus animalis. scz intellectiuus qui ꝓsequit cognitõem intellectualem. z appetitus sensitiuus qui ꝓsequitur cognitionem sensitiuã. z talis appetitus sensitiuꝰ est duplex. scz ꝓcupiscibilis z irascibilis. Concupiscibilis tendit in bonũ delectabile absolutũ. Irascibilis vero tendit in bonũ arduũ. Sed de oĩbꝫ his membꝛis determinatõem facere nõ est ꝓsentis negocij sed moralis ꝑhi.

Sed tñ aduertendũ est q̃ dupliciter aliq̃d potest tendere ad suũ bonũ. Uno mõ qz cognoscit ipm. Allio mõ. qz dirigit in ipsum ab aliquo cognoscente. sicut sagitta tendit in signũ. non qz cognoscit. sed qz dirigitur a sagittãte cognoscente. Ex quibꝫ patz q̃ materia est ipsius forme appetitiua. qz quicq̃d est impfectum aptum natuꝫ pfici p aliud appetit illud quo natum est pfici. materia autem est ens impfectum. cũ sit ens in potentia z est apta nata pfici p formam. cũ tota actualitas materie a forma ꝓuenit. q̃ appetit formam tanq̃ suam pfectõem. Ulñ qz bonum est vnuscuiusq̃ pfectio. ideo oia bona appetũt. forma autẽ se hz vt materie bonũ. igit. Preterea vnũqõq̃ dissimile ꝓmo enti appetit sibi assimilari. inq̃tum sibi est possibile. materia aũt maxime est ꝓmo enti dissimilis. ergo appetit sibi assimilari. sed non potest sibi assimilari nisi p participationem actus essendi quam habet a forma. ergo appetit formam. et hoc est quod ꝑhus dicit. q̃ materia appetit formam sicut femina masculum z turpe bonũ pulcrũ. Quã tamen locutionem Auicenna nititur calũniare dicens. q̃ figuratiua locutio est ꝓprie poetis z non ꝑhis. Sed ad hꝫ dicendum est. q̃ cum materia sit solum scibilis ſm analogiã ad formam inq̃tum sic se habet ad formas substantiales sicut materia sensibilis ad formas accidentales z artificiales. ideo ad manifestandũ nobis materiam ꝓmaꝝ ꝓuenienter vti potuit exemplo substantiarum sensibiliuꝫ. Aut dicendũ est. q̃ ꝑhus in hoc passu loquitur contra Platonem qui nullam ponebat distinctionem inter materiam z ꝓuationem. z quia Plato loquebatur metaphoricis locutionibꝫ assimilans materiaꝫ matri femine z turpi. z formam masculo z viro. ideo Aristoteles vtitur metaphoricis locutionibꝫ ab eo sumptis. ¶ Secũda pars dicit q̃ materia appetit formam duplici appetitu. Qꝫ autem ipsa appetat formam appetitu naturali qui est subiective in ipsa patz. quoniam talis appetitus est solum rei in inclinatio in suũ bonum ſm q̃ dirigitur ab aliquo cognoscente. talis autem inclinatio in materia subiective inuenitur. Et q̃ appetat formam appetitu intellectuali pz. qz appetitus eius est inclinatio ipsius in suum bonuꝫ cõsequẽs apprehensionem boni per intellectum. eo q̃ ipsa non mouetur ad formam nisi ſm q̃ dirigitur ab agente infallibili et cognoscente finem. igitur ipsa appetit formam appetitu intellectuali. Et ideo dicit dominus Albertus q̃ Auerrois minus bene in hac materia locutus est. cum dixit q̃ in materia est solum appetitus naturalis. hoc eiꝰ nõ sufficit. quia z plante partem habent anime. materia autem nullam. Preterea plantarum appetitus non est ad hoc q̃ transmutetur ad formam quandam. sed potius vt cõseruentur in specie in qua sunt. sed materie appetitus est vt transmutetur in formam quam nõ habet ſm actum. igitur dicendum est. q̃ omne mobile vt a primo motore moueatur a causa prima que per intellectum mouet. z intendit per motum moueri in aliquid quod est esse diuinum per modum q̃ quem potest aliquo modo assimilari. Et appetitus intellectualis est quo appetit materia assimilari ꝓmo esse diuino. ¶ Sed cum dicatur. appetitus est ipsius materie. illa propositio duplicem habet intellectum. Uno modo q̃ sit materie vt moti a motore qui habet appetitũ aut quo procedens motus est actus mobilis. z sic materia habet appetitum. z hoc modo ꝓordinat sibi finez in quem directe mouetur. z sic hoc modo etiã dictum est q̃ opus nature est intelligẽtie. Allio modo est ipsius materie sicut subiecti. z hoc modo materia non habet appetitum. Cum eiꝰ materia iam habeat inchoationem esse diuini in seipsa recipiens actum motoris desiderat ꝓformari plenius quãtum est ei possibile primo. z quia nõ potest nisi per motum. ideo desiderat transmutari. ¶ Tercia pars patet. scz q̃ materia formam appetat gratia priuationis quia in intellectu priuationis duo includũtur. scz carentia forme z aptitudo ad eam. modo nõ appetit formã ratione carentie sic q̃ carentia sit principium per se ipsius appetitus. sed solum principiuꝫ per accidens. Unde hoc modo ꝓsiderando priuationem ipsa bene habet rationem principij. eo q̃ non est ex alio. sed alia sunt ex ipsa. sed ratione aptitudinis tendit ad formam. nec talis aptitudo aduenient forma corrumpitur. sed magis perficitur. z illa aptitudo est habitualis inchoatio materie superaddita. z ab eo realiter distincta. quia est eiusdem essentie cum forma. z est ratio appetendi formam. quia materia appetit illud per quod inclinatur ad ipsam. materia autem inclinatur ad formam mediante aptitudine ad ipsam quã cõnotat priuatio. ergo appetit formã ratione ꝓuationis. Sanctus Thomas tamen dicit q̃ talis aptitudo non est aliquid distinctum re a natura materie. sed solũ ratiõe. ideo dicit q̃ materia ſm suam naturam appetit formam. vt est in potentia ad ipsam. Et ideo dicit Auerrois q̃ materia

per suū posse substantiuatur. ¶ Sed diceres. priuatio est causa maleficij. igitur non est causa desiderij vel appetitꝰ materie. Ad hoc dicendū q illud argumentū fefellit Platonem vt diceret puatiōem non esse pncipium z non esse causam desiderij. ptendebat eī plato intellectum in priuationem fm q puatio est. z nō in hoc quod relinquit in subiecto. Et cum ipsa fm q puatio puet formam eaz nō esse credebat causam rerum. sed magis impediret esse et generationem rerum. Si aūt ꝓtraxisset intellectum subtiliter recolligendo ea omnia que sunt puationis. inuenissꝫ q p aptitudinem formalem quam in subiecto relinquit. eam esse causam desiderij z transmutationis materie Et licet dicatur. q materia desideret formam. z causa desiderū sit priuatio. tamen absurde dicitur formam appetere materiam. quia quicquid appetit aliud est ens imperfectu z habet perfici per aliud. forma autem non est ens imperfectum sed perfectum. Necꝫ habet perfici per materiā cum per eam imperficitur fm q materie immergitur. cuz forma in se sit essentia quedam simplex diuina z optima p receptionem in materia fit corporalis. et ꝑmo erat incorruptibilis z fit corruptibilis. quare magis imperficitur a materia q̄ perficiatur. ¶ Sed contra. quicquid habet suum esse completum z suum actuz vltimum in materia appetit eam. forma autez est huiusmodi. igitur. Ad hoc dicendum est q si forma posset per se stare sine materia magis haberet esse completum z actum perfectiorem extra materiam q̄ in ea. sed quia nō potest per se stare. ideo per accidens recipitur in materia. non tamen perfectiōem ab ea vel in ea accipit. Alij tamen dicunt q dupliciter aliquid dicitur appetere aliud. Vno modo directe. z sic materia appetit formam. cū forma sit materie perfectio. Alio modo indirecte. z sic forma bene appetit materiā. quia nō posset sine materia subsistere. ¶ Sed contra. anima rationalis habet naturalem renisum ad corpus suuz. igitur videtur q forma appetat materiam ¶ Ad hoc dicitur p interemptionem consequentie. quoniam ille renisus non est per modum appetitus importantis carentiam. sed est per modum naturalis perfectionis. quo perfectio naturaliter perficit id cuius est perfectio. Et iam desiderium nō est nisi ad duo. scz vt continuetur esse. z hoc est desiderium rei perfecte. z vt transmutatio fiat ad esse. z hoc desiderium est rei imperfecte. neutrum autem horuz forme conuenire potest. sicut per se patet. quia cōtinuari non desiderat nisi qđ indiget continuatione. hoc autez est corruptibile per seipsum. z hoc non est forma que nisi per accidens est corruptibilis. z non per suam essentiam. Qꝫ autem transmutetur ipsa non desiderat. quia nūquam transmutatur. sed transmutatio imperfecta est ad ipsam.

¶ Et quando dicitur. priuatio contrariatur forme. igitur videtur q ipsa nō sit causa quare materia appetat formam. Consequentia probatur. quia vnum contrariorum magis habet expellere aliud q̄ suum subiectum inclinare ad aliud contrarium. ¶ Ad hoc dicitur. quāuis priuatio contrarietur forme habite. non tamen habende. Et licet vnum contrariorum inquantum cōtrariatur alteri nō inclinat suum subiectum ad alterum. inquantum tamen vnum contrariorum relinquit aptitudinem in suo subiecto ad suum oppositū. bene est causa inclinationis sui subiecti ad reliquum. Aut dicendum est. q dupliciter sunt opposita. quedam sunt opposita quorum ambo extrema sunt positiua entia. z in illis vnum oppositorum non est causa appetendi reliquum. Alia sunt opposita quorum alterum extremorum non est positiuum. z in illis vnuz est ratio appetendi reliquum. vt patz de priuatione z forma ¶ Et est notandum q materia etiam appetat animam rationalem. quia ipsa appetit omnem formam possibilem sibi inesse. z per quam ipsa est nata perfici. sic autem est de anima ratiōali. ergo ꝛc. Maior alterius discursus

¶ Principium transmutationis est forma hic conuenienter ab Arestotele definita Minor Quāuis aliqualem habent conuenientiam priuatio et materia. inter ea tamen principia multiplex reperitur differentia. Conclusio Igitur ipsa dicitur ab Arestotele qđdam diuinū optimū et appetibile.

¶ Maior patet quo ad primā eius partez. quoniam sermones sunt intelligendi fm materiam subiectam. in ꝓposito autem sermo est de principijs motus seu mutationis aut fieri rerum naturalium. igitur conuenienter forma definitur sicut principium ab alijs suis cōprincipijs distinctum. que sunt materia z priuatio. z ita non definitur in proposito forma vt precise sit principium essendi z actus materie. quia sic forma est que dat esse rei. sed definitur per respectum quem habet ad motum z transmutationem. z sic definitur hic. ¶ Et est notandum q forma inquantū est transmutationis principium triplicez habet habitudinem. Primo quidem ad causam agentez inquantum scz est finis ipsius agentis propter quem agēs operatur. omne eī agens inquantum huiusmodi agit ꝓpter finem. Secūdo modo habet habitudinem ad motū cuius finalis z intrinsecus terminus est. trāsmutatio eī rei naturalis est ad formam tanquā ad terminum. Tercio habet habitudinem ad ipsam materiam que est transmutationis subiectum inquantum est materie perfectio ac pulcritudo. Sed primo modo accipiendo formā non habet triplicem habitudinem. cuz ipsa sic refert siue respicit solum essentialem effectum qui est dare esse. Secūda pars maioris patet. quia datur per quasdam forme conditiones que simul accepte possunt formam definire. hoc est notificare. Dicitur eī quoddam diuinum inquātuz est finis intentus ab agente per relationem ad primā causam. cui in esse se assimilat quātum potest. cum assimilationem intēdat in suo causato. quare dicit philosophus secundo de anima. q quecūcz fm naturam agunt propter participationem diuini esse agunt. Dicitur optimū inꝫtum est absolute finis motus seu mutationis. ipsa eī accepta tanquam in vltimo z optimo cessat motus. in principio ergo est malum priuatiōis. ꝓout immutari est in participatione quadam vtriusꝫ in acquisitione habitus. et in abiectione priuationis. z priuatiōe expulsa est res in optimo. Et dicitur appetibile respectu materie appetentis inquantum appetitus eius quietat. Ex quo patet q hec definitio est bona eā intelligēdo ad ꝓpositū de aliquo ꝑncipio nature. ¶ Minor quo ad primam partem patz quia ipsa est eadem numero cum materia. quia principium motus est duplex. scz ex quo fit motus. z in quod Ex quo autē sicut materia. z sicut priuatio non potest esse materia ex qua fit motus nisi sit mixta priuationi per quam efficitur subiectuz motus. quia nisi hoc esset destrueretur motus propter hoc q non esset ibi aliquod ens fluens de potentia ad actum. z ideo materia est vnum numero ꝑa

cipium motus cum priuatione. nec sine ipsa nūquam p̄n̄cipium esse potest. Q̄ autē quidam dicūt. q̄ ideo dicitur vna numero cum priuatione. quia nihil addit ei. abusio est ⁊ falsum. quia fm q̄ p̄uatio etiam specie non differt a materia. Aliud autem est de forma. quia illa per se habet rationem p̄ncipij. cum ipsa sit in quam dirigitur intentio mouentis ⁊ appetitus materie que immixta est priuati oni. ⁊ non p̄fert materie rationem principij ad motum. ⁊ hoc modo materia est vnū principium cum priuatione. et non vna numero essentia. ¶ Secūda pars minoris patz quia materia est per se ens ⁊ per accidens non ens. per se ens. quia est per se altera pars compositi. per accidens nō ens inquātum priuationi immiscetur. sed priuatio est per se non ens. ⁊ ens per accidens ⁊ p se non ens. quia de formali suo negationem forme importat ⁊ nihil ponit ipius forme licet relinquat aptitudinez ad eam ⁊ ens p accidēs ratione sui materialis. quod est aptitudo ad formā. Secunda differentia est. nam materia est per se causa illoruz que fiunt. vt mater causa filiozum. p̄uatio autem machinatur in maleficium forme siue illius in quo est. cum ipsa sit causa corruptionis in re aliqua. ⁊ multe alie differentie possunt colligi ex dictis precedentib⁹. Conclusio sequitur ex premissis.

Ad obiecta in oppositum.

Ad primum dicendū est q̄ appetitus sensitiuus et intellectiuus sunt bene potentie anime. non autem appetitus naturalis qui est quedam naturalis impressio p̄mi p̄ncipij omnia mouentis ad suas naturales perfectiones sed p̄ter illum est in quibusdam alius appetitus. vt in animalib⁹. ⁊ ille etiam est in appetitu intellectiuo ⁊ sensitiuo. ita scz q̄ non inueniūtur sine appetitu naturali. licet vicissim econtra. Et ad p̄firmationem patz solutio ex dictis. quoniam licet in materia non sit cognitio. appetitus tamē p̄supponit cognitionem non quidem materie. sed ipsam dirigentis ⁊ hoc sufficit. quia non oportz semper appetituz sequi cognitionem illius in quo est appetitus. sed sufficit q̄ sequatur cognitionem. aut illius in quo est. vel alicuius alterius. ¶ Ad secūdum dicendum est. q̄ sicut duplex est perfectio. ita etiā est duplex appetitus naturalis. Vna quedam est perfectio p̄ma que est esse vel forma. Alia est p̄fectio secūda. que est operatio. ita similiter est quidā appetitus in ordine ad primam perfectionem. ⁊ illa non consequitur formam sed precedit. ⁊ talis appetitus est materie. Alius est appetitus in ordine ad p̄fectionem secūdā et talis p̄sequitur aliquam formam. ¶ Ad tercū est dicendum. q̄ materia appetit formam quam habet ⁊ illam quam non habet. hoc aūt diuersimode. appetit enī eā quā habet appetitu complacentie. qui est respectu rei que habetur. illam vero quam non habet appetitu desiderij qui fit per respectum rei absentis. ¶ Et si diceres. q̄ omnis appetitus est ratione indigentie. Ad hoc dicitur. q̄ verum est de appetitu desiderij. non de appetitu complacentie. et sic materia simul habet appetitum ad omnes formas. licz solūmodo potest eas acquirere successiue. ¶ Et est notādum q̄ materia in corporib⁹ celestib⁹ fm suaz substantiā appetit formā appetitu p̄placētie. nō aūt materia subcelestium. q̄ materia in celestib⁹ non est p̄ua producta cū sua forma. ⁊ sic in illis potentia ⁊ actus nō distant. In subcelestib⁹ autē materia ē ante formā quodāmodo producta et ideo necessariū est in ea ponere seminariū p̄ncipium suz per quo fundetur actio particularium agentiū educentiū formas de materia. cum ex nihilo nihil educitur. ⁊ sic materia celestium non appetit formam p̄ter transmutatiōez aut p̄uationem sicut materia subcelestiū formam appetit femina eā habet in se aptitudinem ad partum quam ad actum ducit ⁊ actuat virtus activa masculi ⁊ turpe est p̄uarum pulcro. quod idem est cū bono. habet tñ aptitudinem ad bonum ⁊ ordinem ad ipsum. vnde appetit bonuz fieri ⁊ a sua turpitudine remoueri Nonit em̄ plus hec duo exempla. quia materia habet appetitum ad duo. scilz ad transmutatiōem. vt scz transmutetur ⁊ ad formā moueatur. ⁊ talis appetit formam ipsam que est transmutationis terminus. ⁊ est eius bonū in cuius adeptiōne cessat motus ⁊ materia quiescit. sicut femina quiescit in prole producta. appetitus eā femine appetitui transmutatōis assimilatur. ⁊ appetitui forme appetitus turpis. ⁊ quoniā transmutatio est ad formam ⁊ vbi vnū p̄ter alteruz ibi non est nisi vnū. igitur non est nisi vnus appetitus materie quo appetit formam ⁊ transmutari ad eam ¶ Ad quartum dicendū est. non est appetitus materie ad vnaz formam p̄fectissimam. sed ad formā in p̄munī. ita scilz q̄ non plus appetitus extenditur ad formam p̄fectiorez vt huiusmodi cū ad imp̄fectiorem. Et q̄ ad istam vel illam formam naturaliter extendatur materia nō ex materie natura prouenit. sed ex impressione agentis sua virtute materiam mouentis. fm eā q̄ materia substernitur potestati p̄fectionis agentis. fm hoc etiam accipit p̄fectiorem formam. Vnde in materia est omniū formariū naturaliū inchoatio p̄munis per quam materia non plus appetit illā formā cū illam. sed q̄ ad illam vel illā specialiter trahatur est virtute particularis agentis. Et ex illo patz q̄ in celestib⁹ corporib⁹ ex perfectione forme materia manet intrāsmutabiliter sub vna forma. hoc tamen est ex institutione p̄maria ipsius vniuersi. qua ita p̄iuncta fuit forma ipi materie q̄ separari non posset

¶ Et ad argumenta que fuerūt p̄tra secūdam partem questionis dicendū est ad p̄mū. q̄ forma non dicitur simpliciter diuinū ⁊ optimū ⁊ appetibile. sed quoddā diuinū Aut dicendū est q̄ tripliciter accipit diuinū. Vno modo essentialiter fm q̄ illud dr diuinū quod est deus. ⁊ sic nulla res creata posset dici diuina. ⁊ sic sunt tres res diuine. scz pater filius ⁊ spūssanctus. que sunt ipse deus Alio mō accipitur diuinū fm participatiōem. q̄ scz participat deū fm aliquam similitudinem. Et hoc contingit dupl̄r. vel q̄ participat aliquid de diuina natura p̄ similitudinez. ⁊ sic forma dicitur quoddā diuinū. q̄ natura diuina est purus actus. cum igit forma sit actus potest dici quoddā diuinum. Alio modo dicit aliquid diuinū. quia participat aliquod diuinū fm cognitiōem ⁊ amorem. ⁊ sic dūtaxat creatura intellectualis potest dici diuina. q̄ illa potest participare deum fm cognitiōem suam ⁊ volūtatem. ¶ Ad secundum patz solutio ex maioris declaratione. Aut dicendum est fm alios. q̄ ille particule dupl̄r capiuntur. Vno modo fm q̄ referūtur ad idem. ⁊ sic nō ponūtur in definitione forme. Alio modo inquātum referūtur ad diuersa. et sic forma dicit esse quoddam diuinū p̄ comparatiōem ad causam efficientem. cuius est quedam similitudo. Sz dicitur optimū ⁊ appetibile p̄ p̄paratiōem ad materiam. appetit em̄ materia suam p̄fectionem scz formam. ⁊ sic forma nō dicitur simpliciter optimum. sed in ordine ad alia duo p̄incipia rerum naturalium ¶ Ad tercium est dicēdum. q̄ hic non definit forma fm q̄ est causa. sed fm q̄ est

ꝓnciꝑium transmutationis rerum naturalium.

Vtrum bene Aristoteles describat materiã primam quam dicit esse ingenerabilem et incorruptibilem:

¶ Contra suppositum arguit ꝓmo sic. illa descriptio nõ est bona que ꝙuenit alteri a descripto. ista autez est huiusmodi. ergo non est bona. Minor ꝓbat. qz ꝙuenit prime substantie que est ꝓmũ subiectum omniũ accidentium. vt patz in ꝓdicamento substantie. ¶ Secũdo materia nõ est subiectum substantiaꝝ separatarũ. ergo nõ est subiectuz vnicuicz ꝓmũ ¶ Contra questũ arguit ꝓmo. ipsa est generabilis. vt patz auctoritate Auerrois dicentis q materia est que in rei veritate generat. ¶ Secũdo. omne genitum est corruptibile. materia est genita. quoniaz ꝓcessit de non esse ad esse. cũ non semp fuit. igit est genita z ꝑ ꝓse quens corruptibilis. ¶ Tercio sic. sicut se habet subiectũ motus ad motũ. ita se habet subiectũ generationis ad generationem. subiectũ aũt motus denoiatur mobile a motu. igit materia cũ sit subiectũ generationis erit generabilis z corruptibilis. ¶ Quarto. qñcunqz forma substantialis acquirit in materia ipa ducit de nõ esse subali ad eẽ substantiale. z qñ remouetur ab ea ducit de esse ad nõ eẽ. ergo generat z corrumpitur. ¶ Quinto. ꝓpter vnũquod qz tale z illud magis. entia aũt naturalia sunt ꝓpter materiam corruptibilia. ergo ipsa est magis corruptibilis.

¶ In oppositum tamen illorum est doctrina phi in textu Ꝙo intellectu ponũtur duo discursus. Quorum maior primi est ista

¶ Pura materie potentia est nostri intellectus ab eius cognitione impeditiua. Minor Sicut intelligibilis est materia exforme analogia. ita per eam est describẽda. Conclusio Igitur descriptio materie prime est ꝙuenienter ab Aristotele assignata. cum sit expositione moderata

¶ Maior patz. qz quanto aliquid magis distat ab actu tanto magis intellectus noster impeditur ab eius cognitione. potentia aũt materie ab actu maxime distat. igit est nostri intellectus ab eius cognitõe impeditiua. cũ vnumquodqz cognoscit fm q est in actu. ¶ Minor patz. qz descriptio datur causa notificãdi z cognoscendi ipm descriptum. ipsa aũt materia non est cognoscibilis nisi fm analogiam ad formã. igitur ꝑ eam est describenda. cũ in ea dicitur materia est subiectũ vnicuicz scz forme. ¶ Conclusio pz. qz illa descriptio est bona que sufficienter z ꝙueniter ipm descriptũ manifestat. ista aũt est hmõi. g. Et describit eam Aristo. in textu. Materia est subiectũ vnicuicz ꝓmũ ex quo fit aliquid cũ insit. nõ fm accẽs. z si corrumpat in hoc abibit vltimũ. ¶ Ꝙo cuius declaratõe est sciendũ. q in oĩ factione naturali necesse est aliqd subici. illud aũt qd subijcit in tali factione est materia. z ideo dicit subiectũ. Et dr vnicuicz scz forme. non intelligendo fm distributõem simplr dictam. cũ multa sint immateri alia. sed capitur potius indefinite. aut fm distributõnem accõmodatã. vt sit sensus vnicuicz forme habenti subiectum. ipsa materia est illi subiectum. Et dr ꝓmũ. ad excludendũ materiã secũdam. vel ad designandũ ꝓncipalitatẽ qz ꝓncipalius subijcit formis materialibꝫ ꝯ alijs. Et additur ex quo aliquid fit cũ insit. ad excludendũ ꝓuatiõem qz licet ex ea aliquid fit sicut ꝓus dictũ est. ipsa tñ nõ inest rei facte. cũ in rei factione abijcit ꝓpter aliam formã de nouo aduenientem Et dr non fm accidens. ad excludendũ qualitates in materia existentes. qz licet remaneant in toto ꝓposito. ipm tamen nõ fit ex ipsis per se. sed solum fm accidens. inꝯtum accidit ꝓncipio ꝑ se quod est materia. et qz materia est ꝓmum in ꝓpositione z vltimũ in resolutione. ideo apponit illa pars. z si corrumpit in hoc abibit vltimũ. per quam etiam particulã excludit forma que est ꝓma in resolutione z nõ vltima. ¶ Notandũ tamen est q materia fm diuersos eius respectꝰ vario modo est descriptibilis. qz vel ipsa accipitur vt est forme ꝓpria. et sic describit. xij. metaphysice. q materia est hoc aliquid ens sensibile z apparens. si aũt accipiat vt est ad formã ordinata. hoc ꝓtingit dupliciter. aut ad mutatiõem que est ordinata vt via ad formã. z sic describit ꝓmo de generatiõe. scz q materia siue ꝙle est maxime ꝓpriũ subiectũ generatiõis et corruptionis z mõ quod ã alio aliarũ mutationũ. Vel est ordinata ad formaz ipsam ꝓncipaliter. z hoc duobus modis ꝓtingit. Uno modo fm ordinem ꝓtingentez ad formã. z sic describitur hic. q est subiectũ vnicuicz ꝓmũ zc Secũdo mõ fm ordinẽ nõ ꝓtingentẽ z mobilẽ. inꝯtum stat sub ꝓuatione que a forma distare facit. z sic describit vij. metaphysice. q nec est quid nec quale vel q non est ĩ actu. sed in potentia. Maior alterius discursus

¶ Omne quod generatur ex materia generat. et quod corrumpitur in eam resoluitur Minor Ante subiectum vnicuicz primũ nõ est dare prius. nec post vltimũ corruptionis terminũ aliquod posterius Conclusio Igitur ipsa materia est ingenerabilis et incorruptibilis fm se accepta

¶ Maior pz quo ad ꝓmã eius partem ex differentia generationis z aliorum motuũ. quoniaz sicut alij motus habẽt subiectũ existens ens in actu. ita generatio ꝓo eius subiecto habet ens in potentia. Secũda pars ptz. qz eadẽ sunt ꝓncipia ꝙstitutionis z resolutionis. vnũquodqz aũt ꝓponit ex materia. igit in eam resoluit. ¶ Minor pz. qz ante ꝓmũ nihil est ꝓus. z post vltimũ nihil est. vt patz rõne nominũ. ¶ Conclusio pz. nam si esset generabilis tũc in ei⁹ generatione subijceret aliqua materia. igit ante materiaz oporteret ponere aliã materiã quod est incõueniens. cuz sic esset, ꝓcessus in infinitũ. Necz etiam est corruptibilis. qm̃ quicqd corrũpitur in materiã corrũpitur. si igit ipsa corrumperet in aliam materiã corrũperet. z sic post vltimam materiã esset alia materia. Et dr notanter fm se accepta. qz materia priuationi immixta est generabilis et corruptibilis. qm̃ tale esse ꝓtinue acquirit a materia. z etiam abijcit. Etiam materia est ꝓuationi immixta. ꝓuatio autẽ corrũpitur z generat adueniente forma. igit materia faciens vnũ numero cũ ꝓuatione corrumpit z generatur ꝯ huius per accidens

Ad obiecta in oppositũ

Ad ꝓmũ qd est ꝓtra suppositũ dom est. q ꝓma substantia bene est ꝓmũ subiectũ ꝙpletum respectu accidentium quare dr ab Aristo. ꝓmo ꝓncipaliter z maxime substare

non tñ subiectū ꝑmū formarū naturaliū ¶ Ad secūdum dom̄ est ꝙ vnicuiqz nō distribuit in illa descriptōe ꝑ omnibꝫ entibꝫ simplr. sed dūtaxat ꝓ illis que habent esse in materia. Ex quo patz. ꝙ ista descriptio solū ꝓuenit materie istoꝝ inferioꝝ generabiliū ⁊ corruptibiliū.

¶ Ad ꝑmū ꝓtra quesitū dom̄ est. ꝙ autoritas Auerroꝫ intelligitur sic. materia in veritate generat hoc ē est subiectum generationis. aut sic intelligit. ꝙ ipa in veritate generatur. eo ꝙ ipsa defert successionem diuersarū formarū ¶ Ad secūdū dicendū est. ꝙ licet materia habuit esse nō tñ ꝑprie ꝓcessit in esse. qz ꝓcessus nominat quoddā fieri p̄cedens esse qđ nō ꝓuenit materie. qz exiuit in esse ꝑ creationem. modo in factis ꝑ creationem fieri nō precedit esse sed simul sunt fieri ⁊ esse. licet in factis ꝑ naturam fieri p̄cedit esse. modo ad rōnem generatōis requirit ꝙ ibi sit ꝓgressio de non esse ad esse que p̄supponit subiectuz in quo fieri habet ¶ Ad tertiū dom̄ est. ꝙ nō est simile. qz motus habet suū subiectū denoīare. generatio aūt denoīat suuz terminū ad quē ⁊ nō subiectū. Unde ꝓpositum ꝺr illud qđ generat ⁊ nō materia que est generationis subiectum et hoc ꝓuenit ex eo. qz materia est ens imꝑfectum ⁊ minime cognitionis. ideo sibi nō attribuit talis denoīatio. sed qz ꝓpositum est ens ꝑfectū ⁊ cognoscimus generatiōem ꝑ respectū ad ipm. ideo magis denoīatur a generatiōe q̄z materia. ¶ Ad quartum dom̄ est. ꝙ aliquid ꝑt dici generari dupl'r. scz subiectiue ⁊ terminatiue. Unde illud ꝺr generari subiectiue qđ ꝑ generationem fit sub vna forma sub qua non fuit. Sed ꝺr illud generari terminatiue. qđ est terminus generatōis. ⁊ hoc modo forma ꝺr generari quoniā est terminus quo generationis. ⁊ etiā ꝓpositū. qz est terminus qđ. Et ꝑ hoc etiā soluit istud argumentuz omne accūs inherens alicui subiecto denoīat ipsum subiectum. generatio aūt ⁊ corruptio denominant materiaz. igitur materia est generabilis ⁊ corruptibilis. ¶ Sed cōtra. totum ꝓpositum naturale est generabile ⁊ corruptibile terminatiue. materia autē est pars totius ꝓpositi naturalis. igitur materia est generabilis ⁊ corruptibilis terminatiue. Ad hoc dom̄ est. ꝙ totum ꝓpositum naturale est generabile ⁊ corruptibile. ibi totū nō debet accipi sinca tegorematice. qz sic quelibet pars totius ꝓpositi esset generabilis ⁊ corruptibilis. hoc aūt falsum est. vt patz de materia. sed capitur categorematice. vt valet tantū sicut ꝑfectum. ⁊ ideo non opoꝛz si totū ꝓpositum sit generabile ⁊ corruptibile. ꝙ igitur materia sit generabilis ⁊ corruptibilis. ¶ Ad quintū dom̄ est. ꝙ entia naturalia non sunt corruptibilia ꝓpter materiam simplr. sed ꝓpter materiā priuationi admixtam. Etiam si entia naturalia ꝓpter materiam essent corruptibilia adhuc non sequeretur ꝙ materia esset corruptibilis. quia illa denominatio non cōuenit cause ⁊ effectui. qđ tamen requirit ad arguendum per autoritatem allegatam

Circa textum expositū

incidūt dubia. quoruz primū est. Quotuplici differentia differt materia a ꝓuatione. ¶ Solutio. sextuplici differētia. quarū prima est. qz materia ⁊ ꝓuatio specie ⁊ ratione differunt. q̄z numero identitatē habeant. non omnis em̄ identitas numeralis arguit identitatem specificam. vt ꝑ de identitate accidentali. Secūda est. materia ꝑ accidēs est non ens ꝓuationis gratia. sed ꝑ se est ens. ꝓuatio autez ꝑ se non ens. scz gratia formalis. per accidēs aūt ens gratia materialis. ¶ Sed diceres. si materia esset per se ens tunc nō esset ens in potentia. igitur non est ens per se. Ad hoc respondet. ꝙ materia est ꝑ se ens accipiendo ens cōmuniter siue transcendenter inq̄ntum non solū se ad vera extendat entia. sed ad eoꝝ ꝓncipia. ¶ Tercia dr̄ia. materia est ꝑpe substantiā. cū ipsa subꝫ ciat forme substantiali. ꝓuatio aūt ꝑpe nihil ¶ Quarta differentia est. materia ē ꝓcausa eoꝝ que fiunt. cū ex ea ⁊ forma totum ꝓpositū cōstituatur. ꝓuatio vero machinatur in forme maleficiuz. ⁊ ꝑ ꝓsequens in maleficium totius ꝓpositi. in cuius veritatis testimoniū ꝓuatio nō est causa. sed dūtaxat ꝓncipiuz ¶ Quinta dr̄ia. materia appetit formā. vt ptz ex dictis non aūt ꝓuatio. cum ipsa forme contrarietur. ¶ Sed diceres. ꝓuatio appetit formam. qz materia appetit eam ꝑ ꝓuationem. Ad hoc dicendū est. q̄ꝫ ꝓuatio appetat formam tanq̄ꝫ per id quo aliquid appetit. nō tamen appetit formam ꝑ ꝓuationē tanq̄ꝫ per illud quod appetit. ¶ Sexta. materia est ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. ꝓuatio vero generabilis ⁊ corruptibilis. ꝓuatio tamen non est generabilis ⁊ corruptibilis loquendo de vera generatione et corruptione. cum solum illud dicatur generari ⁊ corrumpi quod est ens. ꝓuatio aūt est non ens. sed dicitur generari ⁊ corrumpi similitudinarie. Unde quādo ipa incipit denominare materiam tūc dicitur generari ꝓuatio. quando vero desinit eam denoīare. tunc dicit corrumpi. qz forma ꝑsente in materia tūc ꝓuatio desinit denominare materiam. et ꝓ tanto ꝺr corrumpi. quādo vero est absens a materia tūc ꝓuatio denominat materiam. ⁊ ꝓ tanto dicitur generari

Secūdum dubium est.

An aliquid potest appetere suam corruptōez. Et videtur ꝙ sic. vt patz de damnatis qui velint se non esse. Etiā de desperatis seipsos interficientibꝫ ¶ Solutio ꝙ est duplex appetitus. quidam est naturalis. ⁊ tali appetitu vnū quodq̄ꝫ suā appetit ꝑfectiōem. cū igit nulla ꝑfectio potest ꝓseruari in aliquo sine ipso esse. ideo tali appetitu nihil est qđ appetat nō esse. Alius est appetitꝰ deliberatiuꝰ ⁊ talis appetitus in aliquo dupliciter fieri potest. Uno mō ꝑ se et sic nō potest fieri in nō esse. cum omnis appetitus est respectu boni. sed quod nō ē nō ꝑt accipi vt aliquod bonuz. Alio modo fertur talis appetitus in aliqđ ꝑ accidens. scz quando fertur in aliquod bonū cui ꝓuingit non esse. et sic appetitus deliberatiuus quādoq̄ꝫ appetit nō esse. vt patz in damnatis ac in illis qui deliberate se interficiunt. tales em̄ non appetūt non esse simpliciter. sed nō esse in miseria pena aut tristicia. ⁊ qz nō possunt a pena separari nisi ꝑ nō esse. ideo ꝑ accidens petunt nō esse

Tercium dubium est.

An ꝓuatio sit causa generatōis ⁊ corruptionis in rebus naturalibꝫ. ¶ Et videt ꝓmo ꝙ non. qz corruptio est in naturalis. igitur non potest alicui aduenire ex natura. materia autem est natura ⁊ similiter ꝓuatio. ergo nō potest ex ꝓuatione materie ꝓuenire ꝓuenire alicui corruptio. ¶ Secūdo. dicitur sexto metaphysice. ꝙ materia est causa contingentie. igitur videtur ꝙ materia sit potius corruptōis causa. q̄ꝫ ꝓuatio. ¶ Solutio. ꝙ sic. quia dicit Aristote. in textu ꝙ ꝓuatio machinatur in maleficiū forme. hoc autem nō est aliudq̄ꝫ eius corruptio. igitur. ¶ Ꝓ cuius intellectu est sciendū. ꝙ tripliciter aliquid corrumpit. Uno

modo p se ⁊ a suo ꝓtrario. vt calor corrumpitur p frigus Secūdo modo p accidens p corruptōem sui subiecti. vt albedo in pariete corrumpit ad corruptōez parietis. Tercio modo p accūs ꝓpter defectum cōseruantis. vt lumen in aere corrumpitur ꝓpter solis absentiaz. ⁊ sic ꝑuatio est ꝓncipium corruptibilitatis ꝓpie. quoniā corruptibilitas significat aptitudinem ad corruptionem. ⁊ talis aduenit alicui ꝓpter suam ꝑuatōem. Sed si actualis corruptio alicui ineſſet ꝓpter ꝑuatōem ibi actu existentē. tūc vbicūcz ꝑuatio esset ibi esset actualis corruptio. quod est falsum. ſz verum est q vbicūcz est ꝑuatio ibi potest esse aptitudinalis corruptio

Ad obiecta in oppositum.

Dicēdū est ad ꝑmum. q duob⁹ modis aliquid est naturale. Uno mō ex parte forme que est ꝓncipaliter natura. vt dr secūdo huius. ⁊ sic omnis corruptio est innaturalis cū sit ad nō esse. sed forma dat esse. Alio mō aliquid dicitur naturale ex parte materie que etiam est natura. et sic corruptio dici potest naturalis. et hoc duob⁹ modis cōtingit. Uno mō. qz prouenit ex natura materie sub ꝑuatione accepte. ⁊ sic ista inferiora sunt corruptibilia. qz hñt materiā ꝑuationi ꝑiūctam. Alio mō est corruptio naturalis ex parte materie. qz ſcz ꝑuenit ꝑm dispositōem que est in materia. illa vero que nō ꝑuenit ex materie dispōne dr esse violenta. vt qñ aliquis gladio interficit. ¶ Sed dicetis. idem non est causa ꝓtrioz. ꝑuatio aūt est causa generationis. vt dictum est. igit nō est cā corruptōis. Ad hoc dicendū est. q de rōne ꝑuationis sunt duo. ſcz materiale ꝑuationis ⁊ formale. gratia ꝑmi est p se causa generatōis qz ꝑuatio facit materiam suscipere nouā formā. tñ p accidens ꝑt esse causa corruptōis. inq̄tum ſcz p acquisitōez vnius forme alia corrūpit. sed gratia formalis est cā per se corruptōis. p accūs cā generatōis. ¶ Ad ſecūdū dōm est q duob⁹ modis accipit materia. Uno mō absolute. ⁊ sic nō est cā ꝓtingentie. qm̄ in corporib⁹ celestib⁹ est materia. ⁊ tñ nulla est ibi ꝓtingentia. Alio mō accipit inq̄tum est ꝑuationi ꝑiūcta. ⁊ sic materia est cā ꝓtingētie. ⁊ talis reperit in istis inferioribus in quibus aliqua ꝓtingenter eueniunt. venit cm̄ ꝓtingentia in reb⁹ ex dispositōe materie que originatur ex priuatione

Quartum dubium est.

An materia ꝑma sit de ꝓsideratōe phȳsica. ¶ Solo. q duob⁹ modis dr materia ꝑma. Uno mō dr ꝑma simpl'r accipiendo ipsam in ꝓmuni. p quacūcz potentia q̄ quocū qz mō substat actui. aut accipiendo eam ꝑ materia secluſa ꝑuatione ⁊ forma corporeitatis. ⁊ hoc mō materia nō est de ꝓsideratōe naturalis phī p se. sed solū p accūs inq̄tum hȝ ordinē ad materiā q̄ motui subiicit ⁊ mutationi. Alio mō dr ꝑma in genere phȳsico. inq̄tum accipit sub priuatōe. ⁊ hoc mō cadit sub ꝓsideratōe phȳsica

Quintum dubium est.

Quotuplicia sunt noia quib⁹ materia est noiabilis. Solutio duplicia. ſcz ꝓpria ⁊ metaphorica. ꝓpria ꝥo nomina sunt sex. ſcz yle. subiectū. massa. materia. origo. ⁊ elementū Et rō illoz ꝑm Auicennā est ista. qm̄ ipa dr yle ꝑ q̄ ipa est. susceptibilis formaz vel formē in potentia. Subiectū aūt dr ꝑm q̄ est in actu sustinens formā aut motū ad formam. Nō aūt dr subiectū eo intellectu quo dr substantia ꝑma vel ſecūda subiectū in logicis. qz videlz substat secūdis substantijs ⁊ actib⁹. vel qz substat accidentib⁹ tm̄. sicut subiectū in ꝑdicamentis accipit. sed porr⁹ hoc mō. qz substat forme ⁊ gratia ipsius substare hȝ oīne qđ substat. ꝓpter qđ etiam ipsa vocat subiectū ꝑmū ⁊ ſuba ꝓposita ꝑma. vel ſecūda dr subiectū ſecūdū. materia autez est ꝑm q oīa resoluūtur in illā sicut in alterū ꝓponentiuz. Massa vero ꝑm q ipsa vna ꝑma existēs per diuisionem formarū est in omnib⁹ ꝓpositis substantijs diuersificata. sicut vasa figuli ex vna massa figuli fingūtur diuersificata formis artificialib⁹. Origo aūt dr inq̄tum ab ipsa est motus. sic aūt est ꝑuationi immixta. qm̄ p ꝑuatōem que immixta est ei efficitur ꝓncipiuz ⁊ rei origo. in qua si intelligeret abstracta posset q̄dem esse in ꝓposito alterū ꝓponentiū cum forma nō tñ subiici posset motui. cum ipsa sit vnū numero ꝓncipium motus cū priuatione. licet ſpecie differat ab ipsa eo modo quo ſpēs est materie ſpēs. Elementū aūt dr ꝑm q est in resolutōe vltimū. ⁊ in ꝓpositōe ꝑmū. ⁊ in ipsa stat resolutio. qz ipsa nō resolui't in aliquid aliud aliquo mō resolutōis. qz elementuz simpl'r est pars ꝓpositi. ⁊ vno mō simplicioz est q̄ forma. qz formā ſpēi que est in individuo determinato ꝓtingit resoluere in definientia. vt docet in ſeptimo metaphȳsice. Materia aūt in nihil omnino resolubilis est. Noia vero metaphorica sunt quatuoz. ſcz silua. mater. femina. ⁊ turpe. Silua aūt ꝑm expositores platonis dr ꝑm q ipsa est prima ⁊ indeterminata p dispōnes quasi dolabilis in omne edificium. ⁊ hoc vocauit Empedocles mixtum in quo germana capita sunt sine ceruice eo q illa que germana sunt principia ꝓpositorum non habent ibi dispositiones facientes ea germana. ⁊ hoc modo dicebant Platonici omniū esse materiā vnam. sicut silua est vna ex qua fit omne edificium. Mater aūt dicitur. eo q ipsa in se recipit formam et quasi pariendo ex ipsa educitur ad actum quando de potētia educitur. ⁊ hoc est nomen quod inter transſumptiua nomina magis competit ei. quia materia continet in se omnes formas tanquaz in potentia habituali. Femina autem dicitur inq̄tum est imperfecta ad formam habens tamen potentiam habitualem ad ipsam. quoniam sicut femina ad partum indiget maſculo mouente materiam ⁊ aliter nō parit. ita materia indiget efficiente mouente materiam. aliter enim non educitur de potentia ad actū. Femina em̄ est que parit in se mouente alio. ⁊ in se habet principia partus confusa ⁊ imperfecta que per ſemen maſculinum adunantur et ducūtur ad perfectionem. Unde q̄uis in quibuſdam ſicut in animalium generatione aliquid de materia deſcēditur a maſculo. in hoc tamen natura non intendit dare materiam. sed facit dispositionem ꝓpter virtutem quā subiectum ex quo in feminam trajcitur habere oportet. et hoc modo etiam adaptatur et nomen quod est turpe. turpe em̄ in se habet habitum moris potentia habituali. sicut in ſecundo ethicoruz probatur. quia si sibi virtus esset omnino contra naturam ⁊ violenta. non plus assueſceret morem q̄ lapis in projectione ſurſum. si autem esset econtra perfectum ad virtutem. non indigeret aſſuetudine operum que formaliter generant habituz. ⁊ ideo sicut turpi innatum est ſuscipere morem non habens ipsum niſi aſſuetudine operū. ita materia immixta priuatōi nata est habitualiter habere formas. non habens tamen ipsas niſi ex generāte ⁊ mouente.

Physicorum Aristotelis.

Sextum dubium est

An forma sit de cōsideratōne physici. Et videt q̄ sic. qz est p̄ncipiū rei naturalis. igit de ea hz p̄siderare physicus Solo q̄ duob⁹ modis p̄siderat forma. Uno⁰ fm se z absolute inq̄ntū dat eē. z eo mō metaphysic⁹ hz considerare de ea. cui⁹ est p̄siderare esse z ens vt hmōi. Alio⁰ p̄sidera tur inq̄ntū hz esse in materia. z dat esse naturale. z ē termi nus mutatōis naturalis. z eo mō p̄siderat physicus de ea. z iō Aresto. in p̄ncipio libro mentionem nō facit de forma in cōmuni. cum non omnis forma sit naturalis.

Septimum dubium est

Quotuplicia sūt noīa forme. Sc⁰ noīa forme sūt varia fm diuersam acceptōez ipius forme ipa em̄ tripl'r p̄sideraf. Uno⁰ inq̄ntū coincidit cū fine. Scdo mō p̄siderat inq̄ntum dat esse rei cui⁹ ē forma. Tercio mō inq̄ntū hz esse in mēte p̄mi. vñ p̄mo mō dr eē q̄d diuinū optimū z appetibile z illa diuersificant fm intentōnem ei⁹ qō mouet ad ipam. p̄t em̄ forma accipi dupl'r scz fm q̄ ē finis intentōis et fm q̄ ē finis appetitus p intentōnem directi. Si vero accipiat ipa fm q̄ ē finis intentōis hoc duob⁹ modis fit aut fm relatōem ad p̄mā cām cui inesse quodā mō assimilat se q̄ntū p̄t. z sic ē diuinū. aut fm q̄ ē finis manet absolute. z sic dr esse optimū. qz bonū ē p se finis ei⁹ qō mouet ad ipm. scz fm q̄ quietat appetituz impfecti sic ē appetibile. Sz si p̄sideret vt ē in re naturali dans esse. sic sibi attribuūtur hec noīa. imago forma actus rō spēs. z q̄ quid erat eē. Dicit em̄ imago. qz ē q̄dā similitudo forme accepte i mente p̄mi. Et dr forma p respectū ad materiā. eo q̄ formal mat z termiat ipam. Dicit aut̄ act⁹ respectu potētie. qa actuat potētiā terminādo ipaz. Et dr rō. qz ab ipa sumit tota definitio rei. z ē tanq̄ medū ipius rōnis ad cognoscendū ipam rem. Et dr spēs. qm̄ ipa pulchrificat z specificat ipam materiā remouendo ei⁹ potentiā. Et dr q̄ q̄d erat eē. qm̄ ipa ē quiditas z essentia rei cui⁹ ē si loq̄mur de forma totius. sed si locutio fiat de forma p̄tis. ē p̄ncipium quiditatis. Si aut̄ cōsiderat inq̄ntū hz esse in mente p̄mi tunc ei hec noīa attribuūt exemplar idea z padigma. Dicitur quidē exemplar. qz forma fm esse reale. p̄ducit ad similitudinē forme in intentōne exītis. qm̄ ois forma que per esse ē in materia p̄us fuit in motore p̄mo. p̄ter quod etiā dr a platone mūdus archetipus. p̄ter qō dictū boc tū est verū cū dicit. Mundū mente gerens pulchrū pulcherrim⁹ ipe similq̄ imagine formās. Et dr idea. eo q̄ habet esse ideale cū ipo p̄mo. Et dr padigma. qz ipa vna existēs ē tanq̄ similitudo pluriū ad cui⁹ similitudinē plura induit dua formant i rei natura. sic p̄les calcei respectu vni⁹ forē.

Octauum dubium est

An physicus debeat cōsiderare totū cōpositū. Solutō q̄ duob⁹ modis accipit totū cōpositū. Uno⁰ in cōi rōne cōpositi nō cōsiderādo modū cōpositōis aut p̄ncipia ex q̄b⁹ cōponit. z hoc mō metaphysicus hz determiare de toto cōposito. Alio mō cōsiderat inq̄ntū est cōpositū ex primis p̄ys naturalib⁹ z quo ad speciale modū cōpositōis fm q̄ p motū ad cōstitutōem cōpositi p̄ncipia concurrūt. z sic physicus habet determinare de eo.

Et sic est finis p̄mi libri physicoz. Sequit̄ scdus physicoz

Dzum que sūt

alia quidem sunt natura. alia vero propter alias causas. natura quidem sunt aialia queq̄z et partes ipsarum et plante et simplicia corpora vt terra z ignis z aer z aqua hec enim esse zhmōi a natura esse dicimus. Omnia enim que predicta sunt videntur esse differentia ad non natura existentia. Que qui dem enim natura sunt. omnia videntur habē/tia in seipsis principium motus et status hec quidem fm locum. illa vero fm augmentum et decrementum. quedam autem fm alteratio nem. Lectulus autem et indumentum z si ali quid huiusmodi genus est fm quod quidem sortitum est in predicatōne vnaquaq̄z. z inq̄/tum est ab arte neq̄z vnum habet impetū mutatōnis innatum. fm autem q̄ contingit ipis lapideis esse aut terreis aut mixtis ex his habent tantum.

Iste est secūdus liber in quo phs determiat de natura de causis per se z per accidens. Post q̄ determinatū est in p̄cedenti libro de p̄ncipijs mobilis fm q̄ mobile exit de potentia ad actū. Et diuidit pns liber in sex tractat⁹. In quoz p̄mo phs determiat de natura z eius diuisiōe. In scdo tractatu determiat de dza physici z mathematici. et quō habet vtrāq̄z naturā p̄siderare physicus. ibi q̄m autē determiatū est. In tercio vero tractatu determiat de causis p se subiungēdo earūdē p̄prietates z de modis causan/di. ibi determiatis āt his. In q̄rto tractatu de causis per accidens. scz de casu z fortuna. ibi Dicit aūt fortuna. In q̄nto tractatu ostēdit. q̄ physicus hz p quattuor causas demonstrare. ibi que aūt sūt cause. In sexto tractatu phs ostendit naturā agere p̄pter finē. vñ sumit in reb⁹ naturalibus necessitas. ibi. Dicendū quidē igit p̄mū. Primo⁹ tractatus in duo diuidit capitula in quoz p̄mo determiat de natura z dra naturaliū z artificialiū q̄ntū ad ei⁹ motū. In scdo vero capitulo phs determiat de diuisione nature ibi videt aūt natura. Et p intellectu nature ipe Aresto. p̄mittit vnā diuisionē di. Eoz q̄ sūt vl'st. q̄dā sūt a natā. q̄dā p̄pter alias cās. Ā natura vt aialia z ptes aialiū z plante cū q̄b⁹ suis. z corpa simplicia q̄ vocant elemēta ignis aer aq̄ z terra. Hec em̄ z hmōi q̄ sūt talia istis dicim⁹ eē z fieri a natura. Oia āt talia videt stari hze dz ad ea q̄ nō st a natura. in hoc q̄ oia q̄ hnt quādā p̄tutē i seipsis siue vim q̄ ē p̄ncipiū mot⁹ z stat⁹ hoc ē q̄etis. aut fm locū. aut fm augmentū z decremētū. aut fm alteratōnez. aut fm ples mot⁹ simul. Sunt autem non naturalia a quibus ista differunt multiplicia. quedam enim nullum habent principium motus aut quietis alicuius in seipsis q̄ in suo nomine importetur. Sunt autez talia artis apotelesmata hoc est opera artis vt lectus et indumentum. et quecunq̄ talia sunt alterius generis a naturalib⁹ exītia que nomine suo in quodā alio genere predicamenti ponuntur q̄ sint ex nomie materie vel forme naturalis que est in ipis sicut

lectus est in genere figure cuiusdam domus ⁊ cetera que fiunt ab arte incisionis ⁊ edificatiue. Nullum em̄ talium ſm suū nomen habet aliquē modū motus innatū lect⁹ em̄ nō descēdit deorsū nec̄ ḋelcit deorsū inc̄tū lect⁹ ē ꝫ ic̄tū lecto accidit lignū esse. qđ quia plus terre est ideo motum et quietem terre sequens descendit ⁊ quieſcit deorsū. Ex his patet. q⁹ naturalia differunt ab. artificialibus ḋa hꝫt principium sui motus innatū qđ nō hꝫt artificialia.

Tanc̄ existēte natura principio aliquo. ⁊ causa mouendi ⁊ quiescendi in quo est primus p se et non ſm accidens. Dico autem non ſm accidens. cum fiat vtic̄ ipse sibi aliquis causa sanitatis cum sit medicus. sed tamen non ſm q⁹ sanatur medicinam habet. sed accidit eundē medicum esse. ⁊ sanari vnde et diuidūtur aliqū ab inuicem. Similiter autem ⁊ aliorum vnū quodc̄ que arte fiunt. Nullum enim ip̄oz habet in seipso factionis principium. sed alia ḋ/dem in alijs et ab exterioꝛi. vt domus ⁊ alio/rum manu inciſorum in vnūquodc̄. Alia aūt in seipsis quidem. sed non ſm seipsa quecunc̄ ſm accidens cause fiunt vtic̄ ipsis. Est ergo natura quod dictum est.

Hic ph̄s ponit definitō̄nem nature que potius assig/natio dicenda est q̄ꝫ definitio. dicens. q⁹ natura est princi/pium ⁊ causa mouendi ⁊ quiescendi eius in quo est p̄mū per se ⁊ nō ſm accidens. Et qđ additur per se ⁊ non ſm accidens. ideo ē vt intelligatur mouēs illud essentiale motui. ⁊ motus essentialis mobili. vnde quia natura mouet motu qui est essentialis. ideo dicitur per se. sicut calidi motus est calefacere. ⁊ seminis motus est pullulare vel germinare. Et quia motus etiam essentialis debet inesse mobili a natura. ideo dicitur. ⁊ non ſm accidens. Dicitur enim mobili inesse motum ſm accidens. qui est similis motui q̄ medicus dicitur sanari cum ipse medicus sanat seipsum Non enim sanatur inc̄tum habet medicinam in habitu et vt est medicus. sed potius inc̄tum est egrotus. Et ī sanari accidit medico inc̄tum est medicus. licet ipe medicus agat in se sanitatez. ⁊ hoc ostenditur ex eo. quia aliqū diuiduntur medicus ⁊ sanus. ⁊ vnus est operans ⁊ mo/vens ſm medicinam. alter autem sanatus ex egrotatiōne similiter oportet esse opus nature tale q⁹ sit essentiale vir/tuti que natura dicit. ⁊ non sit accidentale subiecto virtutis eiusdem. Ex quibus patet. q⁹ nullū artificialiū operū principium sue factōnis habet in se nisi per accidens. vt̄ de medico qui sanat seipm̄ ſm medicinam quā habet in se ip̄so. sed omnia artificialia ab alijs q̄ꝫ ab essentialibus p̄n cipijs accipiunt virtutem factōnis sue. ⁊ accipiunt eā ab exterioꝛi nisi hoc contingat per accidens sicut domus et alia quecunc̄ manu inciduntur vel fabricantur. Et si q̄/dam artificialia talem virtutem habeāt in seipis. hanc tamen non habent ſm seipsa essentialiter sed accidentaliter sicut alia que per formam artis inducunt in seipsa. quādo contingit idē esse artifice ⁊ artificiatū. vt patet de medico seipsum sanante.

Naturam autem habent quecunc̄ huiusmo/di principium habent. ⁊ sunt hec omnia substantia. Subiectum enim quoddam ⁊ in subiecto est natura semper. ſm naturam aut̄ sunt hec et quecunc̄ his insunt ſm se. vt igni ferri sursum. hoc enim natura quidem non est. nec̄ habet naturam sed a natura. et ſm naturam ē Quid quidem natura sit dictum est. ⁊ quid est habere naturā ⁊ quid a natura ⁊ q̄d ſm naturā

Hic ph̄s ostendit differentiam inter naturam habēti et ea que dicuntur ſm naturam. Naturam em̄ habentia sunt omnia talia corpora quecunc̄ habent intentō̄nem in seipsis siue in suis principijs essentialibus hmōi principiū motus ⁊ quietis. Sunt autem omnia talia. substantia ⁊ precipue substantia prima que dicitur substātia individua quia natura subiectum est inc̄tum materia dicitur. ⁊ na/tura que dicit forma est in subiecto. non quidem vt acci/dens. sed vt quedam pars essentialis dans esse subiecto et composito. igitur cum tam subiectum sit substantia q̄ꝫ forma ⁊ natura dicatur de his. natura erit substantia si p/prie accipiatur. Scōm autem naturam dicūtur duplici/ter aliqua. Uno modo quecunc̄ ex principijs nature eē accipiunt. sicut ea que habent naturam. Alio modo dicūt ſm naturam esse quecunc̄ consequentes sunt passiones et operatiōnes naturales ex natura que est in ipsis. sicut igni ſm naturam est ascendere sursum. Cum enim ascē/dere sursum sit motus rei naturalis. ip̄m non est res ha/bens naturam. quia sic esset substātia composita. sed ascē/dere sursum est a natura ⁊ ſm naturam. Hec autem que sic q̄ꝫ per denominatiōnē a natura de reb⁹ naturalib⁹ dicūt.

¶ Hic philosophus probat q priuatio sit natura presupponendo tamen q forma dupliciter dicitur. scz de forma perfecta et imperfecta. Et etiam natura dicitur de forma et priuatione. Et q priuatio sit natura sic ꝓbat. forma est natura. priuatio aūt est quodam modo species et forma propter aptitudinez quā relinquit et supponit in subiecto. Posterius aūt in libro perigeneseos cōsiderandum erit. An circa simplicium corporum generationem. est contrarium quod sit priuatio. sicut circa generationem que est generatio fm quid In generatione em̄ fm quid alterum contrariorum priuatio est. z reliquum habitus sicut nigredo priuatio est albedinis. sed frigiditas priuatio est caliditatis. Si enim considerentur prima contraria que sunt in genere coloris fm esse formale quod habet a lumine erit albedo lux clara in superficie corporis terminati que susceptiua est luminis. Nigredo autem erit color priuatus luce. eo q superficies corporis terminati non est receptibilis lucis. Ex hac em̄ consideratione manifestum est. q nigredo priuatiue opponitur albedini Si autem albedo et nigredo considerarētur fm esse materiale. fm q constituuntur a primis qualitatibus. que commiscētur in corpore composito colorato sic albedo z nigredo opponuntur contrarie. vt vtraq; est species qualitatis non priuatiua. Similiter cum frigiditas sistat motum z caliditas motuz inducat. erit frigiditas materialis z priuatiue opposita caliditati. vt ostendit Aristoteles quarto metheororū in fine. Sed in generatione substātie aliquādo generatur id quod est materiale ex formali sicut terra ex igne vel aere. Aliquādo ecōuerso. Et id quod est plus materiale est etiam plus priuationi immixtuz. z sic ptz. q tam in qualitatibus q̄ in substātijs quedā forme sunt priuationi ꝓmixte. et materiales. quedā aūt sunt formales et pure.

Circa textuz declaratuz mouetur questio. An sit conuenienter natura. in formā materiam et priuationem diuisa.

¶ Et arguitur primo q forma non est natura quia est terminus generatōnis. sed terminus non est natura. igitur ne forma est natura Minor ptz. qz natura est principiuz mouēdi et quiescendi. terminus aūt nō est huiusmodi. igitur. Secundo anima est forma substantialis. et tamen non est natura Tertio. materia non est natura qm̄ illud quod est ens in pura potentia non est principium motus z quietis. materia autem est hmōi. igit ipsa

non est principium mouendi et quiescendi ꝛ ꝓsequēs non est natura Quarto. illud qđ est per se nō ens nō est natura. priuatio autem est per se non ens. igitur non est nātura ¶ In oppositum est phs in textu. Ext pro eius intellectu ponuntur duo discursus quorum maior primi est ista.

Natura est entium naturaliū fiendi ꝛ essendi principium intrinsecum Minor Tria sunt entium naturalium principia forma materia et priuatio appellata Conclusio Igit quodlibet eorum est natura. sub quadam tamen analogia

Maior patet per definitionem nature. Qꝫ autez dicit principium intrinsecum essendi et fiendi conuenit forme materie simul. et non priuationi cū ipsa sit solum principium fiendi. vt clare patuit ex primo huius Sed dicere natura est principium mouendi ꝛ quiescendi. igit male dictum est ꝙ sit principium essendi Ad hoc dicendum. negando consequentiam. qm illud qđ est principiū essendi est etiā ꝓncipiū mouendi ꝛ quiescēdi vt ꝓz de forma. non aūt ecōtra. cū multa accidentia sint principia mouendi cuius instrumentalia. que tamen nō sunt essendi principia. Minor patet per Aresto. primo posteriorū Conclusio ꝯtum ad ꝑmā eius ptem ꝓz per Aresto. hic in textu. Ext sigillatim sic declarari potest. primo de materia Nam quicquid est principiū mouendi et quiescendi est natura. materia aūt est huiusmodi. qꝛ materia est primum subiectum vnicuiqꝫ non formatū per seipsum qđ ꝓsupponitur in omni motu naturali. De forma sic patet. illud quod dat naturalibꝫ esse naturam cōmunicando se eis et quod solum est necessariū ad esse ipsorum per se est natura. forma aūt dat naturalibus esse et naturaz cōicando se eis. igit est natura. Ipa em̄ sola est per se necessaria ad esse ipsorū. qꝛ si forme possint in se subsistere sine materia. nō inquireret in rebꝫ naturalibus materia. et ideo non quęritur per se materia sed propter aliud. videlicet ꝙ forma subsistet in ipsa. De priuatione sic ꝓz. quia forma est natura. sed priuatio est quodā modo ſpēs et forma. igitur ipsa est natura Secūda pars cōclusionis patet quia illud dicitur analogice quod dicitur quodam ordine. sed ipsa natura dicitur quodam ordine. igitur ꝛc̄. Minor patet. qꝛ nomen nature conuenit primo forme. deinde materie. ꝛ vltimo priuationi. Maior alterius discursus est.

¶ Trimembris diuisio de natura. est p aristotelem bene assignata Minor Forma est naturalis actus. materia vero potentia Carentia autem forme est priuatio et ad eam aptitudo Conclusio Igitur forma est principalior natura ꝙm materia. et hec duo magis priuatione ipsa.

¶ Maior est phs in textu. Minor patet ex his que dicta sunt in primo huius. Prima pars conclusionis patz quia illud in quo ꝓductum magis assimilatur ꝓducenti est magis natura. sed per formam productum magis assimilatur producenti. igitur est magis natura. Preterea generatio dicitur natura. quia est via in formam. nō aūt materia Sed diceres. quicqđ ꝓdicaꝫ de eterno et corruptibili per prius dicitur de eterno ꝙm corruptibili. materia aūt eterna est. forma aūt corruptibilis est primo physicorum. igitur materia est magis natura ꝙm forma. Maior patet qꝛ eternum est magis ens ꝙm corruptibile

Ad hoc dicendum est. qꝛ duplex est eternū. scz actuale ꝛ perfectum ꝛ de illo maior est vera. Aliud est eternum potentiale ꝛ imperfectum ꝛ de illo loquendo maior non est vera. Ext si materia semp sit natura. ꝛ forma generatur ꝛ corrumpitur. non tamen sequitur ꝙ materia sit magis natura qm̄ nomen nature perfectius cōuenit nascētibꝫ ꝛ corruptibilibus ꝙm perpetuis cum nomē nature dicitur a nascor eris. et ideo illud dicitur perfectius natura cui perfectius conuenit ratio natiuitatis aut quod magis facit ad natiuitatem rei. Ext notandum est ꝙ ꝙuis transmutabilitas magꝫ dependeat ex materia subiectiue. magis tū dependet a forma terminatiue. Secunda pars patet. qꝛ priuatio est principium per accidens. forma vero ꝛ materia per se ꝓncipiant motum. ergo magis sunt natura ꝙm ipsa priuatio. ꝛc̄. Etiam ipsa priuatio obiectiue ꝓncipiat. materia vero acquisitiue cū acquirat in se formam que est magis natura. Sed diceres. sicut se habet materia artificialis ad artificialem. ita se habet materia naturalis ad formā naturalē. ſz forma artificialis est minus natura ꝙm materia artificialis. igit etiam forma naturalis erit minus natura ꝙm materia Solutio. licet tam forma substantialis ꝙm accidentalis sint perficiēres ꝛ actus siue materie. tamen longa est differentia inter eas. qꝛ forma substantialis est pfectio simpliciter. accidentalis vero ſm quid. Preterea forma naturalis est natura non autē forma accidētalis. tamē materia artificialis est ens naturale. ꝛ ideo in artificialibus materia est principalior forma. cum in eis materia artificialis est tota rei substātia que consistit ex forma substāciali ꝛ ex materia

Ad obiecta i oppositū

Ad primū dicēdum est. licet forma ſm esse actuale sit terminus generationis rei. tamē ipa est principium respectu aliorum motuum rei generare ꝙuenientiū. scz motus localis. generationis. alterationis augmētationis ꝛ sic de aliis Aut dicēdum est. ꝙ forma naturalis accipitur dupliciter. vno modo ſm ꝙ est in generante. et sic est generationis principium. quia generans ſm suā formam est principium geniti Alio modo accipitur forma ſm ꝙ est in genito siue generato. ꝛ sic est terminus motus generationis Ad secundum est dicendū. ꝙ duobus modis accipitur natura. vno modo ꝓprie. ꝛ sic anima non est natura cū sit ad vnum determinata. siue vnius operationis principium. vt patuit in octauo dubio precedenti. Alio modo accipitur cōmuniter in ꝙtum est plurium operationuz ꝛ motuum ꝓncipium. ꝛ sic posset dici natura. Unde patet ꝙ forma que est simpliciter materie immersa. illa scz que solum mouet suam materiaz ad vnam differētiam positionis. solum dicitur forma naturalis. illa autem forma que mouet effectiue ꝛ ad omnes differentias positionis. supgreditur ipsam naturam.

Ad tertiuz est dicēdum. licet materia nō sit ꝓncipiū

actiuum mouendi ꝛ quiescendi. tñ est principium passiuum. illa enim gerundia mouendi ꝛ quiescendi habent significationem actiuam ꝛ passiuam. quare et actiue et passiue capi possunt. ꝛ ideo sufficit ꝙ in vno illorum modorum verificetur de materia Sed diceres materia est magis natura. qz est magis substantia a substando dicta. Ad hoc dicendū est ꝙ verum est loquēdo de substātia quo ad actum substandi formis naturalibꝫ non autē loquēdo de ea in quātum dicitur a substāciando siue ꝑ se essendo. ¶ Ad quartum patet solutio ex primo phȳsicorū. Sed diceres forma est magis natura ꝙ̄ materia. priuatio autem idem est cum forma. igitur priuatio est magis natura ꝙ̄ materia. Ad hoc est dicendū. licet priuatio sit quodam modo species et forma. hoc tamen solum est ſm esse confusum et indistinctū. et ideo non importat dūtaxat priuatio aptitudinem. sed etiam carentiam.

Incidunt dubia circa

rectum. Quorum primum est. propter quid antiqui dixerunt materiam esse magis naturam. Solutio ꝙ ideo. qz ipsi dixerunt eam esse totam rei substantiam. et ens in actu aut nihil superaddere materie nisi accidentalem dispositionem. cum igitur ſm nos substantia quam antiqui posuerūt naturā magis sit natura accidēte quā ipsi dixerunt formā. rationabiliter dixerunt materiam eē principalius naturā ꝙ̄ formam. Istud tamen antiquorum dictū falsum est. quia eorum dictum ex falso procedit fundamento. cum antiqui imaginabantur materiam esse totam rei substantiam siue totum compositum cum tamen sit solum altera pars totius cōpositi.

Secundum dubiuz est.

An potest stare dictum phȳlosophi dicentis terrā esse naturam et materiam. cum tamen primo metaphȳsice dicatur. ꝙ sola terra caret iudice. eo ꝙ nullus eam ponit pro principio rerum naturalium. sicut posuerunt alia elementa. Solutio licet nullus expresse solam terrā posuit principium rerum naturalium in fieri eo ꝙ est immobilis. posuerunt bene tamen eam naturam rancꝫ subiectum forme et vti principium subsistendi. Aut dicendū est ꝙ nullus posuit solam terram ꝓpter eius grossiciem. vt patuit latius circa primū librū phȳsicoꝝ.

Tertium dubium est

Quō antiqui phȳlosophi dixerunt omnia preter materiam esse passiones habitus et dispositiones Solutio illi dicebant passiones quae sunt principia mouendi in ipsis. vtputa qualitates prime. habitus quidem dicebant esse illa que permanent in rebus naturalibus quiescentia. Dispositiones vero que disponunt ad forme receptionem.

Quartum dubium est

An accidentia forme sint magis naturalia vel accidentia materie. Solutio accidentia forme. quia forma est principalius natura ꝙ̄ materia. igit accidēria forme sunt magis naturalia ꝙ̄ accidentia materie. et ideo qualitates magis dicuntur accidentia naturalia ꝙ̄ quātitates cum quantitates sequantur cōpositum gratia materie. qualitates vero totum compositum gratia forme.

Pro maiori tamen intellectu est sciendum ꝙ duplicia sunt accidentia forme quedam em̄ sunt accidentia forme ex ea pte qua eleuata est super naturam. sicut scire velle intelligere respectu anime rationalis. Alia sunt accidentia cōsequēria formā ex ea pte qua ꝓducta est materie. vt nutrire augere ꝛ sic de aliis et ista cōueniūt forme ex ea parte qua est natura. et de istis intelligitur ꝙ sunt magis naturalia ꝙ̄ accidentia materie. non autem de primis qm̄ illa non insequuntur formam inquātum est natura. Similiter duplicia sunt accidentia materie. quedam que sequuntur materiam ſm esse commune et confusum et ſm ꝙ ipsa est in potentia ad omnes formas vt corporeitas de genere q̄ntitatis. et alīq̄ qualitates. Alique cōueniunt materie ſm ꝙ ipsa est disposita ad aliquā formam. et ista magis dicuntur naturalia ꝙ̄ prima

Quintum dubium est.

Quare ens artificiale non producit sibi simile quemadmodum ens naturale. Solutio ꝙ hoc est propter imperfectionem agentis artificialis quod non dat enti artificiali virtutem producendi sibi simile. quia licet dat esse enti artificiali. non tamen dat sibi virtutem. vt sit aliorum causa. Agens vero naturale perfectius est. ideo dat enti naturali quod producit non solum esse. sed etiā posset esse causam aliorum. qm̄ dat sibi formam per quā potest producere sibi simile. Et ideo etiam non est simile de actione naturali. ꝛ artificiali. quia in actione naturali fit processus de vna forma in aliam in specie in generatione vniuoca Sed in artificialibus non fit processus de vna forma in aliam eiusdem speciei. sicut medicatio non est de medicina ad medicinā. sed ad sanitatez. et denominatur potius a ꝓncipio ꝙ̄ a fine. in naturalibꝫ vero actio potius denoīatur a fine ꝙ̄ a principio

Sextum dubium est.

An dictum Aristotelis scz ꝙ priuatio est quodā modo species et forma bene allegetur pro inchoatione formarū. Solutio ꝙ sic. quia in hoc ꝙ dicitur priuatio quodam modo species et forma. cōcluditur formas esse inchoatas in materia. Si em̄ ipa priuatio non esset quodam modo species et forma sed pure forme negatio in subiecto. sicut dicunt platonici. tunc non esset aliquo modo forma in materia inchoata. Nec ista auctoritas Aristotelis solū est intelligenda de priuatione forme accidētalis vti dicunt thomiste. sed etiam de priuatione forme substantialis. q̄uis tamē Aristo. in textu non deducit expresse nisi de forma accidentali. vnde licet Aristote. hic non deducat ꝙ priuatio forme substantialis sit quodam modo species et forma. videtur tamen hoc etiā intendisse. quia illa est quodā modo species et forma. quia alias insufficienter ratio de priuatōne adduceretur ad ꝓpositum. cum intendat probare de priuatione forme substantialis ꝙ ipsa sit natura. Pro cuius intellectu maiori est notandū. ꝙ priuatio forme substantialis dupliciter accipi potest. Vno modo quātum ad eius esse materiale. et sic est quodā modo species et forma. qm̄ sic dicit

aptitudinem que est forme originale principium. Et dicitur quodā modo species. cum non sit species simpliciter siue forma. sed solum originale principiuz speciei siue forme. Si autem accipiatur quātum ad eius esse formale sic nō est quodā modo priuatio species et forma sz potius eius negatio. et sic in generatione simpliciter priuatio est quodā modo species et forma. In generatōne vero fm quid amplius est species et forma. cum forma accidentalis non solum est fm esse genericū inchoata. verūtamen fm esse specificuz. fit em in motu alterationis transitus de esse albi vel albedinis imperfecto ad esse pfectū.

Quoniā autē determinatū est quot modis dicitur natura. post hoc speculandum est quō differt mathematicus a physico.

¶ Iste est secūdus tractatus in quo phūs determinat de differentia physici et mathematici. et hoc quo ad primum capitulum. et quō habet vtrāq naturam considerare. quo ad secundum capitulum. ibi qm aūt natura dicitur dupliciter. Dicit igitur phūs qm iam dictum est. quot modis dicit natura. ideo necessariū est nos inquirere An natura quouis modo dicta sit de ꝯsideratione physice scientie vel nō. hoc em est necessariū ꝓpter opiniones eoꝝ de quibꝫ dictum est. quia illi qui dixerunt q natura est sola materia. dixerūt q physicus non habet cōsiderare nisi materiam. Et illi qui dixerūt. q forma sola est natura. direrunt q physicus nō habet considerare nisi formā. Cum aūt ea de quibꝫ agit mathematicus fm esse sunt in physicis corpozibus. oportet nos inquirere primo. quō differt speculatio mathematica a speculatione physica.

¶ Et em plana et firma habent physice corpora et longitudines et puncta de quibus intendit mathematicus.

¶ Hic phūs ponit tres rōnes qbꝫ probat q physica et mathematica non sint distincte scientie. Quarū prima est. quecūq scientie cōsiderant eadem subiecta ille sunt eedem. cum scientie penes obiecta distinguantur. sz mathematica cōsiderat eadem subiecta cum physica. quia superficies corpora et magnitudines que etiam ꝓueniunt corpozibus physicis. Arismetrica tamen plus differt a physica qꝫ geometria. quia geometria cōuenit cū physica i subiecto suarū questionū licet differat in ꝓdicato. cum vtraq querit de corpoze superficie et longitudine. tamē differenter q geometria querit de recta vel obliqua. physica vero de calida vel alba vel simplici aut commixta.

¶ Amplius aūt astrologia altera est. aut pars physice. Si em physici est dicere quid sit sol et luna scire. accidentia autem que sunt per se nullum inconueniens est.

¶ Hic phūs ponit secūdā rōem. astrologia est pars mathematice et etiam est pars physice. sz astrologia considerat corpus naturali forma informatū et sub motu existens. et hec omnia facit physica. igitur nō sunt scientie distincte Et si dicatur q physica conuenit cū astrologia in parte sui subiecti. qz in libꝫ de celo et mūdo physica inquirit de celo et motu eius. sed differt in ꝓdicato. quia non considerat easdem passiones celi quas considerat astrologus. Ad hoc dicitur. q hoc est inconueniens vt dicit Aresto. q aliqua cōsideret de aliquo subiecto et nullū cōsideret accidentium que per se accidūt. et hoc ꝓt sub alijs verbis sic dici Ad quācunq scientiam spectat ꝓsiderare substātiam et naturam rerum. ad illā etiā ptinet cōsiderare passiones illarū rerū ad physicam autem ptinet cōsiderare substātiam solis et lune. cū sint corpora naturalia. igitur etiā de accidentibus solis et lune ad eundem dicitur pertinere.

¶ Et aliter qm videntur que de natura dicentes. de figura solis et lune. et vtrū spherica sit terra. et mundus aut non.

¶ Hic ponit tertiam rōem que est. Antiqui de natura loquentes de figura solis et lune locuti sunt. et an terra sit spherica. et an mūdus sit sphericus vel non. sicut patet in libro de celo et mūdo. et de omnibus hꝫ etiam loquitur astrologia. igitur physica et astrologia ꝓueniūt tam in subiecto qꝫ in predicato suaꝝ questionum

¶ De bis quidem igitur negociatur et mathematicus. sz non inq̄tum physici corporis terminus est vnūqōq. Neq accidentia speculat inq̄tum talibus accidentibꝫ accidunt. Unde et abstrahit. abstracta em in intellectu a motu sunt. et nihil differunt neq fit mendatium abstrahentium

¶ Hic philosophus soluit questionē motam dicēs. q cuius mathematicus et physicus de eisdem cōsiderent materialiter ipsi tñ nō considerāt de eisdē formaliter qz mathematicus negociat siue determinat de eis fm q sunt termini. vt longitudines latitudines et soliditates. sz nō inq̄tum sunt termini physici corporis. et ideo mathematicus ea considerat absolute inq̄tū abstracta sunt a materia sensibili per rōem definitiuam. siue sint subiecta siue predicata. vt patuit in ꝓhemio primi physicoruz. in quo dictum fuit q mathematicalia per intellectuz sunt a motu abstracta. Si em mathematicus definiat subiectum questionis mathematice. vt dicendo lineaz esse lōgitudinem sine latitudine et profunditate cuius extremitates sunt duo puncta. ibi em totū quod ponitur in definitione est de substantia q̄titatis. et q̄titas dicit cōparationem ad materiam. non tamen ad materiam sensibilez que sola est physica. et ideo abstrahit ab omnibꝫ que sunt sub motu et ad motum disponentibus. Si aūt mathematicus definiat predicatum sui subiecti quod est passio. tunc non omnia que cadunt in eius definitione erūt essentialia respectu ipsius definiti. cū passio definiatur ꝑ subiectum quod nō est eiusdē essentie cū passione. omnia tamen que cadunt in definitione sunt separata a materia sensibili. Sed physice definitiones sunt ex hꝫ que sunt ꝓiucta materie sensibili et motui. vtz sexto methaphysice Et licet cōsiderationes mathematice et physice differāt tñ hec drā nō facit. q vna ducat ad ventatē et altera ad falsitatē. qz vna ꝓcedit vere ex hꝫ q̄vere sunt essentialia

q̄titati fm q̄ est q̄titas. t ideo abstrahit ille a sensibi/ lib⁹ ad que non dependet q̄titas in eo q̄ est q̄titas. q̄re etiam abstrahens nō mentitur cum non considerat esse q̄titatis in hac materia sensibili. sed physicus cōsiderat esse quātorum constitutorum ex sensibilib⁹ ꝓmixtis q̄ esse est ex motu. et concludit concepta cum motu t materia. et nō mētitur. tales em̄ sunt forme naturales q̄ sunt aque et hominis t passionū suarum que sunt calidum t frigidum. t albū t nigrum

¶ Latent autem hoc facientes et ideas dicentes. physici autē abstrabunt cum minus sint abstracta mathematicis.

¶ Hic pbs excludit errorē quorūdā pictagoricorū et platonis dicentiū rerum phisicaliū formas esse ideas separatas. putabant em̄ res eodem modo se habere ad esse sicut ad ꝙgnosci. cum igitur rerum phȳsicaliū quidi tates cognoscimus. non hanc singularem naturā rei phi sicalis ꝙgnoscendo putabant ipi rerum phȳsicaliū qui/ ditates ꝓexistere ipsis vt q̄ humanitas carneitas et huiusmodi forme naturales fm suas essentias nō habe rent dependētiam ad materiaz sensibilē. sed potius eēnt abstracta quēadmodum mathematica

¶ Fiet autem vtiqz hoc manifestū: si quis vtro rūqz dicere tētauerit terminos ipsorum et acci dentium. impar quidem et par. et rectuz t cur uū Adhuc ān linea t figura sine motu Caro ān et os et homo non adhuc sed hec sicut naris sy mitas. sed non sicut curuum dicitur

¶ Hic phȳlosophus ostendit duabus rationibus. q̄ phȳsicalia sunt de minus abstractis q̄ mathematicalia quarum prima sumitur in scientijs pure mathematica/ libus. et sumitur ex terminis. i. definitionibus phȳsice et mathematice. q̄m̄ termini rerum phȳsicaliū dant̄ per materiam sensibilem t motum. termini aūt mathemati calium a materia sensibili abstrahunt. vt patet intuenti definitiones essentiales mathematicorum t phȳsicorum siue sint subiecta questionū siue predicata. siue eorū pas/ siones. passiones sunt par t impar. curuū t rectum. sub stantia aūt vt nūerus linea et figura. hec em̄ omnia defi/ niuntur sine his que sunt in motu t in materia sensibili/ bus qualitatibus distincta. vt si dicatur q̄ par est nume rus non habēs medium. impar aūt est nūerus mediū ha bens Curuum aūt cuius mediū non est directe inter ex trema. et rectum cuius mediū extrema cooperiunt. Nu merus aūt est vnitatum collectio. t linea est longitudo sine latitudine. tc̄. et figura q̄ntitas termīata linea vel lineis. nihil enim in his omnibus definitionibus est de principijs motus. vl de materia sensibili que motui sub icitur vel mutationi. Caro autem t os que sunt subst̄a ria phȳsica. et similiter calidum t frigidum. rarum t dē sum que sunt passiones predicati de his subiectis defi/ niuntur per ea que sunt principia motus t commixtio/ nis materie ex sensibilibus qualitatibus. vt sym̄ū in de finitione sua concipit nasum. vt symitas est curuitas in naso. t clauditas est tibie curuitas.

¶ Demonstrant autem et que magis phȳsica q̄ mathematica vt perspectiua et armonica et astrologia Contrario em̄ quodam modo se ha bent cum geometria. Geometria em̄ de phȳsi ca intendit linea. sed non inq̄tum est phȳsica. sed perspectiua quidem mathematicam lineaz non autem inq̄tum mathematica. sed inq̄tuz est phȳsica.

¶ Hic ponit secundam rationem que sumitur in scien/ tijs mediis que fm sui subiecti considerationem magis sunt siue approximant phȳsice q̄ mathematice. vt p/ spectiua t armonica et astrologia et scientia de ponderi bus de ingenijs de proportione velocitatum t tactuum que surgunt ex numerato pondere. vt si pondus vnius marche mouet tm̄ in hora. pōdus duarū marcharū mo uebit illud in dimidia hora Scientia autem de spera mo ta considerat proportiōnem situs t distantiam mobiliuz ex tanta velocitate vel tanta que ꝓparat ad corpus mi/ noris velocitatis vel maioris. Omnes em̄ iste fm con/ sideratiōnem suorū obiectorum contrario modo se ha/ bent ad geometriam. Geometria em̄ habet subiectum scz lineam que est phȳsica fm esse. sed non accipit eam p esse phȳsicum. sed abstrahit a materia sensibili. Sed per spectiua considerat lineam que est mathematica sed nō abstrahit eā vt mathematicus. sz accepram cōsiderat in phȳsicis. sicut in lumine vel visu. t inquirit de ea mathe maticas passiones. Et sicut iste scientie in quibusdam cōueniunt. ita probatiōnes suas aliquādo pmiscent. vt patet de hoc. q̄ terra sit spherice figure De hoc em̄ phȳ sicus aliq̄n formar rationem siue probationē geometri/ cam dicens. q̄ si non esset spherica nō diuersificaret or/ tus t occasus astrorū. Nec em̄ ratio est astrologica et est phȳsico accōmodata. et ideo nō dicit nisi qz. qm̄ cau sam ꝓpter quā terra est spherica. nō habet dicere astro logus. Aliquando aūt astrologus de eodem probatio nem facit phȳsicā. sicut q̄n dicit. q̄ terra est simplex cor/ pus t simplici corpori competit figura simplex. Figu/ ra em̄ simplex est que omnino est sine angulo. t non que in vna parte habet angulum t in alia lineam Nec enim ꝓbatio est phȳsica. Aut etiam quando dicit. q̄ terre p/ tes sunt graues. sz ptes graues equaliter festināt cade/ re circa centrum. t ideo cadūt in circulo. Tales aūt p/ bationes dicunt causam ꝓpter quam terra est spherica. et sumūtur in doctrinalibus ad faciliorē doctrinā. Oēs em̄ scientie disciplinales q̄ in questionibus suis habent subiecta phȳsica circa ipsa inquirunt per causas mathe maticas. et ideo etiam mathematice potius q̄ phȳsice sunt scientie subalternate siue medie. Et hec ideo dicta sunt vt sciaf. q̄ scientia mathematica differt a phȳsica. q̄m̄ natura nō est forma mathematica. vt quidam sense/ runt q̄uis male. ¶ Circa hunc textū mouef questio.

Utrum phȳsica et mathematica sint distincte scientie. inter quas sunt quedam scientie medie. que magis mathematice q̄ phȳsice sunt dicende.

Contra ꝓmā ptē arguitur primo q̄ non. quia ma teriale scientie eandem scientiā specialem ꝓtinentes sub

se. distinguunt inter se. physica aũt et mathematica eandem scientiam specialem sub se continent scz astrologiã. igitur non sunt distincte scientie. Minor patet. qz astrologia est pars mathematice. z tamen sub ea ponitur. et etiam est pars physice. quia physica considerat de sole et luna z de accidentibus eorum de quibus est astrologia ¶ Secundo. si ille scientie essent distincte. hoc esset ideo quia mathematicalia non concipiunt materiam sensibilem in suis definitionibus vt physicalia. hoc aũt falsum est. igitur Minor patet. qz quicqd habet esse in materia habet definiri per eam. omnis autem definitio explicat esse rei. cum igitur ipa mathematicalia habeant esse in materia debent etiam per eam definiri. ¶ Tertio. ille scientie nõ distinguuntur que eandem cõsiderant conclusionem mathematica aũt z physica sunt huiusmodi. igitur zc. ¶ Contra scõam pte arguit sic. scientie medie opposito mõ se habent ad mathematicam. Nã sicut mathematice considerant aliquod sensibile materie ppunctum sm q separatum. ita scientie medie considerant aliquod mathematicũ sensibili materie cõiunctum. igitur sunt magis physice q mathematice. Pro veritate primi est Aresto. in textu Et p scõo est cõmẽtator Et pro intellectu istius questionis mouentur duo discursus. quorũ maior primi est ista.

Physicus definit per materiam sensibilem a qua abstrahit mathematicus considerãs solum formam Minor Que materie sensibili est coniũcta sm rem. ab ea tamen est separabilis sm rationem. Conclusio Igitur mathematica et physica sunt diuerse scientie. quis aliqñ possunt de eadem re intendere.

Maior patet ex eo q definitio est rei notificatiua ad intellectum. physicalia aũt intelliguntur intellectu ad sensum reflexo et sm eẽ eorũ naturale quod habent in materia sensibili. vt patuit in principio primi physicorum. Est enim physica substantia qualitate et qtitate sensibili determinata. sed mathematica considerat solum qti tatem nec considerando cũ ea qualitatem sensibilem. ex quo qtitas sm ordinem nature qlitatem sensibilem pcedit. z ita potest sine ea intelligi z definiri. Et ideo cũ res multipliciter intelligunt. ita etiã multipliciter definiri habẽt. Nam intelligens rem solum per sua accidentia et suos effectus definit eam definitione descriptiua. Sz intelligens rẽ per principia sua essentialia definit eã definitione quiditatiua. Nec autem definitio diuersificatur sm realium modoz essendi vnius z eiusdem intelligibilis diuersitatem. Nam vna et eadem res intelligibilis accipi potest sm q est sub qtitate et qualitate sensibilibus. z sic definiri habet p materiam sensibilem non solũ ex pte intellectus nostri intelligẽtis rem. sed etiaz ex pte ipsius intelligibilis z illa eadẽ res accipi põt sm eẽ eius qd hz sub qtitate puenienda qlitates sensibiles. z sic hz definiri per formam et nõ p materiã sensibilem. z ita definit mathematicus vt ptz circa declarationez textus et sm q eadẽ res puenit qtitatẽ z qlitatẽ sic definit metaphisicus ¶ Sed diceres mathematicus z metaphisicus definiũt p materiam. igit non soluz physicus p eam definit Ad hoc dõm est. q mathematicus nõ abstrahit a materia simpliciter qm non a materia imaginaria. sic nec metaphisicus a materia intelligibili. tm abstrahũt a materia sensibili per quã definit physicus ¶ Sed contra mathematicalia sunt accidẽtia igitur debẽt definiri p materiam sensibilem. z per cõsequens sunt ppuncta materie sensibili ¶ Ad hoc dõm est. q duplex est definitio accidentium. quedam est que datur p additamentum. Alia est quiditatiua z essentialis. per hoc dõm est. q oẽ accns debeat definiri p suuz subiectum definitione data per additamentũ. nõ aũt oportet accidens definiri per subiectum definitione quiditatiua. z sic non definiũtur per subiectum. Minor patet. quia ea que sm esse sunt ppuncta in reali existentia. dumodo essentialiter ad inuicem non dependent possunt per rationem separari q intelligit vnũq dcz per ea que sibi sunt ẽntialia. quare sm rõem possunt separari mathematicalia a materia sensibili Conclusio patet. quo ad primã eius partem. qm ille scientie sunt distincte que habẽt diuersos modos definiendi inter se. cum modus definiendi sit scientie proprius. physica aũt z mathematica diuersos habent modos definiendi. vt patet ex dictis igitur. Preterea sicut se habẽt potentie ad obiecta. ita se habent scientie ad subiecta. sed potentie distinguuntur specie ex distinctione obiectoruz. igitur et scientie ex distinctione subiectoruz. sed clarum est q physica et mathematica diuersa habent subiecta. igitur sunt ab inuicẽ distincte. Maior secundi discursus est ista.

¶ Inter mathematicam et physicam sunt quedam scientie medie que non sunt pure mathematice nec pure physice. sed conueniũt cuz vtrisqz Minor. Iste scientie considerant quid mathematicum. tamen ad sensibilem materiam contractum Conclusio Igitur scientie medie sunt magis mathematice q physice dicende.

Maior patet per Aresto. in textu. Nam mediũ est quod aliquid pticipat de vtroqz extremorum. sed sic est q participant scientie medie aliquid de mathematica et de physica. igitur sunt alique scientie medie. sicut armonica. astronomia. pspectiua. zcẽs. vt patet ex supra declaratis circa textum. ¶ Sed diceres inter metaphysicam et mathematicam non sunt scientie medie. igitur nec inter mathematicam et physicam. Consequentia probatur a simili. Ad hoc dicendũ est. q non est simile. qm non est tãta cõuenientia inter metaphysicam z physicam. sicut inter mathematicam z physicam. qz mathematica z physica aliquãdo suas rones pmiscent. vt patuit circa declaratõem textus. Et ideo mathematica est realiter materie sensibili ppuncta licet non sm rõem. metaphisica vero est simpliciter a materia sensibili abstracta. Et dicũtur scientie extreme vel medie ex parte scibilium z nõ. qz in sua natura pmiscent inuicem sunt habitus scientifici. Et considerandum est. q metaphisica est de his que sunt abstracta sm rẽ et rationem. z hoc de pncipaliter in ea pconsideratis. z ideo substãtie corporee materie sensibili ppuncte. nõ pncipaliter in metaphisica pconsiderant. sz substãtie incorporee. q sunt separate Et si aliqs diceret Maior qs metaphisice est de substãtijs corporeis igit pncipaliter eas pconsiderat Ad hoc est dõm q intercipit

onem cōsequentie. q m̄ licet in maiori parte metaphisice determinetur de substantijs corporeis quo ad libros translatos. tamen hoc est minus principaliter in quantum scilicet nos in cognitiōem substantiarum separatarum ducant. Et ideo licet metaphisica in aliquibus in ea consideratis minus principaliter cōmunicet fm rem siue materialiter cuz illis in mathematica z physica considerat̄is. non tamen conuenit ipsa scz metaphisica cum posterioribus in mathematica z physica contentis ¶ Minor patet inductiue. vt astronomia considerat magnitudinem de qua considerat geometria. Non autem eam considerat absolute. sed in q̄tum est mobilis. Et iam armonica. hoc est musica nūerum considerat. non autez absolute. sed in q̄tum contractus est ad sonum. et sic de alijs scientijs medijs. Et q̄uis physica consideret substantiam quantū ad esse sensibilis nature contractam. et similiter scientie medie. differenti tm̄ modo. quia physica considerat substantiam q̄taz fm legem qualitatum sensibilū medie autem considerant qualitatem sensibilē fm passiones mathematicas tali rei ineſſe demōstrantes. pure autem mathematice rem quantam considerant qualitati sensibili precisa. ¶ Conclusio patet q m̄ scientie magis demonstrātes per media mathematica q̄ p media physica. sunt magis mathematice q̄ physice scientie ät medie magis demonstrant per media mathematica q̄ physica. ergo sunt magis mathematice. Preterea ille scientie sunt magis mathematice que procedunt ex principijs mathematicis ad demonstandum passiones de subiecto. sic autem est de scientijs medijs. Maior patet. quia denominatio magʒ fit a principijs q̄ a subiecto aut conclusione. Et iam enumerantur inter artes liberales vt clare patet in istis versib. Gram loquitur dia vera docet re verba colorat. Mu canit. ar numerat. geo ponderat. as colit astra. non autem physica. igitur ꝛc̄. Et iam patet per Arestotelem primo posteriorum vbi enumerat scientias medias inter scientias mathematicas ¶ Et est sciendum. q scientie medie scz armonica. astrologia perspectiua cōsiderant subiecta mathematica fm esse contracta ad materiam sensibilem et de ipsis demōstrant. vt in pluribus passiones mathematicas per media mathematicalia. vt perspectiua considerat lineam mathematicam. fm esse cōtractaz ad visum. et ipsa verūs demonstrat passiones mathematicas. vt sunt rectum et curuū z sic de alijs per media mathematica cum ipsa sit subalternata geometrie. z ideo q perspectiua econtrario modo se habet ad geometriam. cha geometria considerat lineam physicam non in q̄taz physica est sed mathematica. z perspectiua considerat lineam mathematicā sed nō vt mathematica est. ſz vt physica. z sic ille scientie ex parte subiectorum habent q̄uenientiam cum physica et ex pte passionū cuz mathematica et etiam ex parte principiorum. ideo dicuntur medie inter mathematicaz z physicam. ¶ Pro quo aduertendum est. q ille scientie non nunq̄ demonstrant per media physica. licet tm̄ media mathematica sint eis magis ꝓportionata. vt ista cōclusio. terra est rotunda. demonstratur in astrologia per medium mathematicum. q m̄ sol et stelle citius oriuntur orientalibꝫ in partibus q̄ occidentalibus. z hoc nō est nisi propter rotunditatem terre. et etiam per medium physicum. quia omne illud cuius partes sunt equaliter graues. equaliter cadunt ad centrum. terra autem est huiusmodi. igitur ꝛc̄.

Et quia in scientia cōclusio se habet vt materia. et lumen principiorum in quo scitur cōclusio se habet vt forma. et quia denominatio magis est a forma q̄ a materia ideo scientia magis denoīatur a principijs q̄ a conclusione. q̄ sicut principium in speculabilibꝫ se habet ita finis in agibilibus Et quia agibilia denominātur a fine. ideo speculabilia a ꝓncipio denoīantur.

Ad obiecta ī oppositū

Ad primum contra primum est dicendum. q astrologia non est eodem modo pars mathematice z physice. quia ratione subiecti est aliquo modo pars physice. vt dictum est. ratione autem principiorum quibus demonstrāt est subalternata scientia. Et licet mathematicus z physicus eandem rem considerent materialiter. Non tamen formaliter vt lineam superficiē z alias q̄titates. considerat enim ea physicus ꝓout sunt termini rerum naturalium. Mathematicus vero considerat ea fm rationes proprias z quiditates non respiciēdo subiectum z illo modo abstrahuntur a motu et a materia sensibili. ¶ Ad secundum est dicendum. q omnis definitio explicat esse quidditatiuum rei. sed non oportet q explicet esse accidentale rei. modo materia sensibilis est quoddam accidentale respectu entium mathematicaliuz. non q sibi posset abesse. sed quia materia sensibilis est extra intellectum illorum entium. z hoc modo etiam inferius dicitur accidere superiori. non quia posset abesse. sed quia est extra intellectum eius. ideo non oportet in definitionibus mathematicorum ponere materiam sensibilem. q̄q̄ ipsa ponatur in definitionibus physicalium. illam tamen materiam sensibilem physicalia concipiunt fm tres differentias. quedam em̄ in suis definitionibus determinatum concipiunt, subiectum in specie vt simū claudum. quedam eleuantur plus z concipiunt materiam siue subiectum in genere determinatum z non in specie. vt caro os medulla z huiusmodi. quedam autem adhuc generaliūs querunt subiectum quod distinguibile est contrarietate sicut album z nigrum. calidum z frigidum. rarum et densum z huiusmodi. omnia tamen hec minus abstracta sunt mathematicis q m̄ nullum mathematicorum in sua definitione concipit subiectum sensibili qualitate distinctum. sed sic concipit in sua definitione sicut facit passio mathematica. hoc est imaginabile aut intelligibile solum.

¶ Ad tertium est dicendum. licet eandem cōclusionem demonstrant. hoc tamen diuersimode. quia physicus per principia physice. z mathematicus per ꝓncipia mathematicalia. verum tamen est vt patet ex dictis. q bonitate doctrine cōtingat vti principijs physicis in mathematica. z econtra principijs mathematicalibus in physica. Ad argumentū contra quesitum formatum dicendum est. q scientie medie ex pte subiectorum fm se consideratorum sunt bene magis physice. tamē quo ad principia z passiones et modum doctrinandi sunt magis mathematice vti probatum est. Et est notandū q subiecta in scientijs medijs duobus modis considerari possiunt. Uno modo materialiter z fm se. sic formalius in subiectis sciaz mediarum est physicum. z p ꝓns principale. Alio modo considerari possiunt formaliter

et proprietates. sic principale in subiectis scientiarū mediarum nō est physicum sz mathematicuz

Incidunt dubia An

triplex sit modus diffiniendi. ¶ Ostenditur videtur q non. quia materia sensibilis nō separatur a materia imaginabili. igitur non est triplex modus diffiniendi ¶ Secūdo omnis scientia abstrahit a materia. igitur abstrahi a materia nō proprie conuenit mathematico, z per consequens nō erunt tres modi diffiniendi Solutio q sic. vnus quidem modus diffiniendi est per materiam sensibilem. hoc est per materiam acceptam fm ordinem ad qualitates sensibiles. quia naturalia diffiniuntur sub habitudine ad motum. sed aliquid ideo mouetur. qz habet in se materiam sensibilem sunt em̄ qualitates pncipia q̄ bus aliquid actualiter corrūpitur alteratur aut augmētatur. Exempli gratia. homo est res physicalis. et diffinitur per corpus humanum quod est corpus non solum habēs in se figuram siue q̄titatem. sed etiam necesse est tale corpus habere cōplexionem que est vnio q̄litatum primarum. Alius est modus diffiniendi cum materia imaginabili. hoc est cum materia accepta per ordinē ad q̄titatē que ꝓprie cognoscit̄ p imaginationem. et p̄ talez materiā diffinit mathematicus qz forme mathematicales nō sunt oīno separate a materia. igit̄ oz q p materiā diffiniantur. cum vnūqd̄q̄ habet diffiniri sicut habet esse Exempli gratia. figura triangularis est aliquod mathematicale habens aliquam materiam. non tamen respicit eam fm q in ea sunt qualitates sensibiles. Tertius modus diffiniendi est omnino sine materia. et ille est prius metaphisico. quia ipse determinat de rebus a materia separatis. vtputa de substantijs separatis. Ex quibus patet. q physica diffinit per materiam tam fm rem q̄ fm rationem. mathematicus vero per materiam diffinit fm rem. non autem fm rationem. metaphisicus vero abstrahit a materia tam fm rem q̄ fm rationem.

¶ Ad primū est dicendum. q̄uis sint idem fm rem vel subiecto. Differunt tamen fm naturalem ordinem intelligendi. z sic ratione differūt. qm̄ naturaliter prius intelligitur materia fm q imaginabilis est. q̄ fm q sensibilis est. qz naturaliter materia prius habet ordinem ad q̄titatem q̄ ad qualitatem ¶ Ad secūdum est dicendum. q duplex est abstractio. quedam est abstractio vniuersalis a singularibus. vt homo a sorte platone. vel magis vniuersalis a minus vniuersalibus. vt genus a suis speciebus. vt animal ab homine equo. et talis conuenit cuilibet scientie. Alia est abstractio forme a materia z ille est duplex. quia aut abstractio talis est oīno a materia aut a materia sensibili primā considerat metaphisicus. secūdam vero mathematicus

Secundum dubiuz est.

An abstrahentium sit mendacium. Ostenditur videtur q sic. quia intelligens rem aliter q̄ est. videtur mendaciū cōmittere. intelligens aūt mathematicalia esse sine materia aliter intelligit rem q̄ est. igitur. Solutio q non. vt patet p Aristo. in textu. Ostenditur ratio potest assignari talis. quia vnūqd̄q̄ potest intelligi sine illo quod ē extra eius intellectum. Illa aūt que sunt cōiuncta fm esse non nunq̄ sic se habent q vnū est extra alterius intellectum vt album et dulce in lacte. ideo in ꝓiūctis fm esse vnum potest intelligi separatū sine alio. et ideo in talibus potest vnum ab alio seperari. cum abstrahere nihil aliud est. q̄ inter illa que sunt ꝓiuncta fm esse intelligere vnum separatim. alio nō intellecto. Ostenditur ad oppositum dicendum est q dupliciter contingit rem aliter intelligi q̄ est. Uno modo in prima operatione intellectus z tunc sine omni incōuenienti res potest aliter intelligi q̄ est. cum in prima operatōe intellectus vnum p̄t intelligi alio non cointelligendo. q̄uis a pte rei sunt ꝓiūcta. Alio modo in secunda operatione intellectus sz remouēdo vnū ab alio per negatōem z illo modo non cōtingit intelligere ea q̄ fm rem sunt coniuncta sine falsitate vel mēdatio.

¶ Qm̄ autem natura dupliciter dicitur species et materia. sicut de simo quid sit intendimus. sic considerādum est. quare neq̄ sine materia hmōi neq̄ fm materiam

¶ Istud est secundum capitulum huius tractatus in quo phs intendit determinare de quibus naturalis philosophia habet considerare dicens. q habet considerare de duplici natura sz specie hoc est forma. et materia Ostenditur hoc probat. qm̄ cōsideratio naturalis phie est. sicut cōsideratio symi. vt patet capitulo p̄cedenti. Symū autez non nominat curuitatem tantum que est forma. nec nasum tm̄ qui est materia. sed vtrūq̄ nominat. igitur naturalis philosophus nō considerat formam sine materia. nec materiam sine ordine ad formam quia considerare formam sine materia et considerare materiam non in cōparatione ad formam sz fm q ipsa est vnuz eorum que diuidunt̄ens fm se in actum z potentiam. et sic est eius ꝓsideratio ꝓme philosophie

¶ Etenim nam et de hoc quis dubitabit dupliciter. quia due nature sunt de qua est physica. aut de eo quod est ex vtrisq̄. sed si de eo qđ est ex vtrisq̄. et circa vtraq̄. igitur eiusdem aut alius vtraq̄ ꝓgnoscere.

¶ Hic consequenter Aresto. mouet duas dubitationes. ex quo dictum est. q naturalis philosophus habet determinare de specie z materia. Quarum prima est. cum sint due nature scilicet forma et materia. de qua illarum est physica. aut sit de vtrisq̄. hoc est de composito naturali. Cum enim de rebus diuersis diuerse considerant sciētie qz scie secanf fm q secanf res considerate in scientijs. z ideo cum forma et materia sint diuerse res. videtur consideratio de ipsis esse diuersarum scientiarū Et si vna sz physica est de vtrisq̄. tunc oportet q negotietur circa vtrasq̄ cum sint diuerse. et sic dubitatur an eiusdem scientie aut alterius sit vtrāq̄ cognoscere.

¶ Secunda dubitatio est. cum supra dictum est. q duplex est consideratio materie sz eam considerando fm se. in q̄tum est vnum de entibus. et considerando eam fm proportionem quam habet ad formam. An eiusdem scientie sit considerare materiam vtroq̄ modo sumptam. cum enim idem et vnum sit de consideratione eiusdem scientie. et materia sit vna vtroq̄ modo considerata. vna quidem subiecto et non fm esse. forte alicui videbitur ad vnam et eandem scientiam vtraq̄ consideratio materie pertinere.

¶In antiquos quidem eñ aspicienti videbit vtiqz esse materiei. ex qua eñ parte quandam empedocles et democritus speciem t qō quid erat esse tetigerunt.

¶Hic phs soluit primā questionē sm opinionem antiquorū dicens. si aliquis dcā antiquorū bene inspiciat videbit. q phisice cōsideratōis nō sit nisi materia. qz oēs phisici antiqui naturam dixerunt esse materiam. t phisicam sciam esse pfectaz in materie cognitōne. sicut fecit antiphon. Ex qua eñ pte q̄dā eorū viderūt formā sicut empedocles et democritus. et illi etiam formā substātialez que vere natura est nō viderūt. sed empedocles dixit formā esse armoniā cōplexionis. t tamē non est forma nisi materialis. Et democritus dixit formas rerū resultare ex finis t dispōne et ordine athomorū in corporib cōpositis. et illas formas dixerūt eē rez quiditates q̄ dant esse rebz naturalibz. et cuz iste nō vere sint forme substantiales sz q̄dam pparatōnes materie ad recipiendum formam. cōstat q ex qua pte formā tetigerūt. Ideo si quis obediat istis. scia phisica erit perfecta in materie cōsideratōe absqz eo q ponat aliquā cōsideratōem de forma. Sed istud est valde mirabile in tantis viris. q puauerūt cōsideratōem phisicā eē pfectā in eo sm qō nō scit res nisi in potētia. qm̄ si talis scia essz sufficiens tūc vna scia sufficeret ad sciendū oia generabilia. qz oīm eorū est materia vna. et hec scia essz de eorū materia. t sic scire naturalia esset multū breue et leue. t vel nihil habens difficultatem. Qro intelligētia tamē maiori sciendū est. q physici illi dicentes naturam oīm esse materiā dixerunt illam esse signatam et distinctam per formā sicut est terra aq̄ ignis aer vel mediū horū vel plura ex his aut oia et formas esse accītia que apparēt solum et nō sunt. t iō oia naturalia dixerūt esse vnū sz apparere diuersa. et ideo materialis pncipij sciam sufficere dixerūt ad verā scientiam omnium naturalium. Hec aūt solutio non est vera. vt patebit infra.

¶Si autem ars imitatur naturam. eiusdē aūt scientie est cognoscere speciem et materiaz vsqz ad hoc vt medici sanitatem et coleram et flegma in quibus est sanitas. Similiter autem et edificatoris est speciem domus et materiam. qm̄ lateres et ligna sunt. Similiter autem et i aliis. et phisici erit cognoscere vtraqz naturas

¶Hic phs ponit tres rationes. quib probat. q eiusdē scie est cōsiderare vtrāqz naturā Quaz pma est. ars imitatur naturā. sz eiusdem artis est cōsiderare formam et materiam. qz ars mechanica in suis opib imitat naturā in hoc q inducit formā super materiam determinatā. et illi forme proportionatam. quare etiam sicut ars mechanica cognoscit spēm hoc est formā ita cognoscit etiā materiam vsqz ad hoc. q proportionet etiā spēi quā inducere intendit. sicut medicus sanitatem cognoscit que est species finaliter intenta a medico. sed qz hanc nō inducit nisi in quadam materia sanitati pparata. ideo cognoscit etiam materiam sm q proportionatur forme que est complexio et cōmixtio hūor. ex colera flegmate sanguine et melancolia in quibus est sanitas inducta a medico. Similiter ār edificator. qm̄ vult inducere formā domus. oportet ipm cognoscere lateres et ligna inqz̄tum proportionant forme domus q̄ inducitur in ipis cōpositis. et similiter est i omnibus alijs artib mechanicis. Qm̄ igitur ars naturam imitetur. igitur oportet etiā fieri sic aliquo modo in natura. et p hās phisica de natura cōsiderans. debet cōsiderare spēm pncipaliter. et materiaz sm q est proportionata spēi. t sic per hoc ptz solutio. ad primā questionem inductam. Qm̄ in veritate si forma et materia accipiantur. prout sunt diuerse ptes entis diuidentes ens in eo q ens. non ptinet earum cōsideratio ad vnā sciam particularem. sz potius sic eas cōsiderat vna scientia vniuersalis que considerat ens inqz̄tum ens. t reducit ad ens ptes eius inter quas sunt forma et materia que sic vniuntur in ente. q in vna scia cōi de eis cōsideretur. Sz si accipiatur cōsideratio forme que cum materia cōcipitur in definitōne. t materia illi forme sit proportionata inqz̄tum habent vnitatē proportionis ad inuicē t analogie. sic sunt de cōsideratiōe vnius scientie particularis corpus mobile cōsiderantis. inqz̄tū est mobile. et hec est phȳsica. ideo ipsi conuenit de eis cōsiderare Per hoc etiam patet solutio ad aliā dubitatōem. qm̄ materiā reductā in ens. sicut reducitur ps ad totum quod diuidit habet cōsiderare primo phs hoc est metaphisicus. qz illa nō est proportionata forme que simpliciter et maxime natura est. nec ipa hoc modo naturale pncipium est qz sic non est priuatōni ūmixta quare hoc modo non subicitur motui sz phȳsicus habet cōsiderare materiā que est forme proportionata p priuationem que est in ipsa inchoans formā pter hoc q habet cū forma vnitatē proportōis et analogie.

¶Adhuc autem cuius causa fit et finis eiusdem et quecunqz sunt propter hoc. Nam aūt finis est. et cuius causa fit. quorum enim continui motus existentis est finis aliquis motus hoc vltimum est et cuius causa fit. vnde et poeta derisorie apposuit dicere hunc finem cuius quidem causa effectus est. Vult eñ non oñe vltimum esse finem. sz optimum

¶Hic phs ponit secūdā rōem istā. scz eiusdem scie est considerare id quod est ad finem cuius causa. fit. et que cunqz sunt ad finem ordinata. sed natura existēs forma est finis cuius causa fit quicqd fit in natura. igitur eiusdem scie scz phisice est cōsiderare formam t ea que sunt. propter formam. sicut materia et efficiēs. Maior pbatur. qz ex fine sumitur rō mediorū ad finē. Minor pbatur. qz quorūcunqz cōtinui motus existētis est vltimū alics motus. illud est finis propter qō fit totū qō fit. sz oīnis motus naturalis cōtinui existentis forma est vltimū in motu substantiali. igitur forma est finis oīm aliorū. et p cōsequēs est natura. Dicitur eñ cōtinui motus et vnus qz si nō esset motus vnus vltimū nō necessario esset finis. qm̄ vltimū quod incidit ex necessitate et corruptione materie mobilis aliqū non est finis mouētis neqz motus. sicut ē mors vltimū viuētis quod est malicia complexionis eius quod mouet incidit pter intentionem morientis. Et ideo mors non est finis pter quē fit. dicitur fit. et ideo homerus poeta apposuit deridēdo quēdaz qui dixit q cū mortuus fuerit haberet finē propter quē factus fuerat. Non eñ factōis sue finis et vltimū fuit

motus. cū motus incidat p̄ter intentōem nature particularis. ⁊ hoc ex subiecti malicia ⁊ corruptōe. Non em̄ omne vltimū est finis. sed vltimū ⁊ optimū in quod dirigit motor intentōem. hoc aūt motor aliq̄n p̄sequitur p̄ vnū motum. aliq̄n per omnes. per vnū quidem motor particularis in generatione p̄sequitur formā que est finis eius. et ideo est natura. per omnes aūt p̄sequitur motor vniuersalis generatōis ꝓpter vtilitatem. ⁊ ille est finis intentus ab vniuersali natura. vt patebit secūdo perigeneseos. hoc est secūdo de generatione

¶Quoniā aūt faciunt artes materiam alie quidem simpliciter. alie aūt operose. ⁊ vtimur tanq̄ ꝓpter nos omnib⁹ que sunt ab arte. Sumus em̄ nos quodāmodo finis omniū. Dupliciter em̄ est id cuius causa fit. Dictum est autez de his in his que de prima philosophia sunt. Due em̄ sunt p̄ncipiantes materiam ⁊ cognoscentes artes. que vtitur ⁊ factiua que architectonica Unde ⁊ vsualis architectonica quodāmodo est. Differunt autem fm q̄ hec quidem speciei preceptiua ⁊ architectonica. Alia autē vt factiua materie. Gubernator em̄ qualis sit species aliqua temonis cognoscit ⁊ instituit. Alius autē ex quo ligno ⁊ qualib⁹ illis erit. In his quidem igitur que fm artez nos facimus materiam ꝓpter opus sed in physicis inest.

¶Hic phs ostendit. q̄ physicus habeat p̄siderare tam formā q̄ materiā. formā tamē magis p̄ncipaliter. ⁊ hoc ostendit phus ex omniū artiū mechanicarū p̄sideratōne Diuidūtur em̄ artes in tres species artiū. Artes em̄ mechanice p̄siderant materiam dupliciter. quedam em̄ p̄siderant eam. simpl'r vt in eam inducant formā. sicut edificator domus p̄siderat lateres ⁊ ligna in quib⁹ inducit formam dom⁹. Alie ꝙo p̄siderant eam operose. hoc ē operādo actum ad quez est preparatū apotelesma artis in materia determinata. sicut facit miles operādo in gladio actum quem facere non posset nisi esset ex ferro. ⁊ econom⁹ hoc modo operatur de domo. Artes autē que sic operose vtūtur apotelesmatib⁹ artiū. vtūtur eis ad vtilitatem omniū in ciuitate. ⁊ ideo ciuilis omnia artificia habet ordinare ad vtilitatem p̄munē. q̄ nos ciuiliter viuentes sumus quodāmodo finis artificialiū omniū. hoc est cuius causa fit aliquid illud est simpl'r finis. ⁊ hic sum⁹ nos. sed finis facientis materiam ⁊ eam preparantis est forma artificiati. ⁊ ideo dictum est. q̄ nos sumus quodāmodo finis et non simpl'r. et quia sumus quodāmodo finis artificialiuz ideo vtimur omnib⁹. Et sic finis ōr dupl'r. scilz forma ad quam terminat actus efficiētis ⁊ motus materie. ⁊ finis ad quem refertur vsus rerum Quot aūt modis dicatur finis. dicitur in quinto libro p̄me phie. Sic ergo patz q̄ in genere sunt due artes mechanice que p̄ncipaliter participant materiam ⁊ cognoscūt eam. quarum vna est que vtitur apotelesmate facto. sicut militans vtitur gladio ⁊ economus domo preparata. Et illa dicitur architectonica. hoc est principalis operatio respectu actiue que preparat apotelesma. vsualis vero que est quodā modo architectonica que p̄nceps est in opere artis. Et hec est duplex que em̄ habet principaliorem finez illa ad principalius bonum vtitur sicut militaris se habet ad equestrem. ⁊ equestris ad frenifactricez. et architectonica est respectu illius Dicitur em̄ princeps in opere qui verius causas operis cognoscit. ⁊ hoc modo fabrilis architectonica est ad eam que vtitur gladio. quoniam verius cognoscit formam et materiam gladij q̄ illa que gladio vtitur. quia nisi formā gladij cognosceret non induceret eam ex arte. ⁊ nisi cognosceret materiam gladij non induceret eā plus in ferro bono q̄ in alia materia Et licet etiā vsualis cognoscat vtrā q̄ formam scz ⁊ materiam. non tamen ita cognoscit q̄ ipsa sint principia vsus gladij. sed potius vtitur eo ex arte militari. ⁊ cognoscit materiam ⁊ formam ad vsum ⁊ non amplius. Unde architectonica que facit apotelesma est factiua materie. sicut gubernator cognoscit qualis sit species siue forma themonis. ⁊ instituit eam ex ligno fm ordinem ad vsum gubernationis. et ideo gubernatiua vsualis est. Alius autem est artifex qui est faber lignarius nauium. qui est architectonicus secūdo modo dictus. qui cognoscit ex quo ligno sit ⁊ quib⁹ motib⁹ in illo possit induci forma themonis. Sic igitur tres sunt species artium. scz simpliciter architectonica. que tm̄ facit apotelesma artiū vt fabrilis. Alia est simpliciter vsualis. que nūquam facit apotelesma. sed tm̄ vtitur apotelesmate facto ad vtilitatem ciuitatis. sicut economica militaris ⁊ ciuilis. ⁊ hec dicitur aliquando architectonica a principalitate esse finalis artificialium. cui ipa est propinquior. ⁊ est media inter eas que est ⁊ vsualis ⁊ actiua alicuius apotelesmatis. vt lanificium quod vtitur lana ⁊ filis lanarum. ⁊ facit textura ⁊ refert eam ad vsum ciuitatis. In omnib⁹ aūt his est differentia physicalium ⁊ artificialium. quia in artificialib⁹ p̄paratur a nobis materia ad opus artis. eo q̄ formā artis in se non habet. Sed in physicis nō facit natura materiam. cum ipa sit ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. ⁊ in se habeat formam inchoatam. Ex his iam dictis concluditur q̄ sicut omnes artes aliquo modo considerant materiam propter formam cuius formam principaliter. ita etiam physica p̄siderat materiā ꝓpter formam

¶Amplius eorum que sunt ad aliquid materia est. in alia em̄ specie alia materia.

¶Hic ponit terciam rationem. Illa que sunt ad aliquid spectant ad vnam scientiam. quoniam vnum relatiuorum cognoscitur per reliquum. materia autem ⁊ forma sunt ad aliquid. igitur spectant ad vnam scientiam. Minor patet. quia quelibet materia habet formam sibi subordinatam. Et tamen est intelligendum. quando dicitur materia est numero eorum que sunt adaliquid. ita scilicet q̄ sit de predicamento relationis. quia fm esse nō est adaliquid. sed quia materia physica non est sine respectu comparationis. eo q̄ per priuationem habet comparationem ad formam. q̄ inter materias proximas in alia specie rerum naturalium alia est materia speciei. ergo in alio genere est alia materia genere. quia sicut se habet materia disposita in genere ad formam generis. ⁊ materia disposita in specie ad formam speciei. ita se habet materia prima in physicis ad formam primam physicam. igitur omnis materia habet ad formam comparationem. ⁊ per consequens oportet physicum cognoscere materiam inquantum forme naturali comparatur. sed cognitio materie nō sufficit. quia fm hoc imperfectum esset physicum nego

tium si cognoscerentur physicalia in potentia ⁊ non in actu Etiam cum materia non sit cognoscibilis nisi per analogiam ad formam. oportet q̄ omnis cognitio a forma incipiat. et ideo cum materia dicatur in respectu ad formas non erit ipsa cognoscibilis nisi cognita forma. igitur necessarium est physicum vtrāq; naturam. scz materiam ⁊ formam considerare

¶ Usq; ad quantum ergo physicum oportet cognoscere speciem ⁊ qō quid erit. aut quēadmodū medicum oportet considerare neruum. et fabrum es vsquequo. Cuius ēm causa vnumquodq; circa hec que sunt separate q̄dem species in materia. homo ēm hominem generat ex materia et sol Quomodo ergo se habeat separabilis et quid sit philosophie prime est determinare.

¶ Hic consequenter phylosophus remouet vnaz dubitationem. ex quo tam dictum est. q̄ naturalis philosophus habet cōsiderare de forma ⁊ materia. et est ista. An naturalis philosophꝰ habeat determinare de forma quo uis modo considerata. Et respondet philosophus q̄ nō quoniam sicut physicus cognoscit materiam non inquātum est pars entis. sed vsquequo proportionatur forme. vt medicus considerat neruum non inquantum neruus est. sed inquantum est subiectum sanitatis. Et faber considerat es inquantum es est subiectum statue aut idoli. quia propter formam est vnaquaq; materia. ⁊ ideo cōsideratio est de ipsa fm proportionem quam habz ad formam. ita ⁊ econuerso physica consideratio est de forma que est actus materie. ⁊ educitur de materia per motum quia illa materie physice proportionatur. Est autem circa separatas species sicut sunt motores stellarum inquātum per effectum sui motus impressiones earum sunt in materia. Et q̄ impressiones separatorum a materia generabilium sunt in materia. Patet per hoc q̄ ex materia hominis homo generat hominem ⁊ sol ⁊ motor solis. et ideo oportet considerare separata inquantum impressiones eorum per motum celestium sunt in generabilibus ⁊ corruptibilibus de ista materia patebit latius in libro de celo ⁊ mundo. ⁊ quo ad effectum quem habent vniuersaliter in libro de generatione patebit. tamen quantum ad effectum quem habent in particulari generatione patebit in libris de animalibus ⁊ plantis Sed qualiter forme separate non relate ad materiam generabilium se habeāt et quid sint ⁊ quot numero. ⁊ in quo ordine spectat ad p̄mum philosophum

Circa textum expositū

mouetur questio. Utrum ad vnam scientiam physicam spectat cōsiderare materiā ⁊ formam

¶ Et videtur primo q̄ non. quia solum illa sunt de consideratione physici que a materia dependent ⁊ suum esse habent in materia. forma autem non dependet a materia. cum multe sint forme separate. igitur forma non est de consideratione physici. ¶ Secūdo sic. quecūq; considerantur in aliqua scientia debent inter se habere aliquaz vnitatem. forma autem ⁊ materia non habent inter se aliquam vnitatem. cum sint essentie simpliciter distincte. igitur non habent considerari in eadem scientia.

¶ Tercio. si physicus consideraret materiam primā. tūc oporteret eam probare. aut igitur hoc fieret p̄ priora. aut per posteriora. neutrum illorum est dicendum. igitur ⁊c. Non per priora. quia prius materia prima nihil est q̄ ens et principia entis fm qō est ens. ⁊ talis consideratio spectat ad metaphysicum. Non per posteriora. q; tunc talis probatio non faceret scire. ¶ Quarto. nulla ars considerat materiam cōmunem omnibus rebus artificialibus conuenientem. igitur nulla scientia debet considerare materiam cōmunem omnibus rebus naturalibus conuenientem. Consequentia probatur a simili. ¶ Quinto sic. non est vna scientia numeri ⁊ numeri sonori considerati. ua. igitur nec vna est forme ⁊ materie consideratiua. Antecedens probatur. quia musica est de numero sonoro. et arithmetica de numero. Consequentia probatur. Nam sicut numerus sonorus non cognoscitur nisi fm proportionem ad numerum simpliciter. ita nec materia cognoscitur nisi fm proportionem ad formam. igitur sicut illa proportio facit diuersitatem scientiarum ita ⁊ ista. In oppositum est philosophus in textu. Et pro intellectu istius questionis ponuntur duo discursus. Quorum maior primi est ista

¶ Physica est de rebus coniunctis sensibili materie re et ratione ¶ Minor Quales sunt res physice ex materia et forma constitute Conclusio Igitur conueniens est determinatio Aristotelis. duplicem naturam scz formam et materiam considerantis

¶ Maior ptz. qm̄ scia dicitur physicalis. q; est de rebꝫ physicis que sūt res naturales rōne ⁊ re materie sensibili coniunctis ¶ Sed diceres. Aristoteles dicit secundo posteriorum. q̄ sensibilium non est scientia. igitur cum res physice sint conūcte re ⁊ ratione sensibili materie nō erit de eis scientia. Ad hoc est dicendum. licet sensibilium vt huiusmodi. ⁊ vt sunt in illo particulari non sit scientia. inquantum tamen habent p̄ncipia intelligibilia vtiq; de eis est scientia ¶ Minor patet. quia res physicales per motum in esse constituūtur. ad motum autem requiritur subiectum quod mouetur. illud est materia. et terminus ad quem qui acquiritur in mobili. ⁊ ille est forma. igitur res physicales ex illis constituūtur tanquaz ex principiꝫ intrinsece in illis manentibus.

¶ Conclusio patet per Aristotelem in textu tribus rationibus eam probantem Etiam ad naturalem philosophū nō spectat dūtaxat considerare subiectū. sed et subiecti principia. huiusmodi autez sunt materia ⁊ forma. igitur ad naturalem philosophum spectat consideratio vtriusq; nature. scz forme ⁊ materie inquantum sunt principia rei naturalis. ⁊ non inquantuz sunt principia entis in generali accepti. Preterea omnis scientia procedit per causam. primo posteriorum. forma autem est causa materie. igitur cognoscens formam etiam scientifice cognoscit aliqualiter materiam. Minor patet ratione ⁊ similitudine. Ratione sic. quoniam finis est causa eorum que sunt ad finem. forma autem est finis materie. igitur est causa cognitionis eius. Similitudine patet in diuersis artib⁹.

tum ars considerans formam necessario habet dirigere illum qui disponit materiam. vt patet de artifice introducente formam nauis in ligno. non enim potest forma nauis induci nisi materia sit antecedenter disposita. igitur oportet q introducens talem formam. primo dispositionem illius materie cognoscat. hoc autem non oportet e contra. quia potest aliqua ars cognoscere materiam sine forma. que est introducibilis in materiam. vt patet de manuartifice. hoc est de illo qui preparat materiã. et ideo dicit Aristoteles primo metaphysice. q manuartifices operantur sicut quedam inanimata. quia sez non cognoscunt finem operis. architectonicus illuz tamen finem non cognoscit

¶ Est est notandum. q materia rerum artificialium potest dupliciter accipi. Uno modo absolute z fm eius naturam. z sic potest considerari a physico. cum talis materia est ens naturale. vt lignum vel lapis. Alio modo accipitur materia rerum artificialium fm q huiusmodi. et sic necessario consideratur ab artifice. quia non potest quecunq forma in quamcunq materiam introduci. et ideo oportet q artifex eligat sibi determinatam materiam. et sic ars considerans formam habet considerare materiam sed non e contra ars considerans materiam habet considerare formam. quia in omnib potentijs z habitibus superioz potentia aut habitus potest illa cõsiderare que sunt inferioris potentie vel habitus. non autem e contra. cum igitur ars factiua forme est altioz sic cognoscit id qõ cognoscit preparatiua materie. licet non e contra. Maioz secundi discursus.

¶ Ad physicum non spectat quamlibet considerare formam. nec qualitercunq materiam

Minoz Forme a materia separate non spectant ad physicũ nisi fm q in materia agunt per motum. Conclusio Igitur in vtriusq natura consideratione oportet physicum terminum ponere

¶ Maioz patet pmo de forma. quia de illa forma nõ debet determinare physicus que non est materie proportionata. aut que non acquiritur in materia per mutatiõez siue motum. sed multiplex est forma que non est materie proportionata aut per motum acquisita. vt intelligẽtia de us. igitur non spectat ad physicum quamlibet considerare formam. ¶ Est tamen notandum q triplex est forma. quedam est forma fm esse z rationem abstracta. vt intelligentia. et de illa per se considerat metaphysic9. tamẽ potest physicus eam considerare per accidens inquantuz habet reductionem ad motum siue inquantum est principium motus. Alia est forma totaliter coniuncta materie vt forma pure naturalis. ignis. aeris. aque. terre. asini. eq̃ et de illa physicus per se considerat. quia habet considerare de illa que intrinsece dat esse naturale. sed sic est de forma equi vel asini. igitur per se de illa cõsiderat. Alia est forma que partim est materie contũcta et partim a materia separata. vt anima rationalis. z de illa ex ea parte qua est contũcta per se considerat physicus. sed ex ea parte qua ẽ separata solum per accidens a physico consideratur

¶ Minoz patet. circa declarationem textus. quia tales forme fm q sunt motrices orbium celestium agentes in materiam generabilium z corruptibilium. sic de eis considerat physicus. et hoc quo ad quia est z eorum effectus non autem quo ad quid est z quo ad eorum substantiam

¶ Sed diceres. philosophus octauo huius cõsiderat de primo motore. talis autem est a materia separatus. igitur physicus habet considerare formas separatas. Ad hoc patet solutio ex dictis. Aut dicenduz est q physicus nõ considerat de separatis formis principaliter. licet bene minus principaliter. ¶ Conclusio patz. quoniam non cõsiderat physicus materiam nisi fm q proportionem habz ad formaz. et nõ cõsiderat formam nisi fm proportionem quam habet ad materiam. igitur non considerat materiam in sue cõmunitatis actu. sed eam considerat inquantum sensibilis est. Neq etiam formam in sua cõmunitate acceptam. vt patet ex dictis. Uerum tamen est q aliter materia sub physici consideratione cadit. z aliter forma. quia materia fm rem quantum ad suam cõmunitatem cadit sub consideratione physici. sed non fm quemlibet eius modum essendi. sed dumtaxat fm illum tuodũ essendi quem habet sub forma sensibili fm quem dicitur ipsa materia sensibilis quo dicitur ymaginaria aut intelligibilis. Materia enim sensibilis z materia intellectualis z ymaginaria sunt vna materia fm rem. differentes soluz fm modos essendi.

Ad obiecta in oppositũ

¶ Ad primum dicendum est. q licet naturalis philosophus non consideret formas separatas per se z quidditative. vtiq tamen per accidẽs. vt patet ex dictis in declaratione minoris. z etiam circa declarationem textus.

¶ Et si dicatur. prioriista considerat formam sine materia. igitur cc. Ad hoc dicendum est. q licet prioriista consideret formam sine materia contracta z certa. considerat tamen materiam sibi proportionatam. scilz duas propositiones z tres terminos. vt patet primo prioz. ¶ Ad secundum dicendum est. licet materia et forma non habeant vnitatem essentialem inter se. cum sint diuerse essentie. habent tamen vnitatez attributionis siue analogie ad aliquod vnum vt ad corpus mobile. et talis vnitas sufficit ad hoc q aliqua duo in vna scientia considerantur. Et licet forma z materia in particulari accepte sint cause rerum naturalium in particulari. non tamen in vniuersali.

¶ Ad tercium dicendum est. q duplex est materia pma quedam est que est primo prima que est simpliciter pma de qua nihil habet physicus demonstrare. neq per signuz neq per causam. quia quando demonstratio est per signũ oportet q signum illud sit conuertibile sicut proprius effectus cause. sed in tota philosophia non est signum conuertibile cum materia fm q ipsa est pars entis diuidens ipsum. igitur de illa nihil demonstrat physicus per demõstrationem quia. z hec est sententia Auicene. Alia est materia secundo prima. que est in genere. prima tamen dicta a physicis. que scilz est subiectum reruz naturalium pximum. et sic physicus cum sit perfectus in consideratione sua deuenire potest vsq ad primum subiectũ. z hoc posset physicus aliquo modo ostendere signo conuertibili. vt patet ex dictis in primo physicorum. ¶ Ad quartuz est dicendum. q non est simile. quoniam non est dabilis aliqua materia que est cõmunis omnib rebus artificialib. Unde materia artificialium est totum compositum. igitur ipsa est alia z alia in diuersis rebus artificialibus. sed

tene est dabilis aliqua materia ꝓmunis omnibus rebus naturalibus conueniens. scz materia prima. ¶ Ad quintum est dicendum. q̄ in mathematicis non est diuersitas propter illam proportionem. imo potius arguereturidentitas. sed diuersitas scientie sumitur ex diuersitate subiectorum que non reperitur inter formaz z materiam. quia sunt principia vnius subiecti. puta corporis mobilis. quare conueniens est de materia z forma considerare in eadem scientia.

Incidunt dubia quorum primum est.

Quare physiophus dicit q̄ ad physicum spectat vtramq̄ considerare naturam. scz materiaz et formam. nihil determinando de priuatione. ¶ Solutio q̄ ideo. quia priuatio est vltimum analogatum cuius notitia a forma dependet. et ideo eiusdem est considerare de forma z priuatione. cum priuatio sit quodammodo species z forma. z sic priuatio sub forma continetur. ¶ Inde inter principia rerum naturalium maxime proprium est philosopho considerare de priuatione. quoniam forma et materia possunt euadere considerationem physicam. cuz de forma quantum ad totum sue cōmunitatis ambitum non spectat considerare ad naturalem physiophum. sicut nec de materia. priuatio vero simpliciter est propria naturali philosopho

Secūdum dubium est.

¶ An ars imitetur naturam inquantum potest

¶ Et arguitur primo q̄ non. multa producūtur ab arte vt artificialia que non producuntur a natura. igitur ars non imitatur naturam. ¶ Secundo sic. natura semper agit vno modo. sicut ignis semper eodem modo calefacit. artis autez operatio pluribus variatur modis. vt domificatoz pluribus modis facit domum. ¶ Tercio sic. ars agit cum deliberatione. natura autem non. cum ipsa non cognoscit. deliberatio autem est cum cognitione

¶ Solutio q̄ sic. quia vnūquodq̄ principiatum imitatur inquantum potest suum principium z nititur assimilari ei ꝑm q̄ possibile est. ars autem est tanquam principiatum respectu nature. igitur imitatur naturam. Et quia omne opus nature est opus intelligentie primi agentis. et cum effectus sit participata similitudo sue cause. ideo in formis naturalibus relucet lumen intelligentie p̄mi agētis. ratione cuius luminis intellectus noster capit cognitionem a rebus naturalibus. quare etiam nostra cognitio causatur a rebus naturalibus. Etiam omnis operatio artificialis presupponit in nobis cognitiōez. quia intellectus practicus qui est artis principium presupponit cognitiōez intellectus speculatiui. et ideo sicut cognitio intellectꝰ speculatiui causatur a rebus naturalib⁹. sic etiam operatio intellectus practici. z ideo ars comparatur ad naturam vt principiatum ad suum principium

¶ Ad obiecta in oppositum Ad primuz dicendum est. q̄ licet ars non semper imitatur naturam ratione rei producte. tamen semper imitatur ipsam ratione modi producēdi inquantum potest. quia si natura faceret domum eodē modo produceret ipsam sicut producitur ab arte.

¶ Pro latiori declaratione est sciendum. q̄ in rebus inuenitur triplices effectus. quoniam quidam sunt effectus qui solū fiūt a natura. z in illis ars nō imitatur naturam. quia ad tales effectus ars nihil facit nec principaliter nec instrumēraliter. vt sunt homo. asinus leo ꝛc. Alij sunt effectus qui fiunt ab arte tm̄. ad quos non concurrit opus nature. vt domus aut tunica. Alij sunt effectus q̄ producuntur simul a natura z arte. vt patz de sanitate. q̄ quādoq̄ generatur per beneficium medicine. z ex ea parte fit ab arte. z tamen principaliter acquiritur per virtutē naturalem. in signum cuius si virtus naturalis sit debilitata nūquam potest medicina sanitatem efficere. Naz instrumentum non operaf nisi sit motum a principali agente. medicina autem est nature instrumentū. Ex quibus patet. q̄ taz in his que sunt a natura z arte simul q̄z in his que fiunt ab arte tm̄ ars imitatur naturaz. In effectib⁹ vero q̄ fiunt ab arte tm̄ ars imitatur naturam ꝑm quādam ꝓformitatem. que ꝓsistit in duob⁹. Primo ex parte rerum factarum quantum ad modum fiendi. Procedit em̄ natura ab imperfecto ad perfectum. Unde si natura faceret aliquid quod ars facit nunc. vt si natura produceret domum. tunc in fundamento poneret grauiora. z in parte superiori leuiora. Secūdo ex parte principiꝝ. quia sicut opera nature sunt ab intellectu. ita etiaz opera artis. Sed differenter. quia opera nature sunt ab intelligentia non errāte. et hoc ostendit ordinatus processus nature. quia naturalia agūt sine defectu sua opera. sed opera artis fiūt ab intellectu humano qui errare potest. In effectib⁹ vero q̄ fiunt a natura z arte simul ars imitatur naturam duplicit. Uno modo q̄ntum ad efficaciam operandi. quia ars innititur virtuti naturali sicut principali agenti. z ideo tota efficacia operandi habetur ex natura Alio modo quātum ad modum operandi. quoniam operādo ars obseruat eūdem modum z processum quam natura seruaret si ipsa talem effectum produceret. Exempli gratia natura sanat repletionem humorum primo per digestionem. secundo per mollefactionem. tercio per expulsionem. sic similiter ars facit in medicina. ¶ Ad secūdum dicendum est. q̄ natura semper agit respectu vnius finis determinati. z ideo semp eodem modo agit. z inde est q̄ animalia bruta que regūtur instinctu nature vt in pluribꝰ eodē modo operantur. sicut trūdo quolibet anno facit nidum suum et quia ars producit per cognitionem z diuersos concipit fines. ideo pluribus modis producit artificialia. nec tamen oportet ad veritatem huius dicti q̄ ipsa ars omnibus modis imitatur naturaz. sed sufficit in aliquibus. Et ideo non est perfecta similitudo inter opera nature et artis. sed sufficit aliqualis proportio. ¶ Sed diceres. q̄z ars precedit naturam. igitur non imitatur eam. quia ars est principium nature. cum a diuina arte omnia procedāt Ad hoc dicendum est q̄ duplex est ars. Una est diuina et illa precedit naturam. quoniam est principium nature. Alia est ars humana. z talis imitatur naturā vel sequit. Et dicitur notanter imitatur z non assimilatur. quia imitatio importat quandam sequelam proportionis. sed similitudo aut assimilatio importat perfectam conuenientiam. igitur potius dicitur imitatur q̄z assimilatur. ¶ Ad tercium est dicendum. q̄ perfecta ars non deliberat. quia perfecta ars habet habitum inclinantem z ad opus artis ordinantem per modum nature. Aut dicendum est. q̄ q̄z uis non habeat cognitionem sibi coniunctam. habet tamē cognitionem separatam. cū naturalia dirigūtur ab intelligentia non errante

Tertium dubium est.

An eiusdem scientie est considerare finem ⁊ ea que sunt ad finem. ¶ Et videtur q̄ non. q̄z sic sequeretur q̄ omnium quomodolibet scibilium esset vna scientia. cum omnium sit vnus finis. et sic ethica que de felicitate tractat esset finis omnium scibilium

¶ Solutio. q̄ sic loquendo de fine operis. hoc est de fine qui per se ad opus ordinatur. ⁊ de fine proximo proportionato. tunc eiusdem scientie est considerare finem ⁊ media in eundem ordinata. non autem loquēdo de fine operantis. Primum patet. quia notitia mediorum in finem ordinatorum dependet ex notitia finis proximi. cum tota virtus ⁊ ratio mediorum est ex proximo fine. cur etiā scientia non est perfecta de scibili. nisi cognito medio scientifica non est notitia de mediis ad finem aliquem ordinatis perfecta. nisi presupposita notitia finis. Secūdum patet. quia finis operantis est finis per accidens a quo media non accipiunt rationem ⁊ speciem. ideo talis finis potest esse alius ⁊ alius. Et dicitur de fine proximo proportionato. quia finis vltimus siue non proportionatus non est eiusdem scientie particularis. licet bene cōmunis. teste philosopho primo metaphysice. q̄ sapientis est considerare omnia que decet f̄m habitum metaphysicalis scientie.

¶ Ad obiectum in oppositum dicendum est per interemptionem. quia felicitas non est proprius finis nisi virtutum ac operationum virtuosarum. reliquorum vero est finis cōmunis ⁊ extraneus quem non oportet cum mediis que sunt ad ipsum sub vna cadere scientia. Scientia tamen cōmunis scilz metaphysica que considerat totius vniuersi bonum potest cōsiderare fines et huiusmodi media ad illum ordinata. Etiaz est bene vnus finis simplr scz deus. sunt tamen plures fines proximi.

Quartum dubium est.

An nos sumus finis omnium artificialium. ¶ Solutio q̄ sic. et hoc loquendo de fine gratia cuius. non autem loquendo de fine quo. qui est forma operis. quoniam artes propter indigentiam humanam inuente sunt. sicut igitur artes sunt propter hominum indigentiam. ita etiam artificialia in homines tanquam in finem ordinantur. quare nos sumus finis omnium artificialium. et nō dr q̄ sum⁹ finis simplr cū nō sim⁹ finis q̄. verū etiā sum⁹ fere finis oīm naturalium. q̄z humana natura est quidā nexus dei et mūdi super oīa pure naturalia in dignitate ac perfectione collocata.

Quintum dubium est.

An sol et homo generant hominem. ¶ Et videtur p̄mo q̄ non. quoniam omne generans debet producere formam illius quod generatur. homo autem non producit formam illius quod generatur. cum ipsa sit anima rationalis que non est ab homine aut sole producibilis. sed a deo. ¶ Confirmatur. sepe contingit q̄ homo generans non sit quando materia disponitur ad anime rationalis susceptiōem. igitur hō nō est generans siue efficiens preparans. ¶ Secūdo sic. homo generatur virtute omniū corporum celestium. igitur male dicitur q̄ sol ⁊ homo generant hominem

¶ Solutio q̄ sic. vt patet per Aristotelez in textu. Verō cuius tamen intellectu supponendum est q̄ anima rationalis non educitur de potentia materie. quia omnis forma educibilis de potentia materie semper habet esse suuz in materia. anima autem rationalis potest habere esse separatum a materia. ideo non educitur de potentia materie. quare etiam in generatiōe hominis particulare agēs solūmodo se habet vt disponens ⁊ materiam preparans ad susceptionem talis forme. Et licet homo ⁊ sol non sufficiant ad producendum formam hominis. virtus tamen generatiua hominis participata in semine cum virtute solis sufficit disponere materiam ad anime rationalis introductionem. et ideo in productione hominis presupponitur materia disposita. Totus tamen homo dicitur generari. quia vbicūq̄z est progressio de non esse ad eē subiecto presupposito. ibi est generatio. sic autem est de homine. igitur homo generatur. Unde f̄m Dionysium in corruptione nō corrumpitur proprie forma neq̄z materia sed armonia. hoc est mutua proportio forme ⁊ materie. sic etiam in generatione sufficit q̄ non acquiratur nisi proportio forme ⁊ materie ad esse totius cōpositi. Ad quod etiam confert simile de productione rei artificialis. quia ipsa ab artifice fieri dicitur. non obstante q̄ non faciat materiā scz ligna vel lapides. sed solum in materia formam p̄ducit. Sic ergo licet anima rationalis sit a primo principio. scz a deo creata. tamen totum compositum a sole ⁊ homine generatur. Unde accidit generationi alicuius rei naturalis q̄ forma de nouo simpliciter acq̄ratur. sufficit eīt ad generationem q̄ fiat in materia f̄m exigentiam totius compositi siue ad esse totius compositi. Verum tamen ē q̄ dupliciter potest accipi totum. Uno modo sincategorematice. ⁊ sic non generatur totum compositum nisi quelibet eius pars generetur. Alio modo categorematice. et sic totum compositum generatur. Ex quibus infertur q̄ sol ⁊ homo generant hominem. sol tanquam agens equiuocum. ⁊ homo tanquam agens vniuocum. quia oīs generatio fit ab aliquo agente naturali. generatio autem hominis non potest fieri ab alio agente vniuoco q̄ ab homine. qui non sufficit generare nisi dirigatur virtute vniuersalis agentis

¶ Ad obiecta in oppositum. Ad primum dicendum est licet homo non producat simpliciter formam hominis scz animam rationalem. disponit tamen materiam ad eius susceptionem. ⁊ in fine dispositionis eius in materia in instanti infunditur anima rōnalis a superiori agente. ⁊ ideo in illis agentibus est subordinatio. quoniam vnum habet esse vt preparans. ⁊ aliud vt perficiens. ⁊ ideo illa productio dicitur vna generatio. ⁊ generatum dicitur vnuz. q̄ vnis sit a diuersis agentibus. ⁊ sic maior intelligitur q̄ omne generans quod est efficiens q̄ficiens debet producere formam illius quod generatur. et non de efficiente preparante. ¶ Sed diceres. ex illo sequeretur q̄ generatio hominis non esset vniuoca. Hoc autem falsum est. igitur. Sequela patet. generans ⁊ genitum non sunt eiusdez speciei. quia deus ⁊ sol non sunt eiusdem specici cum homine genito. Ad hoc dicendum est. q̄ generatio hominis non est vniuoca respectu dei vel solis. est tamē vniuoca respectu hominis. Uñ tunc est generatio vniuoca quando generās et genitum sunt eiusdem speciei. vt homo generans ⁊ homo genitus. Et equiuoca. quando generans ⁊ genitum nō sunt eiusdem speciei. vt sol ⁊ homo. ⁊ sunt cause subor-

dinate.quia homo habet se vt causa particularis 7 vniuersalis 7 equiuoca.que subordinatur soli tanquā cause vniuersali 7 equiuoce. ¶ Sz diceres.sol 7 homo sunt distincte spēs specialissime.igit vna non subordinatur alteri. Ad hoc dicendū est.licet vna species specialissima non est fm predicatōez alteri subordinabilis. vtiqz tamen fm causalitatem. Ad ꝓfimationem dicendum est.q homo generans non dicit efficiens ꝓparans respectu geniti fm substantiam suaz. vtiqz tamen fm virtutem derelictaz in semine diffuso ab ipso. ¶ Ad secundū dicendum est.q sol non capitur hic ꝓ vno planeta qui dumtaxat est medius virtutis inter septem planetas.sed etiam ponitur in medio fm loci ordinem.vt patet in istis versib. Octo sunt sphere quas poteris sic reperire. Celum stellarum.saturnus.iupiter.7 mars Sol.venus insequit mercurius. vltima luna Aut litteraliter continentur in hoc metro. Post sim sum seq̄tur vltima luna subest. Et versus ille sic intelligendus ē. ita scz q per quamlibet litteram duarum dictionū primarum intelligitur vnus planeta. Sed tamen fm Aristotelem secūdo celi.ordo planetaruz sic se habet q sphera saturni est prima.7 saturnus primus planeta immediate situatus sub firmamento.7 secundo loco ponit spheram iouis.tercio spheram martis.quarto spheraz veneris. quinto spheram mercurij.sexto spheram solis.7 septimo sphe ram lune.et sic fm ꝓm in passu ꝓnominato sphera solis est immediate supza spheram lune Et dicit. licet sol sit planetarum nobilissimus.cum ab ipso procedat lumen.non tamen oportet q ponatur in medio planetarum fm situz sed sufficit q fm virtutem in medio situetur ¶ Ꝓ ista em̄ opinione sunt due rationes. Quarum prima est sphere distantiores a primo celo tardissime mouētur motu diurno 7 velocissime motu ꝓꝓio.sol autem 7 luna inter ceteros planetas tardissime mouentur motu diurno.7 velocissime motu ꝓꝓio.7 adhuc luna velocius sole.igitur sphera solis immediate ponitur supza spheram lune.Secūda ratio est.si spera solis imediate poneret in medio planetarum.sequeretur q posset eclipsari per venerem 7 mercurium sicuti per lunam.sed hoc non videmus.igit sphera solis non ponitur in medio. Sed Ptholomeus 7 alij astronomi aliter ordinant spheras. vt patet ex dictis versibus. quare fm eos sol situatur in medio habēs tres spheras siue planetas spherarum supza se.scz saturnum iouez et martem.7 tres sub eo.scz venerem mercurium 7 lunā et fm hanc opinionem rationes due predicte sunt soluende.salua tamen venia oppositam opinionem seruantis.

¶ Ad primam igitur rationem dicitur.q non est necesse precise 7 fm quandam ꝓportionem geometricaz.q q̄to aliquis planeta magis accedit ad primum celum.q ideo velocius moueatur motu diurno.cuz certum sit q sol venus 7 mercurius inequaliter distant a primo celo. et tamen fere eodem tempore complent suos circulos. puta vno anno. ¶ Ad secundam rationem dicitur.q venus et mercurius sub sole ponūtur.nec oportet q si luna eclipset solem.q ideo venus 7 mercurius possint ipsum eclipsare.et hoc propter duo. Primo.quia venus 7 mercurius multo plus distant a nobis q̄ luna.7 sunt minores sole. quare non possunt eclipsare solem.cum minus corpus nō potest eclipsare maius.7 hoc est verum nisi fm vnam piramidem.secundum quam ponitur inter corpus lucidū et aspectum nostrum. Unde propter illam magnam distantiam mercurij 7 veneris a nobis non possumus intra te piramidem umbrosam. Secundo venus 7 mercurius sunt corpora transparentia. hoc est diaphona. que si ponantur inter aspectum nostrum 7 solem non causabūt umbram.cum lumen solis penetrat. Sic autem non est de luna.cū ipa sit corpus valde opacū qđ nō ꝑ in profundum penetrari a lumine solis. Latius autem de hac materia dicere spectat ad astronimos ¶ Ad secundum dicendum est q sol non capitur hic ꝓ vno planeta tantum.sed ꝓ virtute totius corporis celestis. quia virtus corporis celestis nobis magis manifestatur per solem et eius motum.cum per eius accessum ista inferiora generantur.et per recessum corrumpuntur.vt dicetur secundo de generatione. Patet igitur q̄ differenter sol et homo ꝓcurrunt ad alicuius hominis generationem.

Sextum dubium est

An anima rationalis sit de consideratione naturalis phie

Solutio q sic.inquantum anima est. non autem inquantum intelligentia est.nisi per accidens .vt ptz ex dictis circa definitionem nature.Aliter tamen anima cadit sub cōsideratiōe naturalis philosophi 7 alie forme.quia ipsa cōsideratur a phyco inquantum est vltima forma rei naturalis.sic autem non est de alijs formis.7 non est anima rationalis vltima forma simpliciter. sed inter formas naturales Nec dr vltima ꝓpter eius impfectiōem sz pfectiōez cum ipsa sit perfectissima inter formas naturales. Et ē notandum.q aliqua forma potest dupliciter dici naturalis. Uno modo quia ꝓducitur per agens naturale. et sic anima rationalis non est forma naturalis. Alio modo dicitur forma naturalis.quia informat totum composituz naturale.7 sic potest dici naturalis.cum agens naturale disponit materiā ꝓ introductione forme

Eterminatis autem bis.considerandum est de causis que et quot numero sunt. Quoniā em̄ hoc negotium est scindi gratia. Scire em̄ tunc arbitramur vnū/quodqz cū vtiqz accipiam⁹ ꝓpter quid vnū/quodqz. Hoc aūt est accipere primam causam Manifestum est quoniam 7 nobis hoc faciendum est.et de generatione 7 corruptione. 7 de omni phyca mutatione: quatenus facientes eorum principia reducere in ipsa tentamus q̄/sitorum vnūquodqz

¶ Iste est tercius tractatus huius libri.in quo phūs determinat de causis per se rerum naturalium. qui in duo diuiditur capitula. In quorum primo phūs determinat de generib causarum.subiungendo eius ꝓprietates. In secundo vero capitulo determinat phūs de modis causandi.ibi Modi autem causarum: Primum em̄ capitulum in duas diuiditur partes. In quarum prima determinat de causis quālibet seorsum definiendo 7 exemplificando. In secunda vero parte ponit tres ꝓprietates cau

farum.ibi.contingit autem. Et est continuatio istius tex tus ad precedentem. Postq̃ enī determinatum est de na tura ⁊ de aliis supradictis. Hic consequenter determi nandum est de causis que sunt ⁊ quot sunt numero quo niam causa est etiam vnum principium rei naturalis.sicut natura.cum negocium de quo venit hic tractandum gra tia sciendi a nobis assumptum est. hoc autem non est in telligibile sine causis.ideo non opinamur nos scire rem a liquam antecq̃ accipiamus propter quod vnumquodq̃ est hoc est antecq̃ cognoscamus causam propter quā res est.⁊ quia physiosophia naturalis queritur causa sciendi et non propter operatōnem. quia res naturales non sūt a nobis operabiles sed tantūmodo scibiles .ideo ad ha bendū scientiā eaꝝ oportet determiare de causis earūdē ad finem. vt in omni mutatōne naturali sciamus reduce re ⁊ resoluere vnūquēq̃ effectum in suas causas natura les. quia de ratōne cuiuslibet scientie est q̃ resoluatur scibi le in sua principia quibus scitur.

Uno quidem modo causa dicitur ex quo ali quid fit cum insit sicut es statue.et argentum phiale.et horum genera.

Hic physiosophus ostendit q̃ quattuor modis dicit causa.vno quidem modo dicitur causa ex qua fit aliqua res cum insit ei. vt es dicitur causa statue.⁊ argentum di citur causa phyale.⁊ ea que sunt de genere hoꝝ que sunt sicut materia ex qua fit res.

Alio aūt modo species et exemplū.hec autē ē ratio ipsius quod quid erat esse.et hmōi gene ra.vt eius qui est diapason. duo ad vnum om nino numerus.⁊ partes que in definitōne.

Hic ostendit phs q̃ secūdo modo causa dicitur speci es ⁊ exemplum ⁊ ratō definitiua eius quod quid erat esse et hmōi genera.vt eius quod est diapason. genꝰ ꝓpinquū est proportio dupli que est duorum ad vnum. ⁊ genus il lius proportionis quod continet genus dictum est nume rus sonorus.⁊ illius genus est numerus ⁊ vltimū genus est forma proportionis in genere illo ⁊ ptes in definitōne.

Amplius vnde principium mutationis.pri mū aut quietis est vt consilians causa ⁊ pater filij et omnino faciens facti et commutans cō mutati.

Hic phs ostendit q̃ tercio modo dicit causa.vnde est principium motus ⁊ quietis vt consilians dicit causa effi ciens consiliari.⁊ pater causa filij.faciens facti.⁊ cōmutās cōmutati.

Adhuc autem quemadmodum finis.hoc au tem est cuius quod causa vt ambulandi sani tas.propter quid enim ambulat dicimus vt sa netur. Et dicentes sic opinamur assignare cau sam.et quecunq̃ iam mouent alia intermedia fiunt finis gratia.vt sanitatis macies aut pur gatio aut potiones aut organa.omnia enī hec finis gratia sunt.differunt tamen ab inuicem q̃ alia quidem opera.alia vero organa Cause quidem fere igitur tot modis dicuntur.

Hic physiosophus ostendit q̃ quarto modo dicit cau sa quemadmodum finis.gratia cuius fit quicquid fit.vt sanitas est causa ambulationis. Cum enim queritur pro pter quid plato deambulat.Dicit vt sanetur.⁊ sic dicens opinatur causam assignare. Ex quo patet.q̃ finis habet ratōnem cause.quia illud habet ratōnem cause qō conue nienter respondet ad interrogatōnem factam propter q̃d sed finis conuenienter respondetur ad interrogatōnē pro pter quid.igitur habet ratōnem cause. Dicūtur autem fi nes omnia etiam que sunt circa finem vltimum et post mouens primū ordinata in finē.eo q̃ ille sunt fines respec tu precedentium licet sint efficientia respectu finis vltimi et sunt ea de quibus dicit Aristote. q̃ mouente alio pre cedente ipa media fiunt finis.sicut sanitatis medium quo consequitur est attenuatio siue macies. ⁊ ideo cum ali quis ieiunat propter sanitatem tanq̃ propter finem vl timū.tunc dicitur q̃ talis ieiunat propter maciem.cuz ter minus ieiunij est macies ⁊ in ipso intendit vt consumant humores putrescentes quibus consumptis talis sanatur hoc modo etiam purgatōnes sunt media ad sanatōnem et accipit aliquis potiones vt purgetur ⁊ ipsa potio ⁊ or gana medicinalia sicut clistere ⁊ embroce sunt media et sūt fines precedentiū actionū que agit vt sanitatē conse quatur.omnia enim hec sunt gratia finis.⁊ habent differē tiam ab inuicem. quia quedam eorum sunt opera sicut deambulatio ⁊ potio.quedam autem sunt organa siue in strumenta vt clistere ⁊ embroce. Cause quides igitur tot modis fere dicuntur.quot modis dictum est. Dicit autē fere.quia in veritate modi essentiales causaruz non sunt plures.sz modi accidētales sunt plures vt infra patebit.

Contingit autem multipliciter dictis causis. et multas eiusdem causas esse non fm accidēs vt statue statuifica et es. non fm alterum ali quid sed fm q̃ est statua.sed non eodez modo sed hoc quidem vt materia. illud autem sicut vnde motus.

Ista est secunda pars huius capituli in qua physio phus ponit tres proprietates causarum compando cau sas ad effectus. Quarum prima est.q̃ vnius ⁊ eiusdem ef fectus sunt plures cause per se ⁊ essentialiter ⁊ non fm ac cidens.non tamen fm vnum et eundem modum causali tatis.sicut statue idoli causa efficiens per se statue factiua ars.⁊ causa materialis est es.⁊ non fm alterum aliquid. sed fm q̃ est statua per se.⁊ hoc modo eiusdem etiam est causa formalis figura eris.⁊ causa eius finalis est repreſen tatio iouis aut alterius cui simillis facta est statua.

Sunt autem quedaz et ad inuicem cause vt la borare causa est boni habit⁹.⁊ hic laborādi sz non eodem modo sz hoc quidē sicut finis illa si cut ꝓncipiū mot⁹ Amplius aūt eadē ꝓtrioꝝ

est causa. Que enim presens causa huius est hanc et absentem causam contrarij vt absentia gubernatoris nauis submersionis. cuius erat presentia causa salutis.

Hic ponit secundā conditōnem causarum que est causse sibi inuicem sunt cause sicut laborare vel secare est causa sanitatis siue bone habitudinis. z similiꝫ sanitas ē causa dolendi vel secandi sed non scōm eundem modū causalitatis .sed potius sanitas est causa dolendi sicut finis ꝓpter quē sustinemus dolorem. quia vt dicit verificator Vt corpus redimas ferrum patieris z ignes. Sed dolor est sicut causa mouens ad sanitatem Tercia conditio ē q eadem est causa cōtrariorū non tamē eodem modo. qñ em presens est causa alicui⁹ effectus per se. illa eadem causa absens est causa contrarij. z maxime tunc qñ posset ad esse z debet. z se subtrahit. sicut absentia gubernatoris nauis causa ē periculi nauis. cui⁹ erat presentia causa salutis

Omnes autem nunc dicte cause in quattuor incidunt modos manifestissimos. Elementa enim syllabarum z materia vasorum es z ignis et huiusmodi corporum z partes totius. z suppositiones conclusionis. sicut ex quo causse sunt: Harum autem hee quidem sunt sicut subiectum z partes. Alie autem sunt sicut qō quid erat esse. et totum et compositio z species Semen autem z medicus z consilians. et omnino faciens sunt. Unde principium mutationis vt status aut motus est. Alie autem sicut finis et bonum aliorum. que enim est cui⁹ causa potissima est. z finis aliorum bonum voluit esse. Differt autem nihil eandem dicere bonā vel videri bonam. Cause igitur hee z sunt tot specie.

Hic phūs recapitulando resumit dicēs. q omnes nūc dicte cause in quattuor coincidunt species manifestas. Dicit manifestas. quia licet multe sint diuersitates vni⁹ cuiusq; earū. tamē reducūtur omnes in modos quattuor in cōmuni. sicut patet in diuersitatibus materie. Elementa eīm syllabarum z materia vasorū es z ignis aqua terra z aer. materia corporū mixtorū. z partes organice totius compositi etrogenij. z ꝓpositōnes conclusiones. sunt oīa causa. sicut ex quo est res. z hoc est causam materialem eē in cōi. Materia eīm sola aliqñ est causa. aliqñ eīm vult habere coniunctōnem dissimiliū. aliqñ coniunctōnem similium. aliqñ coniunctōnem z compositōnē z cōuersionē coniunctorū. z sic fit diuersa coniunctio vel compositio. Elementa enim syllabarum. z dictiones oratōnū sunt materia per coniunctōnem z compositōnem discretorū dissimilium. z es est materia vasoruꝫ eneoꝝ z ignis z alia elemēta sunt materia mixtorum. partes vero sunt materia totius. z suppositiones hoc est premisse sunt materia conclusionis per compatōnem potentie ad actum. Ex omnibꝫ enim his patꝫ. q non inuenitur in ista diuersitate aliquid q ad causam materialem aliquo modo non reducatur. Cum aūt harum quedā sunt sicut subiectū. quedam vt partes se habent ad totum quocunq; modo conueniunt siue per vnionem solam. siue per vnionem z compositōꝫ siue per vnionem compositōnem et alteratōnem siue etiā alio modo a predictis partibus accipiant vt ille partes q̄ sunt tm̄ in potentia vt partes contmut non diuisi neq; distincti neq; compositi ex diuersis. Et diuersitati compositionis correspondet diuersitas formaꝝ. Ad omnē enim compositōnem exiguntur tria scz qualitas ordo z positio qualitati quidem compositoruꝫ respondet species. ordini autem respondet totum. z positioni respondet compositio. Sed materie ſm q est in potentia respondet forma sicut quod quid erat esse. ꝯa illa dat esse materie z quiditatem. Semen aūt generatōnis causa est generatoꝝ z medicus z cōsilians z omnino faciens habet se in rōe cause efficientis. vnde est principiū mutatōnis status z motus Semen quidem sicut id qō habet virtutem mouentem z formantem intra Medicus aūt sicut mouens extra. sicut est in alijs artificiatis z vniuersaliter faciens hoc mō semper mouet vel operat vt aliquid fiat. nec ista diuersitas egreditur in cōmuni rationem cause efficientis. De finali causa. vt sanitas est causa laboris z illa est causa cui⁹ gratia aliquid fit. que est sicut finis z bonū aliorum. z illa est dignissima z potissima causarum. Et ideo ſm diuersitatem boni z digni variatur. z hoc quidem in naturis semper est in veritate bonum. sed in voluntarijs aliquādo est bonum simpliciter. aliqñ autem videt bonū simpliciter. sz forte est bonū vt nunc vel simile bono. z hoc nihil differt quo ad hoc. quin semper habeat ratōnem finis. z ita nec in ratōne boni z digni inuenitur aliquid quod ad causaz finalem non reducatur. igitur non sunt nisi quattuor cause essentiales in cōmuni. vt patet ex exemplis datis in declaratōne istius textus.

Circa textum expositū

mouetur questio. Utrum phūs enumerat cōuenienter quattuor et non plura causarum genera.

Et videtur primo q non quia quiddam est efficiens ꝓducens res non per motum. sed per simplicem emanatiōnem vt est prima causa tale autem mouens est non ꝓducens res per motuꝫ. igitur inconuenienter philosophꝰ enumerat quattuor genera causarum. Secundo. subiectum est causa passionis. z non videtur in quo genere cause. igitur. Tercio. non sunt quattuor causarum genera. quoniam omnis causa dat esse suo effectui. materia autez non dat esse suo effectui. cum ipsa sit ens in potentia.

Quarto causa est ad cuius esse sequitur aliud. ad esse autem forme non sequitur aliud. quia effectus est eiusdem essentie cum forma. igitur forma non est causa.

Quinto omnis causa facit ad esse rei. efficiens autem non facit ad esse rei. igitur non est causa. Minor patet qz efficiente destructo producitur res in esse. vt corrupto patre producitur filius in esse sed illud quod destruitur est non facit ad esse rei. z per consequens non est causa.

Sexto. omnis causa prior est suo effectu. finis autem non est suo effectu prior. igitur non est causa.

In oppositum est phs in textu. Et pro intellectu questionis ordinantur duo discursus quoꝝ maior primi est ista. **In rebus naturalibus reperitur duplex causabile videlicet fieri et esse. Minor Fieri causatur ab efficiente et fine. sicut a materia et forma ipsum esse. Conclusio Igitur sunt quattuor cause. quibus conuenienter a phylosopho tres proprietates sunt assignate**

¶ Hic philosophus ponit secundam diuisionem dicens. Causarum alia est causa per se. alia per accidens. Causa enim per se est ad quam natus semper est sequi effectus. vt statuarius dicitur per se causa statue. sed q̄ statuario accidit policletum vocari. ideo per accidēs dicitur policletus etiam causa statue. Etiam domificator dicitur esse causa per se ipsius domus. 7 album vel musicuz dicitur causa per accidens. cum ad talem causaz nō sequitur per sequitur effectus. Continēs autem policletum est homo 7 animal 7 substantia. ideo homo 7 animal 7 substantia causa statue per accidens dicūtur. Et inter causas accidentales alique sunt propinque. alique remote. sed quia cum causa per accidens accidat cause per se. aliqua potest sibi accidere propinquius ex ea parte qua causat per se est causa talis effectus. vt cum album 7 musicum accidunt domificatori. tunc musicum est causa propinqua. quia accidit secundum animam et ea parte qua habet artez domificandi. album autem accidit secundum corpus. ideo est causa magis remota. 7 sic dicuntur cause propinquiores que sunt in eodem subiecto cum causa per se. Et dicuntur remotiores. quia non sunt in eodem subiecto cuz causa per se.

¶ Preter autem oīes et proprie dictas causas et secundum accidēs. alie quidem sicut potentes dicūtur. alie vero sicut operātes: vt edificandi domum edificator. aut edificans edificator. Similiter autem dicūtur et in quibus cause sunt sicut in his que dicta sunt. vt huius statue vel statue: aut et omnino imaginis. aut eris. aut huiꝰ eris. aut omnino materici 7 in accidentibus similiter est.

¶ Hic philosophus ostendit q̄ preter oīes nūc modos dictos causarum que sunt per se vel per accidens essentialis 7 accidentalis ponit alios modos causarum inuiens terciam diuisionem causarum. Causaruz quedā est in potentia. vt que potentialiter agit. quedam in actu. que seq̄ operatur actu vt aliquid fiat aut causet in effectu sicut causa edificandi domum est causa potentialiter edificans 7 actualiter edificans. Sed potentialiter edificātibus modis variatur. quia quedam est potentia remota. que est indisposita habens tantum habilitatem nature. sicut puer potētialiter dicitur edificare. quedam est disposita habens inclinationem ad actum ex dispositione. vt iuuenis incipiens discere edificationem edificat. 7 quedam est habens habitum potentialiter edificandi. vt edificator antequam edificat. sed secūdum actionem edificā dicetur edificator in actu. Et subiungit philosophus q̄ secundum sex modos causarum dictos 7 etiam dicēdos fiunt etiam diuersimode ea quoꝝ sunt cause. scz effect9.

Est enim in effectu propinquum ⁊ remotum secūdum propinquitatem ⁊ cōmunitatem causati sumptum. sicut dicitur causa statue ⁊ imaginis. ⁊ secundum causam naturalem dicitur effectus es ⁊ materia. Et in accidentibus effectuum similiter est sicut in accidentibus causarū fm ꝓpinquitatem ⁊ longinquitatem. ⁊ p se ⁊ p accidens et fm potentiam ⁊ fm actum.

¶Amplius autem complexe. et iste ⁊ ille dicuntur vt non policletus neq; statuam faciens sed policletus statuam faciens. Sed tamen omnes he sunt multitudine quidem sex dicte autem dupliciter. aut tantum sicut singulare. aut sicut genus. aut sicut accidēs. aut sicut genus accidentis. aut sicut complexe. He autem sicut simpliciter dicte omnes actu operantes aut fm potentiam sunt

¶Hic philosophus ponit quartam diuisionem causarum dicens. Causarum quedam est complexa. quedam est incomplexa. cō q̄ solitarie. vt causa statue non dicitur policletus tantum qui est causa per accidens. nec statuarius tātum qui est causa per se. sed dicitur causa statue policletus statuarius complectendo causam per accidens cum causa per se. ⁊ in talibus non quecunq; causarum facit complexum modum causarum. quia multa cōueniunt ad mixtum que tamen non faciunt complexam causam mixti. sed oportet q̄ in vna specie cause ꝓueniant plura secundum diuersum modum causarum respicientia. ita q̄ vnum per se ⁊ alterum per accidens. vel vnum propinque ⁊ alterum remote. sed tamen potentia ⁊ actus non videntur dici distincti ab alijs modis. sed potius sunt modi modorum omnium cause. Et secundum hanc considerationem causarum sunt sex modi in cōmuni. scz longius ⁊ propinquius. per se ⁊ per accidēs. complexa ⁊ incomplexa. et quilibet eorum dupliciter dicitur. scz secūdum potentiam ⁊ secundum actum. Sed propinque sunt sicut singulares. ⁊ longinque sicut genus et species continens illud. ⁊ que sunt sicut accidens. habent etiam longinquas ⁊ propinquans secūdum accidens singulare aut genus accidentis. Et complexe sunt ex duobus modis coniūcte. et que non sunt tales sunt sicut simpliciter dicte. sine ꝓplexione diuersoꝝ numeroꝝ. ⁊ omnes iste sunt dicte sicut operantes fm actum. aut sicut in potentia existens actum operans aut fm potentiaz. Ex quibus patet q̄ sunt duodecim modi causandi. quia mēbra prime secūde ⁊ quarte diuisionum subdiuiduntur penes actum ⁊ potentiam.

¶Differunt autem in tantum q̄ operantes quidem et singulares simul sunt et non sunt. et quorum sunt cause. sicut hic quidem medicās cum hoc qui fit sanus. et hic edificator cū hoc edificato. Que autem sunt secundum potentiam non semper Corrumpūtur em̄ non simul domus et edificator

¶Hic pbus ostendit q̄ sunt tria consequētia. hoc est ꝓcomitantia ad causas siue correlaria. quorum primum est. q̄ cause in actu existentes ponunt suū effectum. cause aūt in potētia non de necessitate ponūt effectū Edificator em̄ ⁊ curator actu existentes ponūt suos effectus. hoc est edificationem ⁊ curationem. sed edificator fm potentiam non de necessitate ponit edificationem. Est et hoc attendendum in proposito. q̄ sicut causa fm actum ponit effectum. ita effectus fm actum ponit causam. ⁊ ideo domus non est effectus immediatus edificatoris fm actum. sed potius edificatio Et si aliquando dicatur domus effectꝰ domificatoris hoc est intelligendum de domo fm q̄ est in fieri. quia sic est sub actione edificatoris. ⁊ hoc modo posita causa ponitur effectus. ⁊ corrupta ipsa corrumpitur effectus ⁊ econuerso

¶Oportet autem semper causam vniuscuiusq; summam querere. sicut et in alijs. vt homo edificat quoniam edificator est. edificator autem fm edificatiuam. Hec autem prima cā est. et sic in omnib

¶Hic ponit pbus secūdum consequens siue correlarium dicens. q̄ in naturalib oportet semper suprēmā causam inquirere ⁊ eam reddere que est prima in vnoquoq; genere. vt cum queritur. quare homo edificat. respondet q̄ ideo. quia est edificator. hec em̄ est causa proxima. ⁊ sic deinceps queri potest. quare est edificator. respondetur q̄ est edificator fm artem edificatiuam quam educit. et ibi est sistēdum. quia nobis manifestuz ē q̄ ars edificatiua facit edificatorem. et ex illo scitur primū quesitum. q̄ edificat quia est edificator. Sed suprema est. hoc est ꝑma que nullam habet ante se causaz. quia scz institutus ē fm edificatiuam artem. ⁊ eodē mō procedendum est in alijs

¶Amplius autem alie quedaz genera sunt generum. alie autem singulares singularium. vt statue statuam quidem faciens. hic autem huiusmodi et dicimus quidem possibiliū operantes autem ad operata. Quot quidez igitur cause et quomodo cause sunt. nobis determinatum est sufficienter

¶Hic pbus ponit tercium ꝓsequens dicēs. q̄ cause debent effectib proportionari. ita scz q̄ cause generales sunt adaptande ad effectus generales. ⁊ cause particulares ad effectus particulares. Est em̄ artifex in genere causa statue in genere. ⁊ hic artifex est causa huius statue. Et ideo falsuz dixit plato qui posuit causas generales esse causas effectuū particularium. cum ipse posuit ydeas separatas id est formas vniuersales esse causas essentiales particularium. Similiter cause dicte fm potentiam reddende sūt ad effectus dictos fm potentiam. ⁊ cause dicte fm actuz reddende sunt ad effectus dictos fm actum. ita tamen q̄ semper in omnibus his resolutio fiat in primaz causaz Deinde philosophus epilogando dicit. quot sunt cause et que sunt. ⁊ quomodo sunt cause quantum ad modos earum essentiales ⁊ accidentales. et qualiter resoluenda est questio in causam. iam patet ex dictis.

Incidunt dubia quorum primum est Quot modis possunt exponi membra prime diuisionis in qua dicitur. causaruz alia est prior. alia posterior. ¶Et arguitur q̄ illa diuisio non valeat. quia causa debet precedere suum effectum. igitur nō est aliqua

causa posterior ¶ Solutio q duobus modis possunt exponi. Uno modo sic. causarum alia prior hoc est propinquior. alia posterior. hoc est remotior. Secūdo modo sic. causarum alia est prior hoc est cōmunior. alia posterior hoc est specialior. Verbi gratia medicus est causa sanitatis prior. hoc ē propinquior. z artifex causa posterior. hoc est remotior fm primam expositionem. z sic intelligitur textus. Sed fm aliam expositionem artifex est causa prior hoc est ꝑmunior. z medicus causa posterior. hoc est specialior. ¶ Et ad obiectum in oppositum est dicendum q argumentum bene probat. q nulla causa est posterior suo effectu. vtiqz tamen vna causa est alia posterior. Pro cuius intellectu est sciendum. q causa prior z posterior duobus modis comparantur. Uno modo in ordine ad effectum. z sic neutra causarum est posterior effectu. Alio modo inter se comparantur. z sic vna causa est bene alia posterior. vt medicus z artifex sunt cause respectu sanitatis et si comparentur pcise ad sanitatem tunc sunt cause prio res. sed si comparentur inter se. sic vna est ꝑior alia

Secūdum dubium est.

¶ An cum diuisione prima concorder etiam ista diuisio Causarum alia vniuersalis. alia particularis. ¶ Solutio q sic. quoniaz iste tres diuisiones. causarum alia ꝓpinqua alia remota. Causarum alia prior alia posterior. Causaz alia vniuersalis alia particularis. sunt virtualiter vna diuisio. Nam causa prior est causa particularis z ꝓpinqua. causa vero posterior est causa remota z causa vniuersalis loquendo de cā vniuersali in predicando. vt artifex respectu medici.

Tertium dubium est.

An causa vniuersalis z particularis differant fm rem. aut dumtaxat fm rationem. ¶ Solutio duobz modis loquēdum ē de causa vniuersali z particulari. Uno mō in predicando. z sic causa vniuersalis z particularis non differunt fm rem. sed fm rationem. z talis differentia sufficit ad modos causandi. z illo mō loquitur philosophus hic in textu. Alio modo in causando. et hoc magis ꝓprie. inquātum dicimus q deus. intelligentia. anima nobilis sunt cause vniuersales. z homo asinus cause particulares Et tūc dicitur causa vniuersalis que habet vniuersalem influxum existens causa multorum effectuū fm speciem. Et causa dicitur particularis que habet particularem effluxum ad vnam spēm. z isto mō accipiendo causam vniuersalem z particularem realiter distinguūtur Correspōdent tamen aliquo modo causa vniuersalis in predicando z causa vniuersalis in influendo. quontā cause vniuersaliori in influendo correspōdet effectus vniuersaliores in pdicando. Exempli gratia. vt celū est causa vniuersaloz q̄s sol. z ideo suus effectus est mouere z alterare ista inferiora. sed sol qui est causa vīs sub celo habet effectum qui ē calefacere. iam clarum est q mouere est superius ad calefacere in predicando.

Quartum dubium est.

An inter causas per accidens quedam sit propinquior cause per se. z quedam remotior. ¶ Solutio q sic. vt patet circa declarationem textus. Nam album est causa per accidens ipsius domus vel statue. z similiter musicuz tamen musicum esse causa propinquior cause per se. et q consequens etiam effectui q̄s esse album. ¶ Pro cuius intellectu est sciendum. q causa per accidēs habet se in duplici differentia. quedam em̄ est causa per accidens ex parte cause. quedam vero ex parte effectus. Ex parte cause dicitur causa per accidēs quicquid accidit cause per se. vt quicquid est in domificatore est causa per accidens respectu domus. z talis frequenter fit in naturis. quomodo dicitur q contrarium sit causa cōtrarij. eo q remouet illud quod operari deberet z contrariuz illius inducit. sicut dicitur calida nubes per calorem amplius infrigidari. z aqua calida citius congelari. quia calor disgregat materiaz. z sic vndiqz expirat calidum z vbiqz ingredik frigus cōstringens. z hoc modo scamonea que calida est infrigidat corpus. q̄ educit coleram rubeam que corpus calefaceret si remaneret. Ex parte effectus dicitur causa per accidens trib modis. Primo modo dicitur efficiens per accidens sicut prohibens obstaculum. sicut deijciens colūnam dicit efficere casum illius quod colūne innitebatur. z talis dicitur non cā p se casus lapidis deorsum. quia per se nihil influit in effectuz. sed solum remouet phibens. Secūdo mō dr causa p accns. q̄ in pauciorib; pducit effectuz siue pter intentōem causat effectum. z sic casus z fortuna sunt cause p accns. vt pjciens lapidē casu vulnerat. m̄ vulnerare nō intendit sed accidit. vt ob iactuz lapidis aīal vulneret aut cū fodiens sepulcrū inuenit thesaurū cuz nō intendat nisi fodere sepulcrū Ad hunc modū reduci potest factum iactatoris. qui pter intentionem aligñ ꝓsequitur laudem hominū. z illam attribuit sibi tanq̄ ex intentione hoc fecerit. z tamen p accidens ꝓuenit ei. Et cum sequitur res vituperabilis dissimulando dicit se ex intentione talē operationem nō fecisse. Tercio mō dr cā p accidens qm̄ nullum hz ordinem ad effectū illum. vt medicus dr fabricare nō vt medicus est. sed vt est faber cui accidit esse medicū aut ambulatio dr eē cā per accns motus celi aut eclipsis. q̄o etiam dici solet. q somnū q̄q est cā futuroz euentuū ¶ Consequēter notandū est. q multiplex adhuc ē efficiens. q̄dā em̄ est efficiēs ꝓpinquuz. z est illud inter q̄ et factū nō est medium. sicut lacertus cum virtute motiua que est in ipso est causa motus membri. quoddam est remotum. z est illud q̄ mouet per medium. sicut anima est causa motus membroz corporis. Aliud est efficiens prim̄. z est illud a quo nō patik nisi vnū solū singulare corpus. vt medicina quam sumit iohānes non transmutat nisi corpus iohannis tm̄. Aliud est efficiens ꝓmune. z est illud a quo patiūtur multa corpora. quoruz quodlibet sibi est immediatū. z iste ē alius modus ꝓmunis z ꝓpriꝰ q̄s est ille qui dictus est supra. Aliud est singulare siue particulare efficiēs. z est illud q̄ ē causa vnius singularis operationis. vt hic statuarius huius statue. z hic medicꝰ est causa huius curationis. z hic homo est causa generatōis istius. Aliud est efficiens vniuersale. z est quādo causa est in plus in operando q̄s sit effectus. vt sol est cā vīs generationis. q̄ generat omnia generabilia z alia plura opera facit. z illud agēs hz influentiā sup agens particulare Aliud est efficiens simplex. q̄ operatur vna virtute ex qua ꝓuenit opus eius. vt ex vna virtute naturali prouenit expellere que dicik expulsiua. et ab alia prouenit attrahere. que dicitur attractiua. Aliud est efficiens ꝓpositū. z dr illud q̄ habet ad simplex modum oppositum. q̄ sc̄z opus ꝓuenit a virtutib; pluribus ꝓiūctis. vt prouenit tractus nauis vel lapidis a virtute multoruz hominum ꝓiuncta

Iste autem virtutes aliquando sunt similes in specie. vt patet in exmplo predicto. Aliquando autem dissimiles sicut sit fames a duabus virturibus. quarū vna est naturalis z pars vegetabilis que est attractiua. z altera sensibilis que est sensus manducōnis in ore stomachi. Aliud est efficiens in actu. sicut ignis est causa accensionis illi⁹ quod accenditur in actu. Aliud est efficiens in potentia. sicut est ignis respectu combustibilis qđ nondum est accensum

Quintum dubium est.

An isti modi causandi conueniant materie scz per se z accidentaliter. Solutio q sic. per se quidez z essentialiter qñ de se dicitur esse subiectū forme. vt combustibile est subiectum combustionis. Accidentaliter vero multis modis. Primo modo quando subijcitur materia. cuz forma quā necesse est remoueri anteq̄ susceptibilis sit forme. sicut dicitur materia aeris aqua. z sperma dicitur materia hominis Secūdo modo dicit materia per accidens. quādo non significatur nomine dispositōnis qua aptatur forme. sicut dicitur rubrum esse materia idoli vel fuisse materia idoli z huiusmodi. Tercio modo dicit materia per accidens qñ significatur nomine efficientis cause. vt quando dicitur causa curationis. quando medicus curat. nō enim curatōni subijcitur vt medicus sed vt infirmus. Et sunt alij modi hmōi multi qui per se dinosci valent. ꝓpinqua aūt materia est sicut membra corpis. z remota sicut humores z elementa eiusdem. Materia aūt ꝓpria est sicut corpus hois cum sua complexione qđ subijcit forme hois. Cōmunis aūt vt ligna lecto z cathedre. Particularis aūt sicut materia adaptata forme vt materia solis Uniuersalis autē sicut ligna cathedre. Simplex ār ē sicut tle. Cōposita sic̄ humores. z species in tiriaca. Materia aūt in actu est illa que in effectu est per formā. vt corpus homis. Et materia in potentia est sicut sperma in materia homis. Commixte aūt z simplices sunt sm cōiunctōnem z separōnez hoz modoz. Isti etiam modi conueniunt forme. Est em forma essentialis. sicut humanitas z hmōi. Accidentalis aūt multiplex sm q in ea attendendū est. hoc est q aliquādo ꝓdest accidentalis ad retinendū formā. aliquādo ad vsum rei formate. aliqñ nihil prodest ad neutrū. z tūc vel obest. aut indifferenter se habet. pdest aūt ad formā retinēdam. sicut coīpactio cathedre ad hoc q permaneat figura cathedre prodest autem ad vsum. sicut planicies superficiei ad sedendū bene in cathedra. Obest aūt sicut debilitas lignoz cathedre. sed indifferens est. sicut altedo cathedre. Propinqua autem forma est sicut quadratura in tetragono. Et remota est sicut angulare in tetragono. Forma autem propria z particularis non differunt. z sunt sicut differētie z ꝓprij que sunt conuertibilia. Similiter cōmunis non differt ab vniuersali z est sicut genus ꝓpinquū vel remotū. Simplex aūt forma sicut ignis z cetere forme que non sunt constitute ex multis formis numero. Cōposita aūt est que ꝓstituit ex multis numero. sicut est complexio. z etiam sm alios sicut forma homis que est composita ex multis viribus z ex multis formis in hoie conuenientibus. saltem ordine aliquo. Forma autem in actu est cognita. z est que perficit materiam in actu. illa vero est in potentia que est adhuc ꝓuationi permixta. Isti etiā modi conueniunt cause finali. Est em finis essentialis ad quē ꝓpter se z non ꝓpter aliud tendit motus efficientis naturalis vel voluntarij. sicut medici est finis sanitas. z generatōnis finis est filius. Aliqñ est accidētalis z hoc multis modis. Est em̄ finis per accidens sicut quādo aliqđ nō ꝓpter se. sicut contritio medicine dicit fieri vt bibat qđ tamē non fit vt bibatur sed vt cito dissolura. pficiat curationi. hmōi aūt fines accidentales aliquādo sunt vtiles in rei veritate. z aliqñ putant vtiles. Finis aūt per accīs est etiam illud qđ concomitatur finem. vt finis generationis homis vt moriatur. vel finis cōmestionis vt egerat cum tamē nec homo generet vt moriat. nec etiā cōmestio fiat vt egeratur tm̄. sed propter depulsionē famis z ꝓseruatōnem virium. Aliquādo finis accidentalis est qđ coaccidit fini. sicut decor accidit exercitio. quia cum homo sanus est decorus efficitur. Dicūtur etiam fines per accīs ea que eueniunt non intenta neq̄ quesita sicut casualia et fortuita de quibus dicēdū est infra. Finis aūt ꝓpinquus est. qui attingit operōne efficientis. vt sanitas est finis medicine. Remotus aūt est qui consequitur q mediuz ad illud. vt fortitudo est finis medicine. Finis autem ꝓprius est qui determinate intentus est. vt inuentio eius qđ queritur aut adeptio eius qđ desideratur. Cōmunis autez finis est qui ex pluribus haberi potest sicut expulsio flegmatis ex pluribus medicinis potatis. Finis aūt particularis est qui ex vno sequit. vt qñ aliquis capit debitorē suuz propter quē capiendum diu profectus est. Uniuersalis autem est sicut vindicta de malefactore. Simplex autez est vt saturatio cōmessatōnis. Compositus aūt vt decor et calefactio ꝓpter que duo coniuncta emitur vestis preciosa. Finis autem in actu z in potentia ē sicut forma que est in actu z in potentia. Isti aūt fines cōmiscent z simplices sunt. sicut in alijs modis causaz. z sic patet sufficienter de modis causaz tam subalitb⁹ q̄ accītalib⁹.

Sextum dubium est

An tercia diuisio sit sufficiens in qua dicit causarum alia est in actu. alia in potentia. Et videtur q non. quia cause est causare. z causa ē ad cuius esse sequitur aliud. causa aūt in potentia nō causat. neq̄ ad ei⁹ esse sequit aliud. igit zc. Solutio q sic. vt patet per Aristotelē i textu. z ex dubio precedenti Ad obiectū in oppositum patuit solutio suꝓra in primo capitulo huius tractatus. Aut dici potest. q causa z effectus proportionant. z ergo sicut causa in potentia est causa cum addito. ita pariformiter effectus est effectus cum addito. Et cuius materia ad formam comparata semper sit causa in potentia. ipsa tamen materia vna compata ad aliam. quandoq̄ est in actu. quādoq̄ in potētia. vt patet ex dubio precedenti.

Septimum dubium est

An ad causam complexam sufficiat quelibet causaz coniunctio. Solutio q non cum requiratur concursus causarum sm diuersos modos causandi z pcipue sm modos duarum primaz diuisionū Non enim elementa que materialiter ad mixti constitutōnem concurrunt dicūtur causa complexa. Neq̄ causa in actu z causa in potentia quoniā in eodem sunt vnū z idez. vnde causa per se z per accidēs causam complexam faciunt vt policletus statuifica. z sic proprie complexio causaruz fit penes modos causandi secūde diuisionis penes modos aūt causandi prime diuisionis nō ꝓprie qm̄ cā vtis z pticularis inter se hñt ordinē

Octauum dubium est

Vtrū in causis sit aliqua subordinatio. ita scz q̄ particularis subordinet vniuersali Et videt primo q̄ non. qm̄ particularis sufficit ad ꝓducendū effectū. igit̄ non est necesse aliquam ponere causam vniuersalē Secundo sic nō est aliqua causa vniuersalis. quia omnis effectus debet esse similis causę. nullus aūt effectus est similis causę vniuersali. igit̄ nō est aliqua causa vniuersalis. ꝛ p̄ ꝫs causa particularis nō est subordinata vniuersali Solutio q̄ sic. tū p̄mo fm diuersas causas genera. quia finis est p̄ma causa in ratōne causalitatis. efficiens vero in ratione executionis. forma fm viam perfectōnis. ꝛ materia fm viam generatōnis. tū 2° in eodem genere causę. cū in omni genere causę inueniūtur subordinatio. qm̄ causę per se subordinant et tunc dicūtur causę per se subordinari in eodem genere causę. qm̄ intentio primę causę non respicit vltimū effectū per medias causas. vt ars fabrilis respicit extentionē ferri ꝓ brachiū manū malleū. Et dicūtur causę ꝓ accidēs ordinate. qm̄ intentio primę causę nō respicit vltimū effectū per medias causas. sed per accidens ad hoc se habet sicut si multe candele accenderent̄ per multas medias. Innitur igit̄ subordinatio in genere causę formalis. quia esse qd̄ est causa p̄ior formalis ḋa cōmunius ꝛ vehementius influit q̄ viuere ꝛ intelligere. ꝛ iterum viuere ꝛ intelligere continent in se esse. Similiter est ordo in causa materiali. quoniā materia prima ē causa substandi elementis et elementa sunt causa substandi mixtis ꝛc̄. Similiter in genere causę finalis. vt patet ex dictis. Etiam in genere causę efficientis. cum primū efficiens sit causa aliorū secundarium efficientiū. Illud tamen verum est. q̄ prima subordinatio ꝛ principalis inuenit̄ in genere causę efficientis. ꝛ de inceps derivatur a causa efficiente ad alias causas. ḋa cū causę ad inuicem correspondent sic primū efficiens est causa primę materie. quoniā deus causat materiam primā ꝓ creatōnem Item est causa primę formę. ḋa esse est a deo. ro sibi correspondet primꝰ finis. quia fm ordinem agentiū est ordo finiū. sic primū efficiens ꝛ primus finis correspondent. Ad obiecta in oppositū Ad primū dōm est. q̄ duobus modis causa particularis accipit. Vno mō fm suā naturam absolutam. ꝛ sic causa particularis nullo modo sufficit ad ꝓducendū effectū etiā particularem. cū ipa nō possit ꝯgere in totam speciem. quia sic produceret seipaz igitur oportet ponere causam vniuersalē virtute cuiꝰ causa particularis dirigat̄ ad ꝓducendū effectum. Alio modo accipit̄ causa particularis fm q̄ in se habet virtutem causę vniuersalis. ꝛ sic tunc verū est. q̄ causa particularis sic accepta sufficit ad producēdū ꝛ causandū suos effectus eis ꝓportionatos. ꝛ ideo oportet etiam presupponere causam vniuersalem si particularis causa debeat aliquid agere.

Ad secūdū dicendū est. q̄ duplex est similitudo. quedā est similitudo nature fm quā aliquid est simile alteri ī natura. ꝛ talis similitudo est in causa particulari siue vniuoca ꝛ in suo effectu. Alia est similitudo ꝓportionis que sumitur fm ideam intelligibilem existentem in intellectu. et sic causa vniuersalis siue equiuoca etiam est similis suo effectui. ꝛ hoc pater exprimendo causas vniuersales. Sunt enim causę vniuersales deus. intelligentia. anima nobilis In deo cū ꝓexistunt rationes ideales omniū rerū factarum. sicut igitur domificator ē similis domui ꝓpter ideam quā habet in mente. ita etiam deus est similis rebus creatis ꝓpter ideam quā habet in mente sua. Similiter dicendū est de intelligentijs ꝛ anima nobili in quibus sunt idee rerum factarū ab ipis. Sed diceres celum nō habet similitudinem ad ista inferiora nec naturalem nec idealem. ꝛ tamen est causa istoꝝ inferiorū. Ad hoc dicendū est. q̄ duobus modis accipit̄ celum. Vno modo cum inclusione intelligentie vel anime nobilis. sicut dicit Aresto. octauo huius. q̄ celum est corpus mouens seipm. ꝛ sic celū habet in se similitudinem rerū naturaliū que est in intelligētia. aut anima nobili celum mouēti. Alio modo celum accipitur fm se. ꝛ sic verum est. q̄ in celo nec est naturalis similitudo nec idealis ad ista inferiora que a celo producuntur. Et tunc dicendū. q̄ celum illo modo acceptū non est causa vniuersalis principalis. sed instrumentalis. tam clarum est. q̄ non oporteat esse similitudinē effectus in causa instrumentali. vt similitudo domꝰ nō ē in securi sz ī artifice

Nonum dubium est

Quomodo differunt ab inuicem modi causandi. ꝛ species siue genera causaruz. Solutio sic. quia species siue genera causarum distinguūtur penes speciales rationes causalitatis essentialiter ab inuicē distinctas. modi vero causandi distinguūtur accidentaliter hoc est penes accidentales conditiones causę in ordine ad effectū.

Decimū dubium est

An in naturalibus necesse est summā inquirere causam. Et videtur q̄ non. quia summa causa idem est q̄ prima causa. inquirere aūt primā causam spectat ad metaphysicum. igit̄ inconuenienter Aresto. hic dicit. q̄ oporteat semper summā inquirere causam. Solutio alberti. cū demōstratio dupliciter facit fidez sz aut q̄ prima vera. aut ꝓ ea que ex primis fidem sumpserunt. illa autem que ꝓ prima vera sumpserunt fidem non sunt per se cognita. sed potiꝰ ex alijs demonstrata. Quādo igit̄ demonstratio fit talis que est per ea que ex primis ꝛ veris sumpserunt fidē post conclusionē habitam. restabit questio de principijs conclusionis donec veniatur ad ea que demonstrata sunt per p̄ma ꝛ vera. ꝛ ab illis incipit scia. Prima autem vera sunt que habent in se causas primas ante quas nihil est in genere illo. ea autem que sunt ex primis ꝛ veris demonstrata hñt in se causas proximas effectui q̄ ante se hñt alias causas. igitur oportet in talibus reducere questionez vsq̄ ad primas causas a quib⁹ ꝓ se manat scia que tū vltime sunt in resolutōne questi in causam. Modo demonstrationes fiunt sicut definitōnes. sed definitōnes oportet inclpere in genere primo. si em̄ aliquis definiat hoiem. ꝛ dicat q̄ sit aial rationale mortale. ꝛ querat quid sit animal. oportet dicere q̄ sit suba aiata sensibilis. ꝛ ibi stat. qm̄ substantia nō habet ante se ꝓ qd̄ definiat. ꝛ ꝓ hunc modum oportet demonstrationē que est ꝓ causam incipe a causa p̄ma. ḋa ab illa incipit scia. Ad obiectū in oppositū dōm est q̄ duob⁹ modis aliq̄d dicit prima causa siue suprema. Vno modo simpliciter. sic sz q̄ non habeat priorem causam. ꝛ sic eaz inquirere spectat ad metaphysicū Alio mō dicit suprema causa in aliquo genere. sicut dicit Aresto. in libro de ꝓpietatibus elementorum. q̄ edificatiua est suprema causa edificij qd̄ absolute nō est verū. sez q̄ sit simpliciter p̄ma causa. sed ē verum in tali effectu. ꝛ sic physicus habet considerare p̄mā causam in suo genere. id est ꝓpriam ꝛ per se.

Scitur autem fortuna ꝛ casus causaz. etenim multa esse et fieri ꝓpter fortunam ꝛ ꝓpter casum. Quo igitur mō

in his causis est fortuna et casus. t vtrū idem sit fortuna t casus. aut altera et omnino quid sit fortuna t casus cōsiderandū est.

Iste est quartus tractatus huius secundi in quo phūs determinat de causis per accidens .vt sunt casus t fortuna. Et diuiditur presens tractatus in quattuor capitula. In quoz primo narrat opiniones antiquorū eas reprobando. In secūdo inuestigat definitōes casus t fortune ex quattuor diuisionibus. ibi. primū quidem. In tercio ostendit differentiam casus t fortune. ibi. differūt aūt quoniā casus. In quarto capitulo phūs docet reducere casuz t fortunā ad causas per se. ibi. Sed modoz causarū Et diuidit primū capitulū in duas partes. In quaz prima phūs premittit ordinē dicendoz. In secūda vero parte narrat tres opiniones antiquoz. dicit igit phūs q deinceps determinandū est de causis per accidens. scz de casu et fortuna que sunt de numero causarum non quidem manifestaz. sicut cause quattuoz predicte. sed imanifestarum. Et a quibusdam philosophis multa dicūtur fieri a casu et fortuna in rebus naturalibus. ideo opus est considerare qualiter fortuna t casus accipiant intentōnem causarū et qualiter differunt ab inuicem fortuna t casus. eo q quidam hec eadem esse dicunt. t quidam dicunt q differant ab inuicē. Et oportet etiā q̄rere q̄d fortuna t q̄d casus.

Quidam em̄ t si sint aut non dubitant. Nihil em̄ a fortuna fieri dicunt sed oīm esse aliquaz causam determiatā. quecunq nos dicimus a casu fieri aut a fortuna. vt veniendi a fortuna i foro reperiendi quē volebat. t quē non est opinatus ante huius causa est venientē velle emere Similiter aūt t in alijs que a fortuna dicūtur semp est aliquā accipere causam sz nō fortunā.

Hic phūs narrat tres opiniones antiquoz de casu t fortuna quas etiam improbat. Quaz prima est. quidam phi dixerunt nihil fieri a fortuna. t illam opinionē probabant duabz ratōnib. Quaz prima est. illa que fiunt a determinata causa illa non fiunt a casu t fortuna. cum causa determinata sit causa p se. omnia aūt que fiunt habēt causam determiatam. igit nihil contingit fieri a fortuna. Vi noz. phatur q demostenes inuenit amicū suū eschinem i foro vbi non precōcepit nec intendit eum inuenire dicit cē a fortuna. tamen illius est determiata causa. ista scz q demostenes voluit ire ad emendū aliq̄d in foro illo vbi erat eschines. Et sil'r dicūt esse in alijs que tamē nos dicimus esse a fortuna. q in eis contingit aliquā accipere causam p terfortunā q̄ determiata est et intenta. igit nihil dicitur fieri a casu t fortuna.

Quoniā si aliquid erat fortuna inconueniens vtiqz videbit. sicut t vere est. t dubitabit vtiqz aliquis propter quid nullus antiquorum sapientium causas de generatōne t corruptōne dicens de fortuna nihil determinauit. sed sicut visum est nihil opinabantur neqz illi esse a fortuna et a casu.

Hic phūs ponit secūam rōnem antiquoz. si aliquid eēt fortuna. sapientes antiqui qui locuti sunt de causis generatōnis t corruptōnis aliquid de fortuna t casu determinassent. sed nullus eoz inuenit aliquid de fortuna t casu dixisse. cuius causa videtur esse q nihil opinabant esse fortunam et casum. solutōnes autem istaz duaz rationū patebunt in primo dubio post obiecta in oppositum.

Sed mirabile hoc videbit sicut vere est. multa em̄ t sunt t fiunt a casu t fortuna que non fiunt ignorantes quoniā est inferre vnumquod qz in aliquā causam eorum que fiunt. sicut antiqua ratio dixit destruens fortunam t casum esse. tamen horū quidem alia dicunt esse omnes a fortuna. alia non a fortuna. vnde t quodam modo erat ipsis facienda memoria. Atuero neqz illoz aliqui opinabantur esse fortunam vt amicicia aut litem. aut ignem. aut intellectum. aut aliquid taliū. Incōueniens igit est siue non putauerunt siue putantes relinquerunt. t hoc aliquando vtentes sicut empedocles non semper aerem cōgregari superius dicit sed vt contingit Dicit enim in mundi creatōne q sicut collisit se currens tunc multotiens autem aliter t partes animaliū aut a fortuna fieri plurimas.

Hic phūs prosequit secundā rationē priūs motā reprobando antiquos dicens. q mirabile videt de antiquis q nullam fecerūt mentionem de causis que dicūtur casus et fortuna t hoc pter duas rationes. Quaz prima est. Antiqui phi determiauerunt de causis. sed casus t fortuna spectant ad causas. igit incōuenienter dimiserūt determiatione de casu t fortuna. Minoz patet. q̄a multa fiunt per accidens a casu t fortunā. q̄uis tamē sit notum. q omnia reducantur ad causas determinatas. sicut dixit antiquorum ratō destruens casum t fortunā. t qz scitur q aliq̄ fiant a fortuna t a casu. ideo dictū eoz non est verū quo dicunt. q quoz sit aliqua causa determiata. q illoz nihil fit a casu t fortuna. Omnes em̄ antiqui t nos dicimus. eoz que fiunt. quedam fieri a fortuna t a casu. quedam autez non. ideo aliquo modo facienda est memoria de casu t fortuna ab antiquis. Antiqui enim nullam causarum dixerunt esse casualem neqz fortuitam. Empedocles em̄ amiciciam t litem non dixit esse causualia vel fortuita. Similiter illi qui dixerunt materiale principium esse ignem vel aliquid aliud non dederunt illud casui t fortune Neqz anaxagoras intellectum agentem quē dixit esse discernentem omnia dedit casui t fortune. t tamē aliquādo vsi fuit casu t fortuna in dictis suis. igit inconueniēs fuit ita relinquere casum t fortunam. ita scz q nullam mentionem antiqui fecerunt de casu t fortuna Secunda ratō est quia vel ipsi putauerunt aliquid fieri a casu t fortuna. aut nihil putauerunt fieri a casu t fortuna Si primū tunc inter causas debebat mentio fieri de ipsis. Si secūm tunc ipsi debebant destruere ipsam per rationes. t nō vti eis referendo eas ad quedā eoz q̄ fuit. Vtebat aūt Empedo. casu t fortuna. quia dixit q nulla causa essentialis est quare aer congregatur superius. t non descendit deorsum sub aquam

et terram. sed potius hoc cōtingit a causa accidentali ꝛ a casu. Dixit em̄ q̄ in mundi creatōne accidit sicut in cursu homis. Cum em̄ currit aliquādo allidit pedem q̄n habet obstaculum ī via qō non p̄euidet. ꝛ aliq̄n non allidit q̄n nō obuiciť ei obstaculū. sicut etiā aer tunc. q̄n mundus creabat q̄m nō inuenit obstaculū ascendit sursum. Multoties aūt fit aliter in motu aeris. q̄n inuenit obstaculuz. ꝛ hoc totū est per causas accidentales p̄eter intentōnem nature. Et silr est in partib⁹ aialiū. q̄ casu congregant aliquādo partes ex quib⁹ fit caput ꝛ ꝛ alie partes ex quibus fit corpus. ꝛ tunc fit generatio. ita etiā casualis est mundi generatio creatio in vno tpe ꝛ non in alio. sicut ꝛ aer aliq̄n cōgregatur sursum ꝛ inundat in ventū. ꝛ aliq̄n deorsum et inundat ī terremotū ꝙ casuz ꝛ fortunā. Et similiter dixit Democritus q̄ in infinito vacuo respersi atomi casu occurrunt sibi aliq̄n ꝛ generant mūdum. ꝛ aliq̄n ita dispergunt per casum q̄ mundus vel in toto dissoluit vel ex maiori parte.

Sunt autem quidam qui celi huius ꝛ mundanorum omniū causant esse casum. A casu em̄ fieri voluntatem ꝛ motum discernentem ꝛ statuentem in hunc ordinem omne.

Hic pb̄s ponit secūdā opinionē aliquoꝝ antiquorum et est ista. q̄ oīm mundanoꝝ causa sit casus. hoc est q̄ casus ꝛ fortuna sint causa celi ꝛ omniū partiū mundi. quoniā dicūt q̄ motus celi. ꝛ cursus astroꝝ qui discernunt inferiora. ꝛ totū vniuersum ponunt in ordinem istū quē videmus ꝛ statuunt qō stabiliunt illū in illo ordine ille autem fit a casu ꝛ fortuna. igitur. ꝛc.

Et multum admiratione dignū est dicentes animalia quidē ꝛ plantas a fortuna nec esse nec fieri. sed aut naturam. aut intellectum esse aut huiusmodi alteram causam. Non enim quoniam euenerit ex semine vnoquoq̄ fit aliquid. sz ex tali quidem oliua. ex tali autem homo. Celum autem ꝛ diuinorum manifestoꝝ a casu fieri. huius autem causam nullam qualē aialiuz et plantarū. Et si igitur sic se habent. hoc ipm dignū est insistere et bene licet aliquid dicere de hoc ipso. Quomodo em̄ eo qō aliter inconueniens est qō dicitur adhuc incōuenientius est dicere hoc videntes quidez in celo nihil casu fieri. In his autē que nō sunt a fortuna multa contingere a fortuna. ꝛ ergo erit merito ecō trario fieri.

Hic pb̄s reprobat istā opinionē dicēs q̄ multū āmiratione dignū est. ꝛ hoc ꝓpter duas rationes Quaꝝ ꝓma est si illud qō magis videť ineſſe nō inest. nec illud qō minꝰ videť ineſſe inest. sed casus ꝛ fortuna nō fiunt ī inferiorib⁹ corpib⁹. igiť nec ī corpib⁹ supiorib⁹. Minor pz. ꝙa aialia ꝛ plāte nō fiūt a casu ꝛ fortuna sed aut intellect⁹ ē cā in eis sicut in his que agunt a voluntate aut natura est causa in eis. sicut in illis que agunt a natura. Et huiꝰ signū est q̄m illud qō fit ex semine nō fit ideo ex eo q̄ sic contingat contingenter ꝙ casum. sed fit ex causa determiata essentialiter. ꝛ ideo ex semine olive fit oliua. ꝛ ex semine homis fit homo ꝛ non aliud. si aūt fieret a casu sepius fieret ex seminibus illis aliud ꝛ aliud. Celū aūt ꝛ stellas que sunt diuiniora ꝛ nobiliora inter ea q̄ manifesta sūt nob dicūt fieri a casu ꝛ fortūa. ꝛ nullā cām determiatā naturalē vel volūtariā dicūt esse ip̄oꝝ. sicut causas determiatas dixerūt esse aialium ꝛ plantaꝝ. Secūda ratō patet ꝙ experientiā. q̄m in inferioribus videmus multa fieri a casu ꝛ fortuna. nunq̄ aūt in corpib⁹ superioribus. cū vno mō ꝛ determiate fiant. et ideo modo cōtrario dicere debuerunt. sez in corporibus superioribus sez in celo ꝛ stellis nihil fieri a casu ꝛ fortuna. in inferioribus aūt multa Erat aūt cā erroris ip̄oꝝ. q̄ scientia astroꝝ eoꝝ tpe nō erat inuenta. Et tō videntes retrograde ascendendo ꝛ descendendo moueri quasdā stellas dixerunt casum ꝛ fortunam esse in eis.

Sunt autem quidam quibus videtur esse q̄dem casus ꝛ fortuna īmanifesta autem humano intellectui tanq̄ diuinum quoddam ens ꝛ felicius. Quare ꝓsiderandū est quid sit vtrūq̄ et si idem aut alteruz sit casus ꝛ fortuna. ꝛ quō indeterminatas causas incidunt.

Hic pb̄s ponit terciā opinionē istā sez. q̄ casus ꝛ fortuna sunt cause. tamē sunt īmanifeste intellectui humano et isti istā opinionē narrantes putauerūt felicitatē ꝛ infelicitatem hoīs esse in potestate fortune. quare dixerunt fortunam esse diuinū numen cui templū statuerunt ꝛ idoluz qō erat in rota ꝓpter varietatem. ꝛ cecū ꝓpter imprudentiam fortuitoꝝ. ꝛ dimidiū erat nigrū ꝛ dimidiū albū. ꝓpt eufortunū ꝛ infortunū que sūt ptes fortune. putabāt em̄ q̄ ab eo qō est incognitū homini sibi nō posse cauere ī malis aut occurrere in bonis ex vno intellectu. ꝛ tō orabant diuinū numē vt ꝓpiciarek in malis auertendis. ꝛ tentuolū et largū esset in bonis cōferendis. Istā tñ opinionē expresse Aresto. nō reprobat. sicut alias. cum de diuino numine aut intellectu diuino determiare ē altioris scientie.

Primū quidem igitur quoniā videmus alia q̄dem semper similiter fieri. alia autem sicut frequenter. manifestum est q̄ neuter horum causa fortuna dicitur. neq̄ qō ex necessitate ꝛ semper. neq̄ eius qō est sicut frequenter. Sed quoniam quedaz fiunt ꝛ extra hec. ꝛ omnes dicūt hoc esse a fortuna. manifestum q̄ fortuna aliquid sit ꝛ casus. huiusmodi em̄ a fortuna fieri et que a fortuna huiusmodi esse dicimus. Eorum autem que fiunt alia quidem ꝓpter hoc fiunt. alia vero non.

Istud est scōm capitulū huiꝰ tractatus in quo Aresto. intendit inuestigat diffinitōnes casus ꝛ fortune ex quattuor diuisionib⁹. q̄m sicut docuit Aresto. scdo posteriorꝝ q̄ diffinitio est inuestiganda ꝙ diuisionē. Est aūt ꝓma diuisio. Eorum que fiunt. quedā dicūtur semp fieri. vt motus astroꝝ. quedam aūt frequēter. quedā aūt extra hec hoc est extra semper ꝛ frequenter vt monstra ꝛ pdigia. Ea em̄ q̄ semp similiter fiunt sunt a causis necessariis eodē modo semp se mouentibus ꝛ habent substantiā incorruptibilem moram. ꝛ ideo non possunt habere contrarium impedientem in causalitate sua. Ea autem q̄ fiunt sicut frequenter. sunt ea que habent causam ordinatam non ne

cessariam. & ideo cõtingit eis habere ꝓtrariũ ꝑ qđ alsqñ possunt impediri ne producant sua causata. sicut est q̃ ex semine olive generet oliua. & ex semie homis generetur homo. & sic de alijs. Et si ista duo compank tunc ea que sunt necessaria & semp sunt mouentia & regulantia ea que sunt frequenter. sed nõ accipiunt in toto regulã ipoz ꝓter hoc q̃ materia ipoz est cũ priuatõne. & forma non in toto vincit eam. Oꝫ eĩ ea que sunt frequẽter deficiunt ab his que sunt semp. hoc est ꝓter materie eoz inequalitatez eo q̃ ipa receptibilẽ ꝓtrioz & disponik ab ipis. ita q̃ aliquã do non obedit motori & forme. tamẽ hoc ipm q̃ frequẽter sunt habent ab hoc q̃ forma eoz & virtus formatiua eoz est determiata ad vnũ. & extraxit porẽtialitatẽ materie ad vnũ que de se fuit indetermiata anteq̃ aduenire ei virtꝰ formatiua vnius determiate a motore determinato. Et sic patet qualiter sepe siue frequẽter currit sub illo qđ ẽ sp et habet aliquid ab eo qđ est ex parte sue forme. & deficit i aliquo ab ipo ex parte sue materie. Manifestũ aũt est q̃ in neutro istoz modorũ ponenda est fortũa. neq̃ id qđ est a fortuna. da vtiq̃ habet causaz determiatã mouentem et formalẽ. & id qđ est semp. & id qđ est frequẽter licet vacil/ler aliqñ in creando ꝓter inordinatõnẽ aliquã sue mate/rie ex diuersa dispositõne cõtrarioz. Sed q̃ quedã sunt extra hec & preter hec hoc est extra semp & frequẽter. & i il/lis omes dicũt. aliqđ fieri a fortuna & a casu manifestum est. q̃ ꝑ iudiciũ loquẽtes dicunt hec esse a fortuna & a foz/tuna fieri. Scđa diuisio est. Eoz que fiunt alia fiunt prop ter hoc. alia vero non. Illa eĩ dicũtur fieri ꝓter hoc que fiunt ꝓter aliquẽ determiatũ finẽ notabilis bonitatis. Et dicũtur fieri non ꝓter hoc. que nõ fiunt ꝓter aliquẽ de/termiatũ finem notabilis bonitatis vt motus manuũ ꝓ/pter aliquã phantasiam aut leuatio vestuce a terra.

Horum autem alia quidem ſm propoſituꝫ fiunt alia vero non. ambo autem ſunt in his que ſunt propter hoc. Quare manifeſtum eſt quoniam in his que ſunt propter neceſſarium et q̃ ſicut frequenter ſunt quedam circa que cõ tingit quod eſt propter hoc. Sunt autem pro pter hoc quecunq̃ ab intellectu vtiq̃ agun/tur et quecunq̃ a natura. Huiuſmodi igitur cum ſm acccidens fiant a fortuna dicimus eẽ Sicut enim et quod eſt aliud quidem per ſe/ipſum eſt. aliud autem ſm accidens. ſic et cau/ſam contingit eſſe vt domus quidem per ſeip/ſam eſt edificatiua. ſm accidens autem vt albũ vel muſicum. Per ſe quidem igitur cauſa finita eſt ſm accidens autem infinita Infinita enim vni accidunt.

Hic phs ponit terciam diuisionem dicens. Eoz que fiunt. quedam fiunt ab agentibꝫ ſm ꝓpoſitum. vt illa que fiunt a libero arbitrio & intellectu deliberãte. ſicut ſunt oĩa voluntaria. Alia aũt fiũt ab agentibꝫ non ſm ꝓpoſitum vt illa que fiunt a natura. aut a natura vegetabili vel ſen/ſibili nõ hñtibꝫ aliquã deliberatõnẽ in ſuis actib. ſzambo iſta ſcz q̃ fiũt a ꝓpoſito & q̃ nõ fiũt a ꝓpoſito ſtz de nũero eo rũ q̃ fiunt ꝓter aliquẽ finem. Manifeſtum eĩ eſt. q̃ tam in his que ſunt ſm neceſſitatem & ſemper q̃ in his q̃ ſunt ſicut frequẽter. ſunt quedã circa que contingit eſſe q̃ fiũt facta ꝓter hec. i. fines determiatos Sũt igit ꝓter fines determiatos facta quecunq̃ agunk a natura. ita vt natura generaliter ſumak ꝑ omni eo qđ agit modo nature. & hoc eſt oĩe illud qđ nõ deliberat ad actũ aliquẽ faciendum. Deinde ſubiungit quartã diuiſionẽ iſtã ſcz. Sicut enim ens diuidik in ens per ſe qđ eſt ſubſtãtia. & i ens ꝑ accidẽs vt noue genera accidentiũ. ita etiã cauſa diuidik in cauſaz per ſe vt cauſa domus per ſe eſt ars edificatiua & edifica/tor. & in cauſam per accidẽs vt cauſa domus eſt fortẽ al/bus vel muſicus. Et tũc phs ſubiungit dãm inter has cauſas dicens. q̃ cauſa per ſe que eſt eſſentialis eſt deter/minata & finita. eo q̃ ſm formã eſt determiata. Cauſa aũt per accidens que eſt per accidens talis eſt ab accidẽte cõ muniter dicto eſt infinita hoc eſt indetermiata eo q̃ ſũt infi/nita ſm formã q̃ vni accidũt. Infinita eĩ accidentia pũt hoiem inducere vt vadat ad locũ vbi inuenit hoiem qui eſt amicus ſuus quẽ tamẽ non intenderat inuenire.

Sicut igitur dictum eſt cum in his que pro/pter hoc fiunt hoc fiat tunc dicitur a caſu et a fortuna. Ipſorum autem differentia horuꝫ ad inuicem poſterius determinanda. Nunc autẽ hoc fit manifeſtum q̃ vtraq̃ ſunt in his que ſunt propter hoc vt cauſa accipiendi argentuꝫ venit vtiq̃ delaturus pecuniam ſi ſciuit. Ve nit autem non huius cauſa. ſed accidit venire et facere hoc reportandi gratia. hoc autem ne q̃ ſicut frequenter veniẽs ad villam neq̃ ex ne ceſſitate. Amplius autez finis & reportatio nõ ſunt in ſeipſo cauſarũ. ſed propoſitorũet ab in tellectu & dicitur a fortuna venire. Si autem proponẽs et huius cauſa aut ſemper veniens aut ſicut frequenter reportaturus non a fortu na. Manifeſtum itaq̃ q̃ fortuna cauſa ſit ſm accidens in his que ſunt ſm propoſitũ. eorum que propter hoc ſunt. Unde circa idem & intel lectus & fortuna eſt. propoſitum enim non eſt ſine intellectu.

Hic philoſophꝰ ex diuiſionibus iam dictis infert de finitõnem fortune premittendo tamẽ qđ prius dictuꝫ eſt ſcz q̃ cum in his que fiunt propter finem aliquẽ aliquid fiat a caſu vel fortuna ſm accidens. tũc dicitur a caſu aut fortuna fieri hoc qđ fit. In quo autẽ differunt caſus & for tuna poſterius dicek Sed ex nunc dictis manifeſtum eſt q̃ vtriq̃ ipoz ſit in his que ſunt propter aliquid vt ſi de moſtenes venerit ad villam. vt acciperet argentuꝫ ſed ſci/uit ibi ſibi foze danduꝫ argentũ. ſi autẽ neſciuerit & inuenit ibi hoiem qui ſibi dedit argentũ. tunc a fortuna dicitur fi eri q̃ accepit argentũ. deferens aũt pecuniã neq̃ ſicut fre quenter venit ad villam neq̃ ſicut ſemper & ex neceſſita/te ſed potius ſicut raro. quia raro hoc accidit. Amplius re portatio argenti eſt finis quẽ ſortitus eſt aduentus ſuus licet nõ intenderit ꝓpter hoc venire. & ideo non eſt finis eſſentialis ꝓter quẽ venit. ſed tñ ẽ finis ꝓpoſiti & intellectꝰ Et eſt notãdũ q̃ ẽ duplex finis ꝓpoſiti & intellectꝰ. qđã eĩ eſt finis ꝓponẽtis & intelligentis. & eſt ille quem intendit ꝑ ponẽs & ſcit & ꝓpter quẽ opak. & ille nõ ẽ fortuitꝰ. Alius

est finis ad quē terminat operatio ꝓposita ⁊ intellectus q̄ est sine scitu ⁊ ꝓdinatōne ꝓponentis. ⁊ ille est fortuitus vt si esset ꝓponens reportare pecuniā. sicut aūt se habet hoc i ꝓposito. ita casuale se habet in alijs causis que sunt preter ꝓpositū agētis. Ex quibꝫ iam infert definitio fortune. Fortuna est causa per accidens in agentibꝫ fm ꝓpositꝫ eoꝝ q̄ fiunt ꝓter hoc extra semp ⁊ frequenter. Et ex hoc vlteri⁹ manifestū est. q̄ fortuna circa idē operatur circa qđ est intellectus practicus. ꝓpositū em̄ deliberans de faciendis nō est sine intellectu practico. ꝓpter qđ si quis cōsiderare velit eē fortuitū ex duobꝫ p se intentis causat. quoꝝ alterꝫ ad min⁹ est a ꝓposito. reliquū aūt aliq̄n est a ꝓposito aliq̄n a natura. ḍa inuentio amici in villa qui nō intentus est inueniri in ea causata est ex eo. q̄ vnus amicoꝝ intendit aliqua de causa ire ad villam ⁊ alter intendit ire ad eandē. cū neuter intenderet ibi inueniri ab altero. Et sic constat. q̄ fortuitum semp causat ex duobꝫ intentis. Et hec fuit causa ḡre quidam dixerūt q̄ habeat cām p se. hoc em̄ mō ablq̄ dubio reducit fortuitū ad causam p se. sicut oē p accūs ad aliqđ p se reducit. nō tm̄ in tali reductōne fit p se. sicut nec accūs fit substātia ex eo q̄ ad subam reducit. Et hec ē causa ḡre falsum dicunt dicentes fortunā nō esse causam p accidēs ꝓpter hoc q̄ reducitur ad causam per se.

Infinitas ḍa dē igit cāe. necesse ē esse a ḍbꝫ vtiꝫ fiat. q̄ est a fortuna vñ videt fortūa infinita esse et imanifesta homini. Et est vt nihil a fortuna videbitur fieri. Omnia quidez em̄ hec recte dicunt. quoniā ratōnabiliter. Et quidem em̄ vt sit a fortuna fm accidens em̄ fit. et est causa sicut accidens fortuna. sicut aūt similiter nulli⁹ vt domus edificatoꝝ quidē causa est. fm accidens aūt tibicē et venientē referendi argentuꝫ non huius causam venientem infiniti sunt multitudine. Etenim videtur aliquā volēs et persequens et fugiens et visurus.

diuine prouidentie spiritibus exercetur seu anima. seu natura seu celestibus siderū motibus. seu angelica virtute seu demonū varia, solercia seu aliquibus eorum seu omnibus fatalis series contexit. Illud enī .manifestum est īmobilem simplicem q̄ generandarū rerum formam esse prouidentiam. Fatum vero eorum que diuina simplicitas gerenda disposuit mobilem nexū atq̄ ordinem temperalem. Ex quibus patet.quid sit fatum ſm veritatem. ⁊ q̄ ipsum sit ponendū in rebus Insuper est notandū. q̄ plura subduntur prouidētie diuine q̄ fato Nā corpora celestia in quibus reperitur fatuz subiectiue nō subduntur fato.que tamen subduntur diuine prouidentie.sed solum generabilia ⁊ corruptibilia existentia sub quibus orbis lune subduntur ⁊ regunf fato. Etiam diuina prouidentia disponēs cūcta nō solū dedit rebus vt essent.sed aliquib⁹ dedit virtutem causandi in suo ordine respectu aliarū rer̄. ita scz q̄ dedit alicui reb⁹.q̄ necessario producerent suos effectus.⁊ aliquib⁹ cōtingenter suos producerent effectus. qm̄ vnūqōq̄ producit effectus suos ſm ordinem ⁊ dispositionem prime cause Ex quopatet q̄ diuina prouidentia nō imponit reb⁹ necessitatez. q̄ quicquid disponit aliqua euenire de necessario et aliqua cōtingenter non imponit omnibus reb⁹ necessitatem.sic aūt est de diuina prouidentia.igitur. Ex quo sequit.q̄ fatum nō imponit necessitatem rebus.quia fatum nihil disponit in rebus nisi ſm exigentiam diuine prouidentie.cum igit diuina ,puidentia nō imponit necessitatem reb⁹. igit neq̄ fatum. Preterea quia virtus causalitatis reperta in dispositōne causarum recipit ad modum recipientium ⁊ nō habet causare nisi ſm exigentiā illorū in quibus reperitur.cuz igit aliqua illorū sunt mobilia ⁊ variabilia etiam illa virtus que dicitur fatū erit mobilis et variabilis ad modum illarū rerū. Ex quo sequitur vlterius.q̄ virtus.causalitatis corporū celestiū non imponit necessitatem istis inferioribus.quia illa virtus ſm q̄ in inferioribus recipitur. aliquādo recipit materiam dispositam ad effectus contrarios.⁊ ideo illa virtus impeditur propter materie indispositionem. et licet talis dispositio materie reducatur in causam celestē. hoc tamen non est ſm eundem aspectū ⁊ eandem virtutem causalitatis.igit fatū et diuina prouidentia non sunt a rebus casum et fortunā remouētia.

Ad obiecta i oppositū

Ad primū dicendū est q̄ nihil ortum est sub sole cuius legitima causa nō precessit vera est illa propositio.sz effectus casualis vel fortuitus est accidentalis et ille nō habet causam legitimam per se.sed per accidens cum sit inter cām et effectū proportio.⁊ sic effectus p accidens habet causam legitimam per accidēs ⁊ effectus per se causam legitimam per se. Sed diceres .omne qđ vere est et nō est causa.est causatū.sed ome quod factumest.a natura vel volūtate quocunq̄ modo vere est.igitur est vere causatum.sed vere causatum habet causam veram ⁊ determinatam.et nihil talium est casuale aut fortuitū.igitur nihil fit a casu et fortuna Ad hoc dicēdū est.q̄ ista propositio ome qđ vere est effectus habere veram causam. potest duobus modis intelligi ⁊ hoc propter equiuocationē veri.vno modo incīptū verū dicit veritatem cause. et tunc non est vera.qm̄ sic verū opponitur nō ad falsuz sz ſm quid.⁊ cōuertit vez cū simpliciter.vt idē est vera causa ⁊ simpliciter causa. Alio modo incīptū verū dicit veram causam proportionis ſm modū debitū sibi.⁊ ex hoc inferri nō potest.q̄ id qđ habet verā causaz hz cām per se.impediente equiuocatione Ad secundū dicendum est.q̄ illa que dicunf fieri a casu ⁊ fortuna accipiūt denominatione a causis pticularib⁹ in quib⁹ contingēter producunf.et nō a causa vniuersali.q̄ prima cā in vno momēto eternitatis simul ⁊ semel videt omnia p̄terita et futura tanq̄ sibi presentia ⁊ ideo nihil producitur in rebus preter cognitionem prime cause quare etiā respectu ipsius nihil ,producif a casu et fortuna. Et licet res ,producanf a prima causa virtute hoc tamen non est immediate sz ſm q̄ talis virtus recipif in causa pticulari in qua accipit contingentiam respectu effectus et ab illa sumit denominationem. Non tamen est intelligendū primaz cām producere aliquid mediāte cā pticulari sic q̄ causa particularis sibi conferat aliquā virtutem producendi.

Ad tertiū dicendum est.licet casus et fortuna tanq̄ cause per accidēs bene reducantur ad cām p se. sicut ad causam priorem nihilominus multi fiūt effectus fortuiti et casuales in ordine ad cām proximam. Ad quartum dicendū est. licet contingens raro causam habeat materialem.sicut contingēs ad vtrūlibet. vltra tamen illam habet causam efficientem.licet non sit per se determinata ad esse.sz solum determinatur per accidēs vt dicuz est. Ad quintū dicēdū est q̄ in his que subsunt volūtati.q̄dū se habent ad vtrūlibet nihil accidit preter intentionem agentis.quia volūtas non mouet ad prosequendū vel fugiendū q̄dū est indeterminata et se habeat ad vtrūq̄.sed in istis post determinationem voluntatis ad vnum potest aliquid fieri preter intentionem voluntatis.⁊ illud quod sic accidit se habet vt raro contingens.et plus se habet ad non esse respectu cause efficientis que de se est magis determinata ad producēduz q̄ non producendum. Et loqui et non loqui.ambulare aut non ambulare et huiusmodi sunt contingentia ad vtrūlibet ſm q̄ habēt se ad esse et non eē. in his in quib⁹ sunt materialiter hoc est in membris mobilibus ad hec opera.illa aūt nihil agūt ad finem aliquē sz aliqđ agitur in ipis a voluntate mouente ea.et ideo nihil fit in eis a casu et fortuna. Si aūt cōpenf ad voluntatem tūc sunt frequenter vel semper.et sic iterum in eis non est aliquid a casu vel fortuna.et sic patet.q̄ in talibus nunq̄ fit aliquid a casu et fortuna. Materia enī si sola in sua potentia consideretur ad vtrūlibet se habet.vt si dicatur.pluere et non pluere est contingēs ad vtrūlibet.qm̄ materia eius nō est plus ad esse q̄ ad non esse.sz si dicaf pluere in hieme in pluribus erit propter formam et efficientē Et si dicatur pluere in estate in diebus canicularibus erit in paucioribus propter efficientē ⁊ formam. Ex quib⁹ patet q̄ triplex est contingens scz contingens vt in pluribus.et vt in paucioribus.et ad vtrūlibet Ad sextū dicendum est.q̄ cū Aresto.loquatur de causis contingentibus nō oportuit ipsum excipere cōtingēs ad vtrūlibet.quia per se patet.q̄ casus et fortuna sunt de causis agentibus. et ideo nihil esset dictu q̄ diceretur esse extra contingens ad vtrumlibet Sed cum tres sint modi cause agentis in natura ⁊ voluntate. scz semper et frequenter ⁊ in paucioribus.et ipse dixit. q̄ casus et fortuna non sunt in eo q̄ est semper. neq̄ in eo quod est frequenter.relinquitur per se ipsum q̄ erunt in his que raro hoc est in paucioribus contingunt. Sūt tamē q̄dam

dicentes q̄ista contrauersia aliquo modo ꝯcordari p̄ōt Nam q̄dam vt Auicenna et sui sequaces dicunt q̄ in contingenti ad vtrumlibet potest fieri casus et fortuna. et alij ex opposito vt dictū est per distinctōem ꝓtingētis ad vtrūlibet. Nam quoddā est quod radicatur in materia. t ingētum se indifferenter habet ad esse vel non esse alicuius effectus. t in tali non reperitur casus vel fortuna. Aliud est contingens ad vtrūlibet quo ad voluntatem que equaliter ad vtrūq̄ oppositorum se habet. t circa tale contingens ad vtrūlibet hꝫ fieri casus et fortuna

Incidunt dubia quo-

rum p̄mum est quid mouebat antiquos qui dicebant celestia corpora esse a casu et fortuna. t non ista inferiora

Solutio q̄ ideo. q̄ causas manifestas istorum inferiorum viderūt. et causas celestium nō viderunt Et causa errorꝭ ipsorum fuit ignorantia astronomie que tempore eorum nondum erat inuēta. sed manifestum ēhāc opinionem in falso fundamento esse fundatam. q̄m licet videaf diuersitas in motu celestium corporum tamē est regularissim⁹ et certissimus a determinatissimis causis originem habens.

Secūdum dubium est.

An fortuna sit quoddam diuinum ens felicius humano intellectu sicut antiqui dixerūt Solutio q̄ isti antiqui in ꝑte verū dixerūt et in ꝑte falsum. verū quidē dicebant in hoc. q̄ posuerūt fortunaꝫ esse causam humano intellectui manifestam cū casus et fortuna sint cause p accidens humano intellectui indeterminate Et falsum dicebant ponentes fortunā esse q̄dam ens diuinū et cām felicitatis. Et ideo antiqui in templo eorū depinxerūt imaginem cece mulieris rotā voluentis. in hoc designantes fortune instabilitatem. Dicebant em̄ quosdam per illam rotam ascēdere p eufortunīū. t quosdam descēdere p infortunīū. sed falsum est. q̄ fortuna est ens diuinuꝫ cum sit fallibile ꝓpositū nature humane. Etiam falsum est. q̄ effectus fortuiti sint ea in quib⁹ consistit felicitas. Et licet Aresto. opinionem hic nō reprobat. tamē plane hoc facit p̄mo ethicorum dicens. q̄ effectus fortuiti nihil ad felicitatem faciunt. cum ipsa sit in operatione excellentissime potētie fm optimam virtutem t circa summum bonū imo bona fortuna sepe felicitatis est impeditiua. q̄ plures propter diuitias perierūt t hoc p abusuꝫ earūdem Est tamen cōsiderandū q̄ est duplex felicitas scꝫ actiua t ꝓemplatiua. Actiua stat in tranquillitate et in domīno passionū hominis fm eius esse inferius et est perfectio eiusdem. Alia vero est ꝓemplatiua q̄ stat in operatiōe intellectuali fm optimam virtutem scilicet sapientie t est perfectio hominis fm eius esse superius p̄ma felicitas scꝫ actiua ordinatur in secūdam sicut in finem suū. Et ad p̄mam conferunt bona fortuna bene vrenti quo dici solet q̄ melius sit pauperez ditari q̄ philosophari. t hoc dicit Arestoreles p̄mo ethicorum bona fortune esse organa et instrumenta felicitatis. Et q̄ꝫ sint felicitatis instrumenta non tamen sunt necessaria q̄m sine eis potest felicitas esse t etiam permanere quia multi infortunatissimi in rēporalibus dicūtur fuisse t eē felices cū felices fm felicitatē nullis aduersitatib⁹ perturbantur licet bene turbantur sed manent sicut tetragonus hoc est quadratum sine vituperio siue extollantur per eufortunium siue deprimantur per infortunium sed semper manent constantes in medio virtutis q̄ sicut tetragonus semper stat siue proiciatur ad lutum siue non sic etiam felices siue sustineant prospera siue aduersa.

Tertium dubium est.

An illud poeticum dictum sit verum. quo dicitur Fortunā esse deum imortalem amministrantem temporalia velatam linteo voluentem rotam. Solutio illud poeticum dictum duobus modis potest intelligi. Uno modo fm veritatem sic q̄ veraciter sit talis idea immor talis temporalia amministrans. t sic est simpliciter falsum. Nam p̄ma causa scꝫ deus sicut amministrat spiritualia. ita t temporalia. vt dicitur sapiētie octauo. ſattingit a fine vsq̄ ad finem t disponit omnia suauiter. Alio modo potest intelligi fm apparentiaꝫ nostram. et sic potest saluari. quia fm nostram apparentiam apparet q̄ ista temporalia cum ceco modo hominibus amministrantur. quia bonis quandoq̄ dantur in paucitate et malis in abundantia. et ideo dicitur idea eē ceca siue velata linteo quasi non cognoscens quibus distribuat temporalia. Et dicitur voluere rotam propter mutabilitatem rerum temporalium. quia sicut in rota que volitur fit magna mutatio fm situm rote. t fit reditus ꝑtium rote fm eundem situm in quo p̄rius fuerant. sic etiam est multiplex mutatio in istis temporalib⁹ cum multi deueniunt de paupertate ad diuitias et econtra. sed secūdum veritatem ista non fiūt a fortuna. sed a deo ꝓuidēte t ordināte.

Quartum dubium est.

An ne sint alique conditiōnes que requiruntur ad hoc vt aliquid fiat a fortuna Solutio q̄ sic. quarū p̄ma est. q̄ talis effectus non sit per se intētus sed per accidēs sic q̄ accidat effectui per se. vt si quis vadat ad fozꝫ et cadat. ille secundus effectus accidit effectui per se. Secunda q̄ ille effectus accidat in paucioribus. t ideo cuꝫ aliquis aperiendo fenestram illuminet domū. talis illuminatio non est fortuita. quia fit in pluribus. Tertia q̄ ille effectus eueniat p̄eter intentionem agentis. ideo si quis iuerit ad fozū ꝓponat cadere in aquam non sibi euenit a fortuna. Quarta quando ille effectus accidit effectui non producto propter finem. vt si in fricatiōne barbe cadat pilus ille casus pili nō est fortuna.

Quintum dubium est.

An vbi sit minor intellectus sit maior fortuna. Solutio q̄ sic. Nam vbi est maximus intellectus ibi omnia prouide ordinant. igitur ibi est minor fortuna Sed vbi intellectus est minor pauca ꝓuide ordinantur. igit ibi contingunt multa a fortuna. q̄m multa p̄eter eius intentionem accidūt dūmodo tamen sit tantus intellect⁹ q̄ sit propositū aliquid agendi. t illud dicitur propter infantes vsum rationis non habētes. Sed diceres infantes habēt rationē igit in eis potest accidere fortuna Ad hoc est dicendū. q̄ licet rōem habeāt fm essentiam nō tamen habēt rationis vsum. qz operatio elicitur a potentia sibi aliquē finē p̄stituēte tāq̄ bonū grā cuius agit

et per ꝯsequens non inuenitur fortuna in inanimatis et bestijs cum in eis non est actio fm ꝓpositum nisi forte metaphorica.

Sextum dubium est.

An vnus homo posset esse melius alio fortunatus Et videtur q nō. qz fortuna est intellectus practicus in homine. intellectus aūt practicus cum sit potentia anime rationalis non est magis in vno q̄ in alio. igit fortuna non est magis in vno q̄ in alio Solutio duob⁹ modis accipitur fortuna. Vno modo ex parte cause fm q fortuna fcat ipsum intellectum practicū aut ipsum agens p intellectū. et sic in vno non est magis fortuna q̄ in alio q m substantia et qualitates de secūda specie non suscipiunt magis neq minus. Alio modo accipitur fortuna ex parte effectus fortuiti. et sic est magis in vno q̄ in alio. quia vni accidunt plures effectus fortuiti q̄ alteri. Et hoc ex duobus ꝓtingere potest. vno modo ex parte agentis ex quo cū effectus fortuitus accidit ei ꝓter intentōnem. sic illi agenti accidunt multa a fortuna ꝓter eius intentōem Alio modo ꝓtingit ex parte illorum que concurrunt ad actionē hominis. et sic sunt tria scz corpus. intellectus. et voluntas. Ex parte corporis potest aliquid accidere vni q ipsum inclinet ad aliquid agendū. et ex illa actōne euenit aliquid fortuitū ꝓter intentōem. vt si aliquis ex influentia corpoꝝ celestium minuatur sanguine minutio sanguinis ē fortuita. qz homo per se mouetur ad calorem per talem influentiaz. et ex tali caloze euenit q minuitur sanguis. Ex pte intellect⁹ quia boni angeli possunt mouere nostrū intellectum mouent igit q m intellectum ad aliquid operandū cui consurgitur aliquid ꝓter intentōem operantis et hoc fit a fortuna. et cum hoc non omnibus equaliter accidit. igit nec fortuna. Ex parte voluntatis que mouetur efficaciter a deo qui potest mouere voluntatem ad aliqd op⁹ cui accidit aliquod bonū ꝓter intentōem voluntatis t pōt contingere vni et nō alteri vt a deo aliquā do voluntas paupis mouet ad fossionem in aliquo loco ita q ꝑter intentōem fossoris inueniat thesaurus Et p hoc patet ad obiectū in oppositū.

Septimum dubiuz est.

An fortuna bene diuidatur in bonū et malum. cū tamē bonū t malum sunt differentie finis. Solutio q sic. vt patet per Aresto. in textu. Nam sicut materia specificatur per formam. ita causa efficiens p finem. Et sicut causa efficiens duplex est. scz p se et per accidens. ita etiā specificatio cause efficientis per finē duplex est. fortuna aūt est causa efficiens p accidens ad causam efficientem per se reducibilis. ideo specificatur ex fine qui habz se in rōne boni aut mali t fm hoc fortuna dicit bona vl mala Et licet malum in eo q malum non habeat rationem finis vtiq tamē in ratione boni. Etiam casus potest sic ꝓportionabiliter diuidi.

Octauum dubium est.

An modica differentia apud rōem reputetur nulla Et videt q non. quia ratio est subtilissima vis discernendi. igitur modica differentia apud eam reputatur Solutio est duplex ratio scz speculatiua et practica. speculatiua quidem ratio cognoscit verum absolute. practica aūt cognoscit bonū fm q a nobis est operabile. Per hoc dicendum est. q ratio speculatiua quod modicum est vtiq reputat. cum ipa vnūquodq discernit fm eius naturam. sed ratio practica quod modicū est non reputat hoc est non apprehendit sub rōne finis qui possit mouere appetituz et intentōem agentis. et sic verificatur dictū phi de rōne practica. non autem speculatiua

Nonum dubium est.

An fatum t diuina ꝓuidentia imponāt oīb⁹ reb⁹ necessitatem. Et videt primo q sic. qz dicit gregorius absit a fidelium mentibus vt fatum esse credatur. igitur non est. Scdo si fatum esset ponendū. vel esset vnū vel multa. mobile vel immobile Nō vnū tm dicēte poeta tot tua fata trahunt. Neq plura. quia fatum idem est cū ꝓuidentia diuina immobili. Nec etiam mobile. qz fatum ē dispositio inherens rebus mobilibus et per ꝯsequens ē mobile. Tertio si aliquid esset fatum videtur esse in rebus creatis. sz hoc non. vt dicit Aug⁹. dei volūtas seu prās fatum appellatur. sed illa non est in reb⁹ creatis igitur nec fatum Quarto q̄cq̄d ꝓuisum est a deo necessario eueniet. sz q̄cq̄d euenit in rebus a deo ꝓuisum est. igit oīa q̄ euenūt ex necessitate euenūt Solo q nō vt patuit circa vltimā cōclusionē secūdi discursus. ad obiecta Ad ꝓmū dōm est. q fatū esse ponēdū duobus modis intelligi pōt. vno modo q sit dispositio inherens rebus mobilibus et illo modo est ponendu. Alio modo ingrum est dispō necessario obligās ista inferiora ad immobiles euentus quo posuerūt ipm stoici quos nō insequimur. t illo mō fatum non est ponendum. Ad secūdum dōm est q trib⁹ modis consideratur fatū. vno mō consideratur in ordine ad primam causam a qua contrahit originē. t sic fatuz dicitur q̄dā lex vel regula p quam est vniuersitas entiuz. t sic ipsum est vnum t immobile. Alio modo ꝓsiderat p respectum ad illa in quibus primo recipitur vt sunt orbes celestes. t sic ipsum est vis quedam ex ꝓnexione causarū inferiorum t superiorum procedens. et illa vis causalitatis habet necessitatē. quia vt recepta est in corporib⁹ celestib⁹ nōdū suscipit aliquaz ꝓtingentiam. Tertio modo considerat fm q recipitur in causis inferioribus. t illo modo qz recipitur ad modū recipientiū q̄ sunt mobilia t variabilia. recipit variabilitatem mobilitatem et contingentiam in illis que reguntur fato. t sic potest dici mobile t etiam plura. Et definitio quā dat Seneca scz q fatū ē dispositio causaruz et actionū quā nulla vis corrūpere possit intelligitur de fato considerato fm se vel p respectum ad primā causam. t sic habet necessitatem de se. non tū sequitur q necessitatem ꝓpter in effectib⁹ mobilib⁹ in quib⁹ recipitur ad modum recipientium. Ad tertiū dōm est. q ordinatio secūdarū causarū nō habet rōem fati nisi fm q a deo dependet iō volūtas t prās dei pūt causaliter dici fatū tm fatū est series dispositio seōax cāx Ad quartū dōm ē q quicquid ꝓuisum est a deo de necessitate eueniet. eo modo quo ꝓuisum est euenire. Et ad mmorem dicendum est. q aliqua sunt ꝓuisa necessario. et aliqua contingenter. ideo non oportet contingentia simpliciter necessario euenire. sed bene conceditur. q contingentia necessario habent inclinationem vt eueniant cōtingenter. habere autem necessitatem siue contingentie non est

habere necessitatem simpliciter. Et dicit Auicenna. q̄ illi qui sustinent illam opinionem q̄ omnia de necessitate eueniunt. debeāt puniri pena sensus. hoc est debent poni aut mitti ad ignem. ⁊ si tales clamauerint p̄o libertate dicendū est ad eos. necesse est omnia de necessitate euenire. ita q̄ ipsi ex pena negent. quod ex pertinacia defendunt.

Decimum dubium est.

Quō differunt fatum ⁊ diuina p̄uidētia Solutio q̄ sic. quia diuina p̄uidentia est in p̄ma causa in qua sunt res vnite. sed fatum est in causis secūdis in quibus res quodam modo pluraliter existunt. secūdo differunt quia p̄uidentia est scientia īmobilis et stabilis. fatum vero in rebus mobilibus quod ā modo mobile. Definitio diuina p̄uidētia est causa fati. ⁊ fatum eius effectus ideo dicit Boetius q̄ ordo fatalis ex simplicitate diuine p̄uidētie procedit. Quarto quia tam necessaria q̄ contingētia diuine p̄uidentie subduntur. ⁊ sic omnia que sunt sub fato subsunt diuine p̄uidētie. sed nō ecōtra

Ue autem sunt cause et quot sunt numero. quot diximus manifestū est tot eīm fm numerum propter quid cōprehendit. Ad enim quod quid est reducitur propter quid vltimum in īmobilibus vt in mathematicis. In definitione recti aut commensurati aut alterius cuiusdam reducitur vltimū aut in mouentem primum. vt propter quid certauerunt. q̄m furati sunt. aut alicuius gratia vt dominent̄ aut in his que fiunt materia Quidem igit̄ cause he et tot sunt manifestum est

¶ Iste est tractatus quintus in quo philosophus ostēdit q̄ physicus habet per quatuor causas demonstrare p̄mittens intentionem suam dicens. que autē et quot sunt cause numero. hoc ex p̄dictis est manifestū. et q̄ tot sunt phs probat. q̄m tot sunt cause ⁊ propter quid comprehendit. hoc est quot modis cōtingit respondere ad interrogatōes factā p̄ ꝓpter quid ſz ꝓpter q̄d nō cōprehendit plura genera q̄ quatuor. igitur sunt quatuor p̄ius nominare. scz materialis efficiens formalis et finalis. Maior patet. quia propter quid querit de causa. Minor patet. quia siue inquiratur causa in īmobilib⁹ que sunt diuina et mathematicalia siue q̄ratur p̄opter quid de mobilib⁹ que sunt physica non queritur nisi aliqua quatuor causarū. In mathematicis eīm inquiritur causa formalis. vt quid sit rectū. quid mēsurabile aut inquiritur definitio cuiuscūq; alteri⁹ formalis. ⁊ sic reducitur questio ad vltimum ꝓpter quid q̄d est causa formalis in qua stat resolutio. sed in illis nō inquirit materia. q̄ abstracta sunt mathematicalia. Nec inquirit ibi mouens cū a motu sunt abstracta. Nec finis inq̄rit ibi. q̄ finis in ratione nobilis ⁊ digni nō est nisi in mobilibus. Sed querēdo de mobilibus physicis ꝓpter quid reducitur in mouentem causam que est efficiens. vt cuz queratur propter quid certauerunt vel quid eos mouerit ad certamen. dicit q̄ furati sunt. volentes q̄ furtū sit causa mouens ad certamen. vel propter quid certauerunt querentes finem. dicitur vt dominentur. Aut inq̄ratur causa in his que fiunt reducitur illa causa aliqñ in materiā. vt ꝓpter quid ista sunt generabilia ⁊ corruptibilia respondetur q̄ in materia cōicant. igitur manifestum est. q̄ cause sunt he q̄ dicte sunt. ⁊ tot nūero. q̄t dicte sūt.

¶ Qm̄ aūt cause quatuor sunt de oīmbus erit physici cognoscere. et in omnes inducens propter quid demonstrabit physice materiā speciem et mouentez et quod est cuius causa Uenium aūt tres cause in vnā multotiens Quod quidē eīm quid est. et quod cuius causa est. vna est que vero vnde motus principium specie est eadem his. homo eīm generat hominem

¶ Hic phs ostendit propositū suū. scz q̄ naturalis philosophus ex omnib⁹ causis demōstrat dicens. q̄ cū quatuor sint cause ad naturalem phm ptinet omnes causas ꝓgnoscere. et per oēs demonstrare reducendo questionē propter quid in quamlibet dictaꝝ quatuor causarum. In physicis autem tres cause multotiens coincidunt in vnā rem fm rationem licet non coincidant in vnuz modum causalitatis q̄ modus causalitatis eoꝝ oppositus est licet res causarū non sint semper oppositе In physicis eīm quiditas qua aliquid est qd̄ est. que est forma et causa finalis cuius causa fit hoc qd̄ fit vna res est nūero semper. licet differat fm rōem causalitatis. quia idē qd̄ est forma faciens actu esse materiā. et quod est quiditas rei causans sibi rōnem et spēm. est finis fm q̄ est terminans motum efficientis q̄ intendit ipm fm esse quod hz in materia. et sic patet q̄ vna res nūero et substantia est et finis ⁊ forma licet diuersificetur in esse et ratione Efficiens aūt in naturis nō est idem nūero cū forma ⁊ fine. sed semper est idem specie. si sit efficiens vniuocum. vt homo generat hoiem. Cum eīm homo generat hoiem forma hominis mouens est in generatione. ⁊ est intenta a generante sicut finis ⁊ est eadem que actu facit esse materiam. generāt autem hominem sol ⁊ alia corpora celestia. vt supra dictum est

¶ Et tenetur physicus hec considerare omnino quecūq; mota mouent. quecūq; autem nō Non aūt amplius physice sunt. non eīm in seipsis habētia motū neq; principia motus mouent. sed īmobilia sunt. Unde tria negotia sunt. Hec quidem circa īmobile. alia vero circa mobile quidem incorruptibile quedā autez circa mobilia corruptibilia

¶ Hic phs ostendit q̄ physicus directe et per se habet considerare oia mouētia mota. q̄ talia cadūt sub corpore mobili. sed mouentia oīno īmobilia nō habet physicus cōsiderare nisi inq̄ntum ad motum referunt. q̄ talia non habent in seipis principium physicum motus qd̄ ē natura mouens. ſz potius mouent per intellectum cum sint mouentia īmobilia. Et ideo tria negotia sunt essentialiū ptium phie. quedam eīm pars est circa īmmobile fm esse ⁊ rōem sicut est negociū diuinū. hoc est metaphisica. Alia est q̄ fm esse est circa id qd̄ est mobile ⁊ fm rationem īmmobile ⁊ incorruptibile sicut mathematica. tertia autē est circa species mobiles ⁊ corruptibiles fm esse et fm rōem sicut physica.

¶Quare propter quid in materiam reducenti redditur et in eo q̄ quid est. et in primū mouēs De generatōne em̄ maxime hoc modo causas cōsiderat quid post aliquid fiat. et quid primus fecit. aut quid sustinuit et sic semper quod cōse/quitur Duplicia autem sunt principia mouentia quorum alterum non physicum est. Non em̄ motus principium habet in se ipso Huius modi autem est si aliquid mouet quod nō mo/uetur. sicut est quod penitus est immobile omnium primum.

¶Hic phs ostendit. q̄ ad physicū ptinet cōsiderare omnes causas. z hoc ostendit primo de tribus. scz materia et forma z efficiente. scdo de fine. Dicit igitur q̄ phus naturalis habet determinare de generabilibus z corruptibilib⁹. igitur etiam habet determinare de his que cō/currunt ad generationem. sz tres cause ad generationez cōcurrūt. q̄m oportet in generatōne esse aliquid q̄ fiat post aliud. id est oportet esse formam que acquirit in materia. et oportet esse aliquid q̄ facit generationem id est efficiens. Et iā oportet aliquid ee q̄ sustinet formaz scz materiā q̄ est subiectum. z ex his tribus causis consequitur generatū. Non tamē oīe mouens considerat a physico. sed mouēs motum. Nam aliq̄ est mouens omni/no imobile quod est p̄ncipiū omnium.

¶Et q̄ q̄d est et forma Finis em̄ et cuius grā/Quare q̄m natura propter aliquid est et hanc cognoscere oportet

¶Hic phus ostēdit. q̄ ad naturalem phm spectat cō/siderare de fine. q̄m forma z finis coincidūt vt dictū est prius. igit ad eū spectat de fine considerare. Sz diceres igitur phs non habet considerare finem in ratōne finis. sed in ratione forme. Sed ad hoc dicit Aresto. q̄ natu/ralis phs habet considerare naturā natura aūt agit pro pter finē. igit habet cōsiderare finē in rōe finis Et quib⁹ pz. q̄ physicus hz considerare oēs causas.

¶Et penitus reddendū propter quid. vt quia ex hoc necesse est hoc esse. Hoc aūt ex hoc aut simpliciter est aut sicut frequenter Et si hoc debet fieri. sicut ex propositionibus cōclusio Et q̄m hoc erat. quod quid erat esse et quia digni/us est sic nō simpliciter sed ad vniuscuiusq̄ substantiam.

¶Hic phs ostendit. quō physicus habet demonstrare per omnes causas. quia propter quid. est in naturalibus penitus reddendum Subiūgens tū differentiā quō scz differenter p causas proceditur. z vult q̄ si procedat ex causis prioribus in generatione scz ex materia z efficiente tūc quādoq̄ sequitur aliquid simpliciter id est necessa/rio. scz q̄n causa habet necessariū ordinem ad effectum. Exemplum de causa efficiente. vt sol oritur ergo dies ē. De causa materiali. illud est ex contrarijs compositū igitur est corruptibile. Quādoq̄ vero sequit frequen/ter scz q̄n causa non habet necessariū ordiné ad effectum vt semē est. igit fructus erit. Potest em̄ fructus multipliciter impediri. igit nō sequit necessario Et dicit naturaliter de causis prioribus via generationis. q̄ finis et forma sunt priores absolute Etiam q̄n demonstrat p causam formalem. tunc sequitur effectus ex tali causa sicut conclusio demonstrationis ex propositionib⁹ necessarijs. alia aūt sequit ex necessitate. igit talis effectus sequit necessario. Similit de cā finali. q̄ ex illo q̄ dignū ē id est ex causa finali etiam sequit effectus sic. id est p necessitatez Dignitas em̄ finis ē in physicis eo q̄ natura nihil agit ociose vel frustra q̄ dignitas finis non attrēditur in alijs. Cause tamen iste non sunt simpliciter reddende. sz potius sm q̄ proportionant substantie vniuscuiusq̄ rei naturalis. Si em aliquando querat de causa efficiente. cū efficiēs causa sm se non sit propinqua causa. quare forma est in materia vel finis. oportet reddere efficiētem put est sub intentione finis mouētis. Non em̄ erit pertes responsio ad interrogationē factaz. quare est domus. q̄ diceret. q̄ habet artificē. sz oportet q̄ dicat. q̄a artifex intētione defensionis a pluuia z p̄ncēdi diuitias fecit eam Sit aūt aliquādo sufficiat respōdere p solam causam efficientē. tūc in se habet ordiné ad finē. Aut q̄stio ē de cā finali. sicut querit quare sanatus est iste. z est supponens finē ista q̄stio. z q̄rit de causa efficiēte. z iō pgrua ē respō/sio dicēs simpliciter causam efficientem. quia bibit medicinam. Medicina em̄ fm se est effectiua sanitatis. z hoc modo oportet considerare in oib⁹ causis q̄ respondeat ad questionem physicam put habēt proportionē ad vni/uscuiusq̄ rei substātiaz Sunt tū quidā qui dicūt q̄ hoc non sit intelligendū nisi de fine. q̄ō aresto. dixit. q̄ non simpliciter assignāda est cā sz ad substātiā vniuscuiusq̄

Incidunt dubia quo/

rum primū est. An physicus habet quatuor causas cō siderare ac per ipsas demonstrare. Et videtur primo q̄ non. Nam multe sunt cause efficientes que non sunt physice considerationis. igitur physicus nō habet consi derare quatuor causas. Ans pbat. q̄ ipe solum cōside rat variabilia z mutabilia. multe aūt sunt cause efficien tes iuariabiles et imutabiles. igitur. Scdo. in omni demōstratōe pter quid p̄ncipia debēt esse notioza p̄n cipiato hoc est effectu. sz materia non est notior q̄s eius effectus. quia effectus formam includit rōne cuius ipse est simplicior notior ipsa materia. igitur physicus nō ha bet demonstrare p materiam. Tertio demonstratio debet eē per principia intrinseca respectu ipsius effectus causa aūt efficiēs et finalis sunt p̄ncipia extrinseca. z nō intrinseca. igitur per ipa nō habet physicus demōstrare.

Solutio q̄ sic. habet em̄ pconsiderare oēs causas. q̄ con siderans motum habet considerare causam efficientem sed efficiens forma z finis coincidūt. igitur ad physicū spectat pconsiderare finem et formam. et q̄ forma non pōt pgnosci nisi pgnita p̄ria materia eius. igitur ad physi/cum etiā ptinet pconsiderare de materia. Et q̄ demōstret per eas patet. quia habet demonstrare per illa que pōt reduci ad questionem pter quid de aliqua re naturali omnes aūt cause reddi possunt in naturalibus ad que/stionem pter quid. igitur tē. vt per causam formalem. pter quid homo est risibilis. quia est animal rationale. per causam materialem. An homo sit corruptibilis. q̄a est ex contrarijs. p cām efficientem dies est. q̄ sol ē sup emisperium nostrum. z per causam finalem pter quid

dentes anteriores sunt acutiores posterioribꝫ. qꝛ melius est sic fieri ꝯ aliter.

¶ Ad obiecta in oppositū. Ad ꝓmū dōm est ꝙ physicꝰ nō hꝫ oēs causas ꝓsiderare fm numerū aut in ꝑticularibus.sed solū ꝓsiderat eas fm genus rerū naturaliū ¶ Sed diceres.physica est sciētia spēalis.sicut est mathematica. mathematica aūt vnā solā cām scz formalem ꝓsiderat ꝙ quā definit ꝛ demonstrat.ergo etiā physica vnā solā ꝓsiderabit.ꝛ ꝙ sequēs physica ē certioꝛ mathematica.nā illa scia est certioꝛ q̄ habeꝝ ꝙ tuoꝛ causas.ꝯ illa que ꝙ vnā tm̄.physica vero ꝓsiderat quatuoꝛ causas .vt dr̄ Aresto. in textu.mathematica vnā.ḡ. Ad hoc dōm est ꝙ certitudo scie nō ꝓuenit ex multitudine causarū.sed ex ꝑfectioꝛi habitudine ipsaꝝ ꝛ notioꝛi ad suū effectū. ꝛ etiā ex certitudine sui scibilis.ꝛ ideo licet mathematica sit certioꝛ physica.nō tm̄ oportꝫ eam ꝓcedere ꝙ plures cās ꝯ physica ꝓcedat.sed ibi certitudo magis ꝓuenit ex certitudine scibilū que ꝓportionata sunt intellectui nostro. Hoc tm̄ verū est ꝙ qñ de eadem re habeꝝ scia formaliter illa que habeꝝ ꝙ plures causas certioꝛ est.sz qñ habeꝝ scia de diuersis rebus aut de eadē materialr̄ ꝛ diuersa formalr̄. illa non est semꝑ certioꝛ que est ex pluribꝫ causis.sed illa que certioꝛi mō ꝓcedit.aut que est de simpliciori subiecto. ¶ Ad secūduꝫ dōm est.ꝙ licet materia sola sit ignotioꝛ suo effectu tm̄ materia in analogia formē est notioꝛ ipso effectu.qꝛ passiones naturales fluūt ab ipsa forma fm ꝙ est in materia Etiā licet effectus totalis sit notioꝛ ꝯ aliqua cā ꝑticularis.tm̄ q̄libet cā ꝑticularis est notioꝛ suo effectu. ¶ Ad tertiū dōm est licz efficiēs ꝛ finis sint cause extrinsece quo ad esse rei.sunt tm̄ quodā mō intrinsece quo ad fieri ipsius. Nam finis mouet efficiētē. ꝛ efficiens ꝙ virtutem intrinsece agit in ipm̄ effectū.qꝛ tangit materiā non solū extrinsece fm superficiem.sed intrinsece ꝙ virtutez in materia receptā. Etiā dictū Aresto.sic intelligit.demōstratio nō debet dari ꝙ extrinseca hoc est ꝙ ea que sunt alterius generis.aut ꝙ ea que cadūt sub ꝓsideratōe alterius scie. quia subiūgit ibi causam.scz ꝙ nō ꝓtingit demonstratoꝛē descendere de genere in genus.ꝛ nō debet intelligi ꝙ nō posset fieri demōstratio ꝙ cām efficientē vel finalem.

Secundum dubiuꝫ est.

An ꝓpter ꝙd ꝓphendat quatuoꝛ cās.ita ꝙ ꝙ quamlibet cām ꝑt rnderi ad q̄stionē ꝓpter ꝙd. ¶ Et videꝝ ꝙ non Nā ꝓpter ꝙd ꝓuenit fini.vt pz ꝙ illud merū Per dat forlem.sed ꝓpter dat tibi finē. ¶ Solo.ꝙ sic.vt pz ex dictis Et ad obiectū in oppositū dōm est.ꝙ ꝓncipaliter ꝛ ꝓcipue ꝓpter quid querit de fine.sed qꝛ cā finalis est ꝑticipatiue in aliis causis.ita ꝙ alie cause nō sunt cause nisi ex fine ideo interrogatoriū ipsius finis ꝑt aliquo mō ex quadaꝫ accōmodatōe ꝛ ꝑticipatōe esse etiā interrogatoriū aliarū cāꝝ.ꝛ tanto amplius ꝯto alie cause sunt plus de fine ꝑticipates.ꝛ sic ꝓpter generaliter acceptū ꝓphendit quatuoꝛ causas.sz spēaliter attribuit fini. Aut dōm est.ꝙ ꝓpter ꝙd duobꝫ modis accipit. Uno° vt tātū valet sicut ꝓpter finē.ꝛ sic capit in metro allegato. Alio mō valet tātū sicut ꝓpter quā cām.ꝛ sic ꝙ ꝓpter quid nedū rndetur cā finalis sed oēs quatuoꝛ cause.ꝛ sic capitur in textu

Tertium dubium est

Quare materia nō coincidit cū aliis causis. ¶ Solo ꝙ ideo.qꝛ nō est idem actiuū ꝛ passiuū fm idē.cā aūt materialis est passiua.alie aūt actiue.igit materia nō coincidit cū aliis causis.loquēdo de materia ex qua.ꝛ nō de materia in qua.cū substātia sit cā accūtis ī triplici genere cause

Quartum dubium est

An finis ꝛ forma coincidāt ¶ Et videꝝ ꝙ nō.qm̄ cā formalis ꝛ finalis differūt sicut extrinsecū ꝛ intrinsecū.idem aūt nō ꝑt esse extrinsecuꝫ ꝛ intrinsecū.igit nō coincidūt. ¶ Solo.est triplex finis,scz generātis. generationis.ꝛ rei generate Finis generātis est appetere equale esse in ipo generato.sicut est in generāte.qꝛ vnūqꝙ generans appetit generare sibi sile.cū vnūqꝙ ens appetit assilari ipi ꝓmo et tm̄ ꝓmanere in esse.ꝛ qꝛ generās ꝑticulare non ꝑt ꝓmanere in esse individuali.ideo appetit sibi sile vt permaneat in esse specifico. Sed finis generatōis est forma rei genite acquisita in fine motus. Sed finis rei generate.est operatio eius.qꝛ vnūqꝙ ens fit ꝓpter opatōem alicuius.vt finis hominis est felicitas,finis domus est ꝓseruare nos a frigoribꝫ ꝛ pluuijs. Per hoc dōm est ad q̄stū.ꝙ finis generationis coincidit cū forma in eodē fm numerū. nō autem alij fines cū ea coincidūt. ¶ Et ad obiectū in oppositum dōm est.ꝙ finis ꝛ forma fm causandi modū non coincidūt.qꝛ sic manent oēs cause genere ab inuicē distincte materialiter tm̄ in idem numero coincidūt finis quo ꝛ forma. Finis eīm quo ꝯtū ad entitatē est ꝑfectioꝛ ꝯ finis gr̄a cui⁹.qꝛ est subalis forma. Finis aūt gratia cuius que est opatio.est de genere accūtis.ꝯtum tm̄ ad modū causandi finis gratia cuius est ꝑfectioꝛ. cū finis quo nō est finis nisi ex participatione finis gr̄a cuius.sicut eīm instrumēta lis cā effectiua reducit ad cām effectiuā ꝓncipalem. ita finis quo reducit ad finem gratia cuius.

Quintum dubium est.

An efficiens ꝛ forma coincidāt in idē specie ¶ Solo ꝙ sic loquēdo de forma informante.que est forma in materia. nō aūt loquēdo de forma formante. Nam illa ꝑt coincidere in idem numero cum causa agente

Sextum dubium est

An efficiens in eadē spē coincidat semꝑ cū suo effectu Et videꝝ ꝙ nō.qm̄ sol ꝛ hō generant hominē.ꝛ tm̄ sol nō coincidit cū hoie generato in specie. ¶ Solo ꝙ efficiens vniuocū coincidit in spē cū forma sui effectus.nō aūt efficiens eq̄uocū. Uniuocuꝫ eīm agens est qđ ꝓmunicat suo effectui eandē formā in specie. vt hō generans hoiem. Equiuocū vero dr̄ qđ non ꝓmunicat effectui eandē formam in specie quam habet. vt sol.

Septimuꝫ dubiū est

An agens vl̄e posset esse agens vniuocū. ¶ Et videꝝ ꝙ sic.qꝛ quicqd ꝑt ꝓmunicare eandem formā in spē quā hꝫ suus effectus.ꝑt esse agens vniuocū.sic aūt est de agente vl̄i.ḡ. Minoꝛ pz.qꝛ est ꝑfectius. ꝛ ꝯto est ꝑfectius tāto magis ꝑt suā materiā disponere ad sue forme receptiōez ¶ Solo ꝙ nō.qꝛ oīne agens vniuocū ꝓmunicat eandez formā in spē suo effectui sicut hꝫ ipsum agens .agens aūt vl̄e nō ꝑt talem formā ꝓducere sicut hꝫ in effectu. igit nō ꝑt esse agens vniuocū. Et ideo qñcūqꝫ agens ꝓducit taꝫ

lem formā sicut hz in effectu. oportz q materia sufficiēter sit ad talis forme receptionē dispositā. nulla vero materia istoz inferioz pt sufficiēter disponi ad hoc q suscipiat agētis vltis formā. ideo agens vle nō pt suo effectui ꝓmunicare eandem formā in specie. Defectus tñ ille nō ꝓuenit ex impotentia agentis vlis. sed ꝓter defectū suscipientis.

¶ Ad obiectū in oppositū dōm est. licet agens vle sit pfectius q̄ pticulare. tñ ex parte suscipiētis ꝓuenit defectus q nō pt ꝓducere sibi sile. hoc tñ nō arguit in eo impfectionem. sed magis pfectionem. qz materia q̄ est impfecta non pt sufficienter disponi ad talem formam

Jcendū quidem igit̄ ꝑmū. qm̄ natura eoz que sunt ꝓpter hoc causaz est. postea de neccitno quo se habeat in physicis. Jn hāc em̄ cām inducūt oēs. qm̄ calidum hmōi aptū natū est z frigidū. vnūqdq; em̄ talium hec ex necessitate sunt z fiūt z nata sunt Et nāq; et si aliaz cām dicūt quācūq; tangentes se gaudere sinūt: hic quidem ꝓcordiā z discordiā ille vero intellectum

¶ Jste est sextus tractatus huius scdi. in quo phs postq̄ determinauit quo physicus demōstrat per quatuor cās determinat quo natura agit ꝓter finē. z vñ sumit in rebz naturalibz neciras. et ꝑm hoc pñs tractatus in duo diuidi tur capla. Jn quoz ꝑmo facit ꝑmū. Jn secūdo secūdum. ibi. Qd aūt ex neciate. Primū quidē capl'm in tres ptes diuidit. Jn quarū ꝑma recitat antiquoz opiniones ꝓtra tū dicentū. Jn secūda pte ꝓbat suū ꝓpositū aliquot rōnibus. ibi. Sed impossibile. Jn tercia pte remouet tria impedimenta positiōis antiquorum. ibi. Peccatum aūt fit. Quātum igit̄ ad ꝑmā partē dicit. q oes antiqui physici inducūt se in cām istā. que est necessaria sumpta ex parte materie cām finalez negātes. dicētes q natura nihil agit ꝓter finem determinatuz. sed cogit̄ hec vel illa facere ex necessitate materie. z dicunt q hec vel illa ex necessitate sīt et fiunt z fieri apta nata sunt homies vel asini. vel longa vel breuia. ꝓter materiales dispōnes que cogūt inclinādo ad hūc effectū plus q̄ ad altū. sicut q calor talis est vt frigus hmōi est materia. Si em̄ aliquā aliā causaz q̄ materialē dicūt neciatē esse rerū naturaliū. quācunq; illā tñ tangūt z sinūt se gaudere. in hoc nō ꝙquirentes veritatez de ipsa. volentes sic euadere aliquas difficultates. z de lōge inspicūt eam sicut fulgur micans qđ subito cadit extra visum intuentiū. tangūt cām efficientez obscure. ita q aliquis eoz ōt eam esse ꝓcordiā z discordiā. sicut empedocles. aliqs aūt ōt cā esse intellectū agentē. sicut anaxa.

¶ Habet aūt oppōnem q̄ ꝓhibeat naturā nō ꝓpter hoc facere. neq; qz melius. sed sicut pluit iupiter. nō vt frumentū augmentet. sed ex necessitate. Sursuz em̄ ductā aquā ꝓgelari oportet: z ꝓgelatā aquā liquefactā deorsum venire Augeri aūt cū hoc fiat accidit frumentū. Sil'iter si ꝙdit frumentū in area non huius cā pluit vt ꝙdatur. sed hoc accidit. quare quidē ꝓhibet sic et ptes se habere in natura. vt dentes ex necessitate anteriozes quidē acutos aptos ad dividendū. maxillares aūt latos z vtiles ad ꝓterendū cibum. qm̄ nō ꝓpter hoc fieri. sed simul cuenire. Sil'iter aūt est z de alijs partibz in q̄busdam videtur esse qđ ꝓpter hoc.

¶ Nic phs ponit eoz motiuū quare dicebāt naturam nō agere ꝓpter finē. z est istud. Si natura ageret ꝓpter finem. tūc semp ageret illud qđ melius est. natura aūt non semp agit id qđ melius est. igit̄ nō semp agit ꝓpter finez. Haioz pz. qz bonū z finis coincidunt. Qnoē ꝓbat phs exēplariter. qz si iupiter qui ē vulgus deus fuit regens omne qđ est. pluat sepe nō ꝓpter salutē bladoz. cum blada sepe ꝑ pluuiā destruant. igit̄ apparet q nō pluat ꝑpter finē. Etiā nō pluit in vere vt frumentū augeat. sz potius necessitate materie pluit. qz cū ꝑ euaporationes aqua ducta fuerit sursum ad locū frigidū. oportz eam ibi inspissari ex frigore z ꝓgelari. z postq̄ inspissata est aut ꝓgelata. tūc accipit formā liquidā aque grauis. z ideo descēdit ex necessitate. z ideo si casu inuenit segetes augmētat eas Si em̄ iupiter ageret sicut intellectū hūs. tūc nō destrueret aliqn̄ blada ꝑ pluuiam. z tñ hoc videmus accidere q aliqn̄ ꝑ pluuiā putrescit z ꝙditur frumentū in area. vt qn̄ plus solito pluit in messe. Et in hac sententia videt fuisse seneca qui in libro de naturalibz questionibz sic dicit de iue. Vtis nature iouis ꝓceptuz z ꝓmissio est nec aliter ista dicitur facere. nisi qz ex necessitate fiunt nature quā influit iupiter. cū ipse sit omnino toti mūdo ꝓuidens. Patz etiam exemplū aliud in ptibz animalium. nō est talis aut talis ordo ex determinato fine. sz ex necessitate materie. vt dentes posteriozes sunt grossiozes anteriozibz. non ꝓpter aliquem finem. sed ex necessitate materie. sez qz posteriozes magis habent de materia. z anteriozes. qui sunt acuti minus. Aristoteles infra exp̄sse nō soluit istud motiuū siue argumentū. ideo dici potest ad illud. q natura semp agit qđ melius est in vli z ꝑ se. licet non in particulari z ꝑ accidens. oportz ergo causas effectibz ꝓportionari. cū igit̄ actio nature nō ordinat ad vnum effectuz tñ. igit̄ sufficit q natura in vli agat qđ melius. z ideo cuius in hoc aceruo frumentū destruatur. tñ alia terre nascentia ꝑ hoc generātur z ꝙseruantur. z sic natura nō agit semp id qđ melius est in particulari effectu. tñ vtiq; in vli Et cuius effectus accidant in rebz ex dispōne materie. tñ opter ꝓter materiā aliam inuenire cām quare materia sic est disposita. Exēpli gratia dentes anteriozes sunt acuti. qz parū habent de materia. sed cā illius dispōnis materie vlterius resoluit ad finē. z ergo sunt acuti priozes dentes vt diuidant cibum. z posteriozes vt ꝓterant cibū. Vnde sequit q materia in dispōne bene ꝙcurrit. sed nō est cā talis dispōnis

¶ Ubicūq; em̄ oīa accidūt. sicut si ꝓpter hoc fiant. Hec quidez saluata sunt ab eo qđ ꝓpter se vanū ꝙstantia apte. Quecūq; vero nō sic ꝑdita sunt z ꝑduntur quēadmodū empedocles dixit bouigenas z viriperias. Ratio quidē igitur quare vtiq; deficiet aliquis hec est. z si aliq̄ alia huiusmodi est.

¶ Nic phs excludit quādam obiectionem que potest obiici ꝓtra antiquos. et est ista. Videmus in rebz naturalibz q̄ frequēter res fiunt vt melius. z multe vtilitates ꝓueniūt ex actione rerū naturaliū. igit̄ videt natura agere

ꝓpter finem. Soluũt ipsi vt dicit pho⁹. q̃ vtilitates ex actione rerũ naturaliũ ꝓuenientes sunt ꝑ accidens. vt scilz res saluentur ⁊ nõ ex fine aliquo intento. q̃z nisi sic ꝓueniẽt nõ ꝑmanerent. Et sic empedocles dixit q̃ in primeꝓ⁹stitutõis vniuersi fuerũt ꝓducte virgine ⁊ bouigine. que erant de genere hominis seu viri supertus. ⁊ inferius de genere bouis. quem poete minotaurũz appellabãt quem interfecit theseus. ille em̃ nõ est saluatus vt similia sibi ꝓduceret in specie nature. q̃ fuerũt ꝓ trariã ipm̃ corrũpentia. vt dixit empedocles. ⁊ de alijs mõstris est ꝑ oĩa similis rõ. Undeisti peccãt qui respiciũt formã particularem nõ vlem ꝓportionatam intentioni vlis nature. q̃m non est effectus vlis pluuie augmentatio bladorum. sed adequatio elementoꝝ. q̃z ⁊ si augmentũ fructuũ q̃q̃z impediatur. nõ tñ semp. vt patz ex dictis

¶Sed impossibile ẽ ista hũc habere modum hec quidẽ em̃ ⁊ quecũq̃z sunt a natura. aut semper sic fiũt. aut sicut frequenter. sed eorũz que sunt a fortuna et ꝑ se vano nihil. Neq̃z em̃ a fortuna neq̃z a casu videtur pluere multotiens in hyeme. sed forte sub cane. Neq̃z cauma sub cane sed sub hyeme. Si igitur a casu videnk aut ꝓpter hoc esse. sed nõ possibile est hoc esse. neq̃z a casu neq̃z ꝑ se a vano. ꝓpter aliquid vtiq̃z erũt. Atuero natura sunt hmõi alia quẽadmodum ⁊ ipsi firmabãt hoc dicentes Est itaq̃z q̃ ꝓpter aliq̃d in his que natura fiũt ⁊ sunt.

¶Ista est secũda ꝑs huius capituli in qua ꝓbat suũ ꝓpositũ. scz naturã agere ꝓpter finẽ q̃nq̃z rõnibꝫ. Quaruz ꝓma est. oĩa que fiunt fiũt a casu aut fortuna. aut ꝓpter finem. multa aũt fiunt in naturalibꝫ que nõ fiũt a casu aut fortuna. g̃ fiunt ꝓpter finẽ. Minor ꝑz. q̃z que fiũt a natura fiunt semp ⁊ frequẽter. vt hõ generat hominem. ⁊ frequẽter generat eũ q̃nq̃z digitis in vna manu. Nõ em̃ a casu ⁊ fortuna. q̃z illa fiũt extra semp ⁊ frequẽter. Nõ em̃ ẽ a casu ⁊ a fortuna q̃ pluit multotiens in hyeme. sed aliq̃d rõnis haberent dicentes. q̃ casu ⁊ fortuna plueret q̃n sol est iuxta canẽ in diebꝫ canicularibꝫ. q̃z si hoc fieret a natura tñ raro fit Neq̃z habent cãm q̃ dicũt cauma hoc est estũ fieri casu in diebꝫ canicularibꝫ. q̃z hoc fit frequẽter. sed aliquid rõnis haberent si dicerẽt casu fieri cauma in hyeme q̃z tũc raro fit. Si igit oĩa naturalia aut a casu vl̃ fortuna videnk fieri aut a natura operante ⁊ finẽ intendente. ⁊ impossibile est ea fieri a casu ⁊ fortuna. igit necessario fiũt a natura determinãte finẽ. hmõi em̃ oĩa que semp vl̃ frequenter saluata sunt a natura sunt. quẽadmodũ etiã antiqui affirmabãt qui casum ⁊ fortunã causas rerũ cẽ dicebant. igit oĩa naturalia sunt ꝓpter aliq̃d ⁊ habent finẽ determinatũ. Sũt tñ q̃dã calũniantes exemplũ ꝓdictum scz q̃ pluuia est ꝓpter messes. teste alexandro ⁊ suis seqcibus dicentibꝫ pluuiaz nõ ꝓpter messes esse. q̃z messes non sunt a natura sed ab arte. Ad hoc posset dici. q̃ nõ inuestigat hic nisi q̃ pluuia sit ꝓpter finẽ. sicut ⁊ alia que sunt a natura. Uñ si finis eaꝝ non sit messis. est tñ alius finis. sicut forte est equalitas generatõnis in elemẽtis ꝑ equales eoꝝ trãsmutatões. ¶ Sed dicerẽs alla que fiũt a casu et fortuna fiũt ꝓpter finẽ. vt ꝑz in definitõibꝫ eoꝝ. q̃z fiunt ꝓpter hoc. Ad hoc dom. q̃ duobꝫ modis aliqua fiunt ꝓpter finẽ. Uno mõ ꝓpter finẽ actualiter intentuz. ⁊ sic non fiunt ꝓpter finẽ. cũ fiant ꝓter intentõem casualia ⁊ fortuita Alio mõ fiũt ꝓpter finẽ aptitudinaliter. quia scilz efficiens egisset ꝓpter finẽ si ꝑsciuisset illũ euentuz effectus futuri. ⁊ sic fiũt propter finem

¶Amplius in quibusdã finis aliquis est. huiꝰ cã agit q̃ ꝓpus ⁊ q̃ ꝓsequẽter. Ergo sicut agitur sic aptũ natũ est. et sicut aptum natũ est. sic agit vnũq̃q̃z si nõ aliq̃d impediat. agit aũt ꝓpter hoc. ⁊ q̃ aptũ natuz est ita q̃z huius cã. vt si dominus eoruz que natura fiũt. sic vtiq̃z facta esset sicut nũc ab arte est. Si autẽ que natura nõ solũ natura sed arte fierent. Similiter vtiq̃z fierent ſm q̃ apta nata sunt. ꝓpter ergo alteꝝ altez

¶ Nic phus ponit secũdam rõnem supponẽdo tñ ꝓpus vnũ. scz q̃ in quibusdã est finis determinatꝰ. ita oĩa q̃cũq̃z fiũt sic fiũt siue ꝓxa sint. siue longiora sint a fine siue cõsequentia q̃ sunt sui. ꝓximiora. ac si fiant ꝓpter illũ finẽ ⁊ illius cã. Tunc sic. vbi vnũq̃q̃z agit vt aptuz natũ est agi. ibi oĩa fiũt ꝓpter finẽ. in natura aũt vnũq̃q̃z agit sicut aptum natũ est agi. nisi aliquid impediat. igit oĩa in natura fiunt ꝓpter finẽ. Maior ꝑz. q̃z nisi aliq̃d ageret sicut aptum natũ est agi tũc ageret violẽte. Exempli gra. q̃ lapis mouet deorsum tũc agit sicut aptus natus est agi. g̃ agit naturaliter. si aũt moueat sursum tũc nõ agit sicut aptꝰ natus est agi. igit agit violente. Minor probat. q̃z naturale hz naturalẽ inclinatõem ad suũ finẽ. sicut em̃ efficiens primũ ꝓmo ꝓstituit finẽ aliquẽ in quẽ dirigit ⁊ ꝓducit opus sic em̃ ipa res ꝑ similitudinẽ quã hz ad finẽ ex ꝓfuso habitu finis q̃ est in materia ex ꝓuatõe tendit in eũdez finẽ ꝑ aptitudinẽ nature. ⁊ ideo sicut aliq̃d fit ab efficiente. ita aptuz natũ est agi. Exemplũ autẽ est de domo que fit. si em̃ esset aliqua res nature absq̃ dubio fieret sicut mõ fit ab arte cã eiusdẽ finis. Similiter ecõuerso si ea q̃ sunt a natura etiã fierẽt ab arte. artifex ipsaꝝ dirigeret ea in eosdem fines in quos nũc dirigũtur a natura. ⁊ easdẽ retinerent aptitudines ex parte materie ꝓter hoc solũ q̃ forma artificialis essz a ꝓncipio q̃ est extra materiã operans. sed naturalis essz a ꝓncipio opante intrinsecꝰ. g̃ vtiq̃z eoꝝ essz ꝓpter alterũ operans q̃ est determinatus finis in quẽ ꝓducit opꝰ

¶Oĩno aũt ars alia quidẽ ꝑficit que natura nõ ꝑt operari. alia ꝙ imitat. Si igit que sũt ſm artẽ ꝓpter hoc sunt. manifestũ quoꝺ ⁊ que sunt ſm naturã. Similiter em̃ se hñt in his q̃ sũt ſm artem. et in his que sunt ſm naturam posteriora ad priora

¶Nic phus ponit terciã ratiõem q̃ est. sicut se hz ars in artificialibꝫ ita natura in naturalibꝫ. q̃z ars aliq̃ ꝑficit q̃ natura nõ ꝑt ꝑficere. ⁊ in alijs que nõ sunt inchoata ꝑ naturam ars imitat naturã. ⁊ similiter in naturalibꝫ ⁊ artificialibus posteriora ordinant ad ꝓxa. sed ea que sunt ſm artẽ fiũt ꝓpter finẽ. igit etiã illa q̃ fiũt ſm naturã. Minor ꝓbat domificator agit ꝓpter domũ ⁊ medicꝰ ꝓpter sanitatẽ

¶Maxime aũt manifestũ est in aialibꝫ aliorum que neq̃z arte neq̃z q̃situra neq̃z deliberatura faciũt. Uñ dubitabãt vtrũ intellectu. aut quodã

alio operanť aranee ꝛ formice ꝛ hmōi: paula/tim aūt sic pcedenti. ꝛ in plantis apparet expe/dientia quedā facta ꝓpter finem. vt folia ꝓpter fructus cooperimentū. Quare si natura facit. et ꝓpter hoc hyrūdo nidū ꝛ aranea telā ꝛ plan te folia gratia fructuū ꝛ radices nō sursum. sed deorsum gratia vegetādi. Manifestū ꝙ causa hmōi est in his que natura fiunt et sunt

¶ Hic phūs ponit quartā rōnem que sumit a signo. qz aīalia intellectu carētia que diuersificanť ab homīe in hoc ꝙ nec querentia cām nec deliberantia faciūt opa sua ꝓpor tionata determinato fini. quare q̄dā dubitauerūt an ope/rarenť ab intellectu aliquo qui esset in ipsis aut quodā alio p̄ncipio finez p̄concipiente. que tū dubitatio p hoc deter/minať ꝙ si operarenť ab intellectu aut p̄ncipio p̄concipiē te diuersificarenť opa eoꝝ. sed nō diuersificanť. qz imagi/nata ab vno nō sunt imaginata ꝛ p̄cepta ab alio. sicut videmus hominū opera diuersificata. Oportz igitur ꝙ oīa que sunt vnius nature aīalia instinctu nature siliter operenť que operanť sicut in p̄ncipio huius scdi dictuz est ergo instinctus nature eoꝝ est ꝓpter aliquē finē determi/natū. ꝛ p ꝓsequēs natura opať ꝓpter finē. Talia aūt aīa/lia sunt aranee formice ꝛ hmōi aīalia minuta. in quib cō/stat. ꝙ nō est ꝓceptio nisi parua ꝛ tū ad finez operanť. Si aūt ꝓcedať ꝓsiderando vegetabilū opa que plus instinc tum nature sequūtur de facili ꝓcipi posset. in illis q̄ agūt ꝓpter aliq̄d ea que agūt. sicut ꝙ ꝓducunt folia vt cooperi/menta sint fructuū. igiť quecūq; naturaliter faciunt. ꝓpter aliquē determinatū finē faciūt. Scitť enī ꝙ hyrūdo ꝓpter finē determinatū facit nidū. ꝛ aranea telā. ꝛ plante folia. et ꝓpter aliq̄d habent radices deorsum ꝛ nō sursum. quia nutrimentū est in terra qđ sugūt p radices. ꝛ sic vegetanť igiť manifestū est ꝙ causa huius que finalis est in his est q̄ fiunt fm naturam

¶ Et qm̄ natura dupl'r. alia quidē sicut mate/ria. alia ꝯo sicut forma. finis autē hec est ꝓpter quē alia sunt hec. vtiq; erit cā cuius gratia

¶ Hic phūs ponit q̄ntā rōnem. Natura dupl'r dr de ma teria ꝛ forma. ꝛ intendit in opatōe sua formā ab agēte. ſz forma ē finis materie. q̄ natura in opatōne sua agit ꝓpter finē. Quinoꝝ pbať. qz materia disponiť p introductōe for me. ideo finis materie sumiť a forma.

¶ Peccatuz aūt fit ꝛ in his que sunt fm artem scripsit em̄ nō recte grāmaticus. ꝛ potauit me dicus nō recta potione Quare manifestū est ꝙ siliter ꝓtingit in his q̄ fm naturā sunt. Si igiť sunt quedā fm artez in quib qđ recte fit ꝓpter aliquid fit. in quib aūt peccať alicuius gratia agūtur. sed falliť siliter vtiq; ꝛ in phȳsicis. Et monstra sunt peccata illius qđ ꝓpter aliq̄d est In substātijs ergo que sunt ex p̄ncipio boui/gena si nō ad aliquē terminū ꝛ finem possibilia erant venire corrupto p̄ncipio aliquo facta sunt sicut nūc in semine.

¶ Ista est tercia ps huius capituli in qua phūs remouet impedimenta siue motiua positiōis antiquoꝝ quib mo/uebātur dicere naturā nō agere ꝓpter finē. Quoꝝ ꝓmuz est. natura sepe deficit a fine ita ꝙ nō ꝓsequiť finē. qz pdu/cit peccata mōstra siue defectus. igiť natura nō agit ꝓpter finē. Istud motiuū phūs destruit quatuor rōnib. Quaꝝ ꝓma est. ars manifeste agit ꝓpter finē. qz intendit aliquez finē. sicut domificator domū. sed manifestū est ꝙ in arte fi ant peccata. qz aliqñ artifex intendit aliq̄d ꝓducere qđ tū nō ꝓducit. aut ex defectu materie aut instrumentoꝝ. q̄re ipse culpať. si igiť ars ex hoc nō ipediať q̄n agat ꝓpter fi/nē. qz deficit a fine. q̄ siliter erit in natura. ꝛ istud motiuuz includit potius oppositū q̄ ꝓpositū. qz bene seq̄tur. si natu ra deficiat a fine ꝓducēdo mōstra. igitur agit ꝓpter finem qz ibi nō potuit esse habitus vbi nō ꝑt eē ꝓuatio. igiť per oppositū ibi est ꝓuatio vbi natus est eē habit⁹. si q̄ deficit a fine. q̄ agit ꝓpter finē. Ex quib ꝓz. ꝙ peccata fiant tam in his q̄ fm artē sunt q̄ in his que fm naturā sunt. ꝛ hoc apparet tā in arte q̄ imitať naturā in ope non naturali. q̄ in illa q̄ pficit opus nature ꝛ iuuat naturā in ope naturali. Exemplū ꝓmi est. qz aliqñ non recte scribit grāmaticus et tūc ꝓpter omissionē alicui⁹ p̄ncipioꝝ artis nō ꝓuenit ad finē ortographie. qz grāmatica q̄tū ad ortographiā sci entia est recte scribendi. Exēplū secūdi est ꝙ medicus ali/qñ ꝓpter omissionē alicui⁹ p̄ncipioꝝ potauit euacuatiuuz nō recta potione. cū igiť ars imitet vel ꝓplet naturaz. acci/dit etiā peccare in natura. qñ sez natura operās ꝓpter corꝛ ruptōem alicuius p̄ncipij naturalis nō ꝓuenit ad finem intentū a natura. ꝛ ideo in phȳsicis quicq̄d ibi recte fit nō hz rectitudinē nisi ex ꝓportōe ad finē debitū quē attingit. et cū peccat peccatū suū ꝓpendit ex hoc ꝙ finē illū nō at/tingit ꝓpter corꝛuptōem alicuius p̄ncipij naturalis

¶ Amplius necesse est semen fieri p̄mū. sed nō statim aīalia. ꝛ molle vero p̄mū qđ semen erat Amplius ꝛ in plantis ineſt qđ ꝓpter hoc mi/nus aūt dearticulatū est. Utrū igiť in arboꝝ fiant sicut bouigene ꝛ viriperie sicut vitigine et oliuipere aut nō incōueniens em̄ est. sed tamē oportuit sicut in aīalib est. Adhuc aūt oporte bat ꝛ in seminib fieri vt ꝓtingit

¶ Hic ꝓsequēter ponit secūdā. terciā ꝛ quartā rationes Secūda est. vbicūq; sunt determinata p̄ncipia ꝛ determi natus ordo ꝓducendi ibi intendiť determinatus finis. ſz in naturalib ꝛ ꝑcipue in generatōib naturaliū sunt deter minata p̄ncipia ꝛ determinatus ordo ꝓducēdi. igiť inten ditur determinatus finis Maioꝝ ꝓz. qz nisi intenderetur determinatus finis tūc poterāt capi quecūq; indetermi/nata media. qz alia media inducūt aliū finem. vt qui vult parare domū hz alia media q̄ volēs parare phīalā. Mi/noꝝ pbať. qz natura facit ꝑmo semē molle vt sit aptū rece ꝑtioni figurarū. sed hoc nō faceret natura tali ordine nisi esset semen ꝓpter aīalis generatōem. igiť nō est casu. sed p pter determinatū finē. Procedit em̄ generatio naturalis a spermate determinato qđ ꝑmo est molle. deinde ꝙerti tur fozmať ꝛ maturať. ¶ Tercia rō. si natura non ageret ꝓpter finē. ex eo qz aliqñ deficit a fine. igiť in illis in quib minus videť agere ꝓpter finez esset maioꝝ defectus. sicut in plantis. hoc aūt falsum est. Nā fm Empedoclē nō in/ueniūtur mōstra in plantis sicut in aīalib. ita ꝙ aliqñ ge/neretť plāta cuius vna pars sit vitis ꝛ alia oliua. sicut vi/

detur in aialib⁹.qz aliqñ aial repitur cuius superior pars est filis homini ⁊ inferior ps est filis tauro.⁊ sic de alijs vt patebit infra.liez equaliter opteret fieri hoc in plantis sicut in aialib⁹. Causam aũt quare potius fiũt monstra in aialib⁹ q̃ plantis est.quã empedocles ignorauit. qr mollis est semen aialis ⁊ plura exigũtur ad generatõem aialiuz q̃ plantarũ.cũ aialia sint difficilioris generatõis q̃ plante.ideo facilius fit vt corrũpat aliqñ ꝓncipiũ generatõis animaliũ q̃ plantaz. ¶ Quarta.si natura nõ ageret ꝓpter finẽ determinatũ sed a casu ⁊ fortuna vt dr Empe. tũc nõ fieret generatio vnius spẽi ex semine determinato qr sic ex semine hois ita cito fieret bos sicut hõ. ex semine vitis ita cito oliua sicut vitis.sed oppositum patz ad sensum igitur ꝛc.

¶ Omnino aũt destruit sic dicens. Que natura ꝺdem sunt vel ſm naturã. Natura enim ꝺdez sunt quecũqz a quodã in seipsis ꝓncipio mota ꝓtinue accedũt ad aliquem finẽ Ab vnoquoqz aũt nõ idẽ vnicuiqz neqz ꝓtingens. semp tñ in cũdẽ finẽ aptum natuz est venire. nisi aliqd impediat. Qd aũt est cuius cã ⁊ qd ꝓpter hoc fieret vtiqz a fortuna.sicut dicimus a fortuna venit extraneus et balneatus abcessit.cum tanqz ꝓpter hoc veniens egerit.nõ ꝓpter hoc tñ venit.sed hoc solum ſm accidẽs accidit. Fortuna aũt est causarũ que sunt ſm accidẽs.quẽad modũ ⁊ ꝑus diximus.sed cũ hoc semp aut sicut frequẽter fiat nõ ſm accñs neqz a fortuna est. In physicis aũt sp sic est nisi aliqd impediat

¶ Hic pbus excludit secũdũ motiuũ antiquoz.quo eis videbat naturã nõ agere ꝓpter finẽ. qm̃ dicebant q illa q̃ fiunt in natura,puenĩt a casu Sed hoc motiuũ est falsuz qr naturã dicẽtes nõ agere ꝓpter finẽ destruũt id qd est a natura ⁊ naturã.qr naturalia sunt quecũqz a ꝓncipio qd intra se habent ꝓtinue in finẽ aliquẽ certũ ⁊ determinatuz veniũt. vt dictũ est in ꝓncipio huius secũdi.ea autẽ q̃ fiunt a casu nõ hñt intra se ꝓncipiũ p se mouẽs ad finẽ casualem cũ casualis finis incidat ⁊ nõ sit ab agente ad illũ finem. Ettã finis naturalis nõ idẽ est vnicuiqz rei naturali. nec ꝓtingens ⁊ accidentalis.qr ille indeterminat⁹ est ⁊ infinitus. Si tñ res naturalis sit q̃ hz finẽ determinatũ ⁊ certũ semp ꝓueniet in cũdẽ.nisi sit aliqd impediens qd corrũpit aliqd naturaliũ ꝓnciꝓoz. Finis aũt ille qui est cuius gr̃a fit totũ qd fit.fieret aũt absqz dubio a casu ⁊ fortuna si sic fieret incerte ⁊ indeterminate.sicut si dicak q venit ad nos aliqs extraneus cũ balneũ nostrũ paratuz fuit tanqz balneaturus apud nos in nostro balneo.cũ sibi accidit venire tanqz ꝓpter hoc operat⁹ sit ⁊ aduenerit. cũ tñ non aduenerit ꝓpter hoc. qr nescit aliqd de balneo nostro sz accidit ei ⁊ nõ ordinauit aduentũ suũ ad hoc vt balnearek. Fortuna aũt est de numero illaz cãz que sunt ſm accñs. vt pz ex dictis.sed cũ aliquid semp aut frequẽter fiat tũc non fit ſm accñs neqz a fortuna.sed potius fit ab ordinãte ⁊ ordinato ad certũ finem. In physicis aũt semper sic est. nisi aliquid impediat.

¶ Incõueniẽs autẽ est nõ opinari ꝓpter aliqd fieri.nisi videak mouens deliberatiuũ ⁊ tñ artis quidẽ nõ deliberat. Et nãqz si esset in ligno nauis factiua.siliter vtiqz natura fecisset. Quare si in arte inest ꝓpter aliquid ⁊ in natura inest. Manifestũ est aũt maxime cũ aliqs medicat⁹ fuerit ipse seipsum huic quidem assilak natura Qquidẽ igit natura sit cã ⁊ sit sicut ꝓpter aliquid manifestum est ex dictis

¶ Hic pbus excludit tercũ motiuũ antiquoz.quo videbak eis naturã non agere ꝓpter finem.⁊ fuit istud. qr nihil agit ꝓpter finẽ nisi illud qd ꝓconcipit finẽ ⁊ deliberat de fine.⁊ postea cogitãdo ⁊ rõcinãdo dirigit opus in finẽ illũ natura aũt nõ ꝓconcipit finẽ nec hz deliberatõnem ⁊ ordinem p rõcinatõem.igit natura nõ agit ꝓpter finẽ. Ad qd motiuũ rñdet Aresto.q hoc est maximũ inconueniẽs.⁊ instantia huius est in arte mechanica. Postqz enim aliqs adeptus est artẽ ꝑfecte nõ deliberat nec ꝓordinat qualit ſm artis ꝓncipia opek.sicut est opatio sua cũ addiscit artẽ.nã tũc opatio eius est tarda.sicut apparet in his qui addiscũt citharizare.illi enim ꝓmo deliberãt ⁊ ꝓcogitãt de ꝓximo ne chordaz q̃ ꝑus sit tangẽda ⁊ q̃te ⁊ quo.⁊ sic opak cum temore.sed postqz ꝑfecti fuerint nõ ꝓcogitant.imo si ꝓcogitauerint in artis ope impedirenk ⁊ turbarẽt.sed mouẽtur tũc ex arte sicut ex natura quadã.⁊ hoc mõ est de opere nature qd absqz dubio certissimũ est.liez nõ ꝓcipiat. qr hz in se incorporatã artẽ ꝓmi motoris mouentẽ in eo.⁊ h̃ est ac si diceret q ars nauigãdi q̃ est in aia naute incorporata esset lignis nauis.tũc ars eius incorporata dirigeret nauẽ sicut mõ facit ars naute.sed tanto certi⁹ oparek q̃to tunc esset forma naui magis essentialis ⁊ intrinseca. Et istud maxime manifestũ est in medico qui curat seipm ſm artẽ medicine que est in ipso.ille enim nõ curak inq̃tũ medic⁹ est sed inq̃tũ eger in finẽ sanitatis. Huic aũt ꝓparak optime opus nature qd hz in se formã agentis ꝓmi q̃ est in ipso in corporata ⁊ intranea.⁊ deducit ipm ad finẽ certũ ⁊ determinatũ. Ex qbꝫ pz q natura sit cã rerũ naturaliũ.⁊ sit hoc cã q agat ꝓpter aliquẽ finẽ certũ ⁊ determinatũ

¶ Quod aũt ex necessitate est vtrũ ex suppõne existit aut simplr: nũc quidẽ enim opinant qd̃ est ex necessitate esse in generatõe. quẽadmodum vtiqz si aliqs murũ ex necessitate esse existimet qm̃ grauia quidẽ deorsum ferri apta nata sunt leuia aũt supemĩnẽt. Vñ lapides quidẽ deorsum in fundamentũ. terra aũt sursum ꝓpter leuitatem.supẽminent aũt maxime ligna.leuissima enim sunt

¶ Istud est secũdũ capm in quo pbs determinat vñ sumit necitas in reb⁹ naturalib⁹.⁊ ꝓmo mouet q̃stionẽ istaz scz. Utrũ necessitas in reb⁹ naturalib⁹ sit ex suppõne .aut sit simplr. Verbi gratia.vt simplr necariũ est graue descẽdere ⁊ leue ascendere.qr ad illud nõ optz aliqd ꝑsupponi ad hoc q̃ sit. Sed necessariũ ex ꝓditõe est ad cuius necessitatẽ optz aliqd ꝑsupponi.⁊ sic necariũ est te sedere si aliqs quis videat te sedentẽ. Est aũt necariũ simplr in solaꝓ ritudine materie. sed necariuz ſm suppõnem est in ordine hypothesis alicuius. sicut necesse est te dormire si quiescere debeant in te ꝓtutes sensibiles. Et circa istã opinionez

fuit antiquoꝝ opinio dicētiū oīa casu fieri in natura ex absoluta necessitate que est ex materie obligatione. sicut si aliquis dicat non propter suppositionem finis .sed propter materie obligationem et aptitudinem fieri domum. quia cogitat parietem esse factum ⁊ erectum.non quia sustineat tectū .sed ideo qꝛ componitur paries ex diuersis quoꝝ quedaꝫ sunt grauia.⁊ ideo necessario descendūt in fundamentum deorsum.eo q̄ sic moueri apta nata sūt. quedam autem sunt medio modo leuia.et ideo illa cohe rent grauibus in inferioꝛib⁹ ⁊ extenduntur altioꝛa contingendo.et ita fit expansio parietis.lapides enim deorsum feruntur et fiunt fundamentum.et ligna medio modo leuia altius ascendunt.et leuissima sunt in summo.⁊ ita dicunt q̄ est motus mixtoꝝ in mixto. et ideo ex necessitate materie aduenient eis figure ⁊ forme cōpetentes moꝛib⁹ eoꝝ. et sic ꝑ⁹ eos forma secḳ necessitatē materie.⁊ nō ꝓpter formam requiritur materia.

¶Sed tū nō est sine his q̄dē factū est. Non tū ꝓpter hoc nisi sicut ꝓpter materiā sed cā abscōdendi ipsa et saluādi. Siliter aūt ⁊ in alīs oībus in quib⁹ ꝓpter aliq̄d est.nō sine quidē habentib⁹ necessariā naturam sunt. non tū ꝓpter hoc.sꝫ aliter sic̄ ꝓpter materiā.sꝫ ꝓpter aliq̄d est vt ꝓpter q̄d serra hmōi quatenꝰ hoc sit ⁊ ꝓpt hoc.sed tū id qō est cuiꝰ cā impossibile est fieri nisi ferrea sit. Necesse igiḳ ferreaꝫ ee si serra erit et opus ipsius. Exsuppōne igiḳ necessariū est sed nō ut finis in materia.nam cū nccārium est Qō aūt est cuius cā in rōne est

¶Hic pbs improbat opinionē aliquoꝝ dicēs cuius nō fiat forma sme materia nccārio. nō tū ꝓpter necessitatē materie fit forma.qꝛ sic non quereretur materia ꝓpter formā sed posset materia habere formā quecūq; sequerek necessitatē motuū materie.⁊ sic forma naturalis supponerek casui .cū nō intenderek a natura.⁊ p̄ consequens forma nō est ꝓpter hoc nisi vocek illa causa necessitatis que ē disponēs eius subiectū qō est materia.sed potius sicut in operib⁹ artium oīa ꝑma fiunt ꝓpter posterioꝛa. eo q̄ posterioꝛa facta sunt fines.⁊ prioꝛa sunt ordinata ad finem.⁊ tū posterioꝛa nō sunt sine prioꝛib⁹.ita etiā q̄ oīa est in rebus naturalib⁹.qꝛ finis in eis est forma que totius operationis est p̄ncipium ꝓpter quod fiunt vniuersa ⁊ sunt Et hoc quidē manifestū est in domo. qꝛ id qō est p̄ncipiū omniū eoꝝ q̄ fiūt in domo est qō sibi proponit efficiens qui facit domuꝫ. et hoc est operimentū a pluuijs in tempestate.⁊ p̄tentiuū ee diuitiaꝝ.⁊ saluatiuū esse p̄tentoꝝ. Et propter illum finez querik materia domus.parak.⁊ p̄ūgik.⁊ oīa qō fit circa domū fit ꝓpter illud. Et ideo finis est p̄mꝰ in intētiōe ⁊ ē vltimꝰ in operatōe siue executōe.⁊ sic est cā cāꝝ. naꝫ ꝓpter ipm causant oēs alie cause.⁊ sicut dictū ē de domo.ita est dicendū de oīb⁹ alīs que fiunt ꝓpter aliquid qō est certus finis eoꝝ. Nulluꝫ em taliū fit sine materia necessaria ⁊ disposita ad suscipiendū ipm sed tamen nunq̄ finis fit ꝓpter materiam aut necessitatem eius.sed ecōuerso materia ⁊ eius necessitas ꝓpter finem nisi fiat equiuocatio in p̄positione causam denotāte.ita q̄ vocek causa sine qua nō et necessitas materie que est causa disponens in subiecto in quo finis habet esse. Aliud em ad hoc potest dari exēplum.vt si queratur ꝓpter quid est serra hmōi.hoc est ex ferro. Dom est q̄ forma serre que est dentatio requirit talem materiam.et propter formaꝫ illam oportuit querere talem materiam. Et si queratur quare habet huiusmodi dentes illa materia ferrea. Respondetur pro causa.vltimus finis qui est opus serre quod est diuidere ligna.qō opus licet non fiat nisi dentes ferrei sint. opus tamen qō est vltimus finis cuius causa omnia fiunt non est ꝓpter ferrum ⁊ dentes.sed econtra illa fiunt propter illud.si ergo necesse ē serram ferream esse ⁊ dentatam si deberet cōplere opus suū.hoc tamen non dicit necessitatē finis ꝓpter quē sunt omia que sunt circa serram.sed dicit necessitatem que est in materia ⁊ eius dispositionib⁹. Finis em nō est in materia habens necessitatē.sed potius in ratione quia est mouens artificem.⁊ efficitur p̄ncipiū totius operationis.et ideo sic ab ipsa fluit ⁊ motus quo mouet efficiens et necessitas materie qua preparatur ad finem consequendum. Ex quib⁹ patꝫ ꝯclusiue q̄ necessitas in reb⁹ naturalib⁹ sumitur ex omnib⁹ causis. quia vna deficiēte nō erit res naturalis.ratio tamē necessitatis sumik ex fine.nā oēs cause necessitatē habēt ex causa finali

¶Est aūt et in doctrinis nccāriū ⁊ in his q̄ ꝑm naturā fiūt quodāmō siliter. qm̄ em rectuꝫ hoc est necesse est triangulū duob⁹ rectis tres angulos habere equales.sed nō si hoc est illud.sꝫ nō si hoc nō est necꝫ ille rectus est. In his aūt que fiūt ꝓpter hoc econtrario est: Si finis em erit. aut est illud quod est ante finē.aut erit aut est.si vero nō.nō sicut ibi.cū nō sit ꝯclusio p̄ncipiuꝫ nō erit sic.⁊ hoc finis ⁊ qō cuius cā. p̄ncipiuꝫ em ⁊ hoc nō actōis.sed rōcinatiōis. ibi aūt rōcinationis actus.actus em nō sunt. Quare si erit domus hoc necesse fieri.aut existere.aut eē aut oīno materiā que ꝓpter hec. vt lateres ⁊ lapides esse si domꝰ est.nō tū ꝓpter hoc est finis sed aut sicut materia.vtiq; erit ꝓpter hoc Omnino tū si nō sint nō erit necꝫ domꝰ necꝫ serra. Hec quidē nisi sint lapides.illa vero nisi ferruꝫ sit.necꝫ em ibi p̄ncipia sunt nisi triangulū duobus rectis. Manifestū igiḳ est q̄ est nccārium in physicis q̄ sicut materia ⁊ motus qui ipsius ⁊ vtraq; physico dicēde sunt cause.magis aūt q̄ cuius cā. Causa em hec materie est.sed non hec finis

¶Hic pbs ꝓpat necessitatē in reb⁹ naturalib⁹ nccitati q̄ est in sciētijs demonstratiuis q̄tū ad ordinē necessitatis.q̄ sez necessitas fuit antiquis cā erroꝛis.cum in illis sit necessitas simplr ꝓpter suppōnem finis.licet em scia ꝯclonis finis sit in demōstratiuis.tū p̄misse non sunt nccārie ꝓpter ꝯclusionē.sed in se hūt nccitatē.⁊ ꝓpter nccitatē earū ꝯclusio est nccaria.⁊ cū ipa habeat nccitatē rei nō attēdit in ipsis necessitas ꝯsequētie tū.sed potius nccitas rei que cōsequik.que vocak a quibusdā necessitas p̄ntis. Est igitur in ipsis processus a premissis ad ꝯclusionem ⁊ conclusio

est necāria ꝓpter p̄missas. z nō ecōuerso Et si p̄cedatur a ꝯclusione ad p̄ncipia nō erit demōstratio ꝓpter q̄d. sz q̄a vt patuit latius p̄mo posteriorꝝ. Et ꝺr phs q necitas i rebus naturalib⁹ z i demōstratiuis sciētijs ꝯueniētiā z differētiā hñt Cōueniētiā em̄ hñt in hoc q tā in physicis q̄ in scientijs demōstratiuis ē p̄ncipiū z p̄ncipiatū. Et h̄ ꝑz si em̄ velim⁹ ꝯcludere q rectilineus triangul⁹ hz tres angulos eq̄les duob⁹ rectis .accipiem⁹ cām anguli trianguli rectilinei. Et ꝺr cā nō incip̄tū angulus ē. sz incip̄tū tantus quātus p̄t ꝑtineri duab⁹ rectis lineis z ad se inclinatis .et dicit angulus trianguli rectilinei cui⁹ exterior angul⁹ duobus sibi nō ꝯiunctis in eodē triangulo inclusis ē eq̄liter et q exterior cū sibi ꝯiūcto ē eq̄lis duob⁹ rectis. ꝯ necē est. q interior cōiunctus exteriori cū duob⁹ interioribus sit eq̄lis duob⁹ rectis vñ si interior valet duos rectos. tūc oportet triangulū hr̄e tres āgulos eq̄les duob⁹ rectis. eo q duo anguli interiores valēt vnū exteriorē sibi nō ꝯiunctū. z sic necāria ē ꝯclusio ꝓpt̄ p̄missas i demōstratiis z nō ecōuerso. ꝺa nō ꝓpter h̄ q triangulus hz tres angulos equales duob⁹ rectis duo exteriores eq̄pollent exteriori. q sic idez esset cā z cātū. p̄ncipians z p̄ncipiatū. tñ bñ sequitur q si triangulus nō hz tres angulos eq̄les duob⁹ rectis q nō fiat cā recta p eq̄pollētiā q ē iterior ē cū duob⁹ interioribus illi nō ꝯiunctis eē eq̄lē duob⁹ rectis. Et sic ꝑz q i disciplinis ꝓza st̄z p̄n⁹ sequntiū z ea q̄ sūt materialia st̄z p̄ncipia finis sed in his que fiūt ꝓpter aliq̄d finem siue in artificialibus siue in physicis fiūt ecōtra. quia in talibus finis mouet efficiēte. z ab efficiente infundit materie motus. z sic finis est principiū totius. z ideo est ibi necessitas ꝯditōis ex suppositōne finis. quia si finis erit vel est. tunc necessario erit id qd est ante finē aut est. Si aūt id qd est ante finē aut sit sic vl̄ sic fm q exigit finis. tunc non ē finis. Sicut i disciplinis tene sequtur destructiue. si non sit conclusio necessaria nō erit id qd est ante cōclusionem qd est p̄ncipiū ꝯclusionis necessarie. ita etiā sequit hic destructiue. si non sit materia in necessitate debita. tūc nō erit finis. Sz constructiue necessitas materie nō est causa finis. cuius in disciplinis necessitas p̄nciporꝝ sit causa necessitatis ꝯclusionis. sicut em̄ se habent principia in speculabilib⁹ siue in ordine ad ꝯclusiones. ita in agibilibus finis se habet ad efficientem cū finis in talib⁹ est principiū sicut p̄misse sunt p̄ncipia discursus syllogistici. Sz in hoc differentiā habent. quia finis in physicis nō est p̄ncipiū cognitōis. sed actionis. Jn disciplinis vero p̄ncipia sūt cognitōis z nō actōnis. eo q finis est forma actōnis z intellectus operatiui. et p̄misse sunt forme intellect⁹ speculatiui z p̄ncipia speculatōnis. Sc̄dm igit assignatā dr̄am in artificialib⁹ z physicis ex vna parte. z in disciplinis ex altera nēcitas in his q̄ fiūt ꝓcedit. a fine aūt i oia alia. Et nō si erit dom⁹ necesse est materialia fieri. aut existere p̄ntialiter vl̄ esse futura Et loq̄ndo vl̄r si finis supponat. nēce ē existere materialia vnius cuiusq̄ finis. sicut si dom⁹ esse vel fore supponat. necesse est lateres existere in rectis. z lapides i fundamētis .nō tñ finis ē ꝓpter illa. si finis vocet cā finalis. sz si vocet cā dispōnēs. tūc bñ p̄t dici ꝓpter illa .q si materialia nō essent sub dispositōne debita vl̄r. tūc nō esset finis .sicut domus nō est. si ligna z lapides nō sūt. nec serra erit si ferrū dentatū non est. ꝺa in disciplinis tene sequebat. si ꝯclusio nō ē. nec p̄ncipia sunt necessaria. sicut si triangulus nō habeat tres angulos equales duob⁹ rectis non erit rectus equipollēs angulus qui rectis equipollere supponebatur in p̄emissis. Ex his patet. q vtrecq̄ cāe sc̄z finalis z materialis sint phȳsice dicende. magis tamē illa cui⁹ gratia fit totuz qd fit q illa est p̄ncipiū in physicis z causa materie fm̄ q ipa motui subiect. et fm q mouet ab efficiente. non autem econuerso. materia est causa finis.

Et finis et cuius causa z p̄ncipiū a definitione z ratōne est. sicut i his que fm artem. Quoniam si domus talis est. oportet hoc ex necessitate fieri z esse. z quoniā sanitas hec est. hoc oportet fieri z esse ex necessitate. sic et si hō hic ē hoc. si autem hoc et hoc. Fortassis autem ē in rōne necessariū determiati enim opus serrādi q̄m diuisio huius. hoc aūt non erit nisi habeant dentes hmōi. hi aūt nisi ferrum. sunt autem et in definitōne quedam partes vt materia.

Nic phs ꝓpat sciam demōstratiuā z res naturales quo ad p̄ncipia necessitatis. z ꝺr. q sicut p̄ncipiū necessitatis i demōstratiuis ē definitio sumpta a forma rei. ita p̄ncipiū nēcitatis in reb⁹ naturalib⁹ ē rō siue definitio sumpta a fine. z q forma z finis coincidūt. igit vna ē definitio et vnū p̄ncipiū qđ ē nēcitatis p̄ncipiū i demōstratiuis z physicis. Nō em̄ scit res nisi p termios essentiales in q̄b⁹ est suū esse. sz hos dat finis q̄ ē forma. igit definitōes a fine sumūtur. vt patebit sc̄do de aia. Et istud ꝑz in artificialib⁹ sic. q̄m i eis tota necessitas orit ex fine. q si dom⁹ hmōi est. hoc est cooperiens ab imbrib⁹ z saluans diuitias. oportet hec materialia ex necessitate sic fieri z esse p̄ntia. z hoc est in arte que imitatur naturam in nēcitū p̄t. Jn arte ꝯ q̄ iuuat naturā qualis est ars medicine sic est q q̄a sanitas socratis est talis. oportet hec materialia sic fieri ex necessitate et esse sicut purgatōnes sudores z hmōi. Eodem aūt mō si hō est talis fm materiā oz vtiq̄ ea ē q̄ sūt materia eius. sicut carnes ossa z hmōi. Et si st̄z carnes z ossa oz ea ē q st̄z. añ ea materialia sic hūores z si hūores sūt oz ꝯuenire elemēta ad mixturā. z sic sp qđ posterius ē cā ꝓpter q̄d est ꝑus Et subiūgit phs. q ps materialis q̄ ē necessitatis ordinande ad formā. illa fortassis necāria ē etiā in rōne z definitōne. q̄ in quibusdā physicis ita ē q non tm̄ materia declarat esse necessaria p ꝯsecutōem que est ex forma. sed etiā ipa necessaria p se est. z ps essentie. sicut materia cortū q̄ intrat i definitōez. sic serra nescit nisi definitō dicat materiā z formā. ita z i oib⁹ physicz q̄ subiacēt motui ꝑ⁹ suū ē

Utrum ꝓpter finem ꝓeintentum agens natura sit monstruū ꝓductiua.

Jsta questio vnū supponit sz q materia agat ꝓpter finez et duo querit. p̄mo vtz ꝑducat monstra. 2° vtruz sint ab ipa etiā intenta. Et arguit p̄mo ꝯtra suppositum. natura non est agens ꝓpter finē p̄intentū. Nā oe agens ꝓpter finē mouet ab ipo. sz natura nō mouet a fine. igit ipa nō est agens ꝓpter finē. Minor ꝓbatur. q finis nō mouet agēs nisi fm q ē in intentōne agentis .finis aūt nō cadit in intentōne. materie cū nō habeat intentōem nec̄z cognitōem igit Sc̄do oē agēs ꝓpter finē hz aliq̄d finē sue actōis. natura aūt nō habet finem sue actionis. igit ꝛc. Minor ꝓbat. q generatōes z corruptōes q̄ sūt opatōes nate ꝑcedūt in infinitū. in infinito em̄ nō est alicuius finis igit in actōnibus nature nō reperit finis. Tercio oīa que fiunt in naturalib⁹ fiūt ꝓpt̄ necessitatē materie. q̄m vapores sursum eleuant. z ipi cōgelati in media regione aeris deor-

sum defecē dūt ꝓpter necessitatē materie ipīus. ḋa si hoc fie
ret ꝓpter finē hoc maxime fieret vt frumentū ⁊ terrena⁹
scentia augmentarent. sed hoc nō. cū aliqū ꝑ hoc frumē⁹
tum ⁊ terrenascentia corrumpant. igit ⁊c. Cōtra queſt
tum sic arguit. Natura semper facit qđ melius est. melī⁹
aūt est ꝓducere pfectū indiuiduū q̄ monſtrū. igit natura
nunq̄ ꝓducit monſtrū. Confirmat quicq̄d dirigit ab a⁹
gente infallibili nūq̄ frustratur in sua operatōne. sed na⁹
tura dirigit ab agēte infallibili. igit ꝑa nunq̄ fallit i sua
operatōne. ⁊ ꝑ ꝫ sequēs nunq̄ ꝓducit monſtrū. Contra
sēm questuz arguit. quia omne illud tenditur a natura
quo ipsa potest suum consequi finem. sed per monſtrum
potest natura consequi suū finem. qui est conseruatio esse
speciei. quia in homine monſtruoso cōseruatur esse speciei
igitur intenditur a natura. Confirmat quicq̄d facit i na
turalibus ad decorem ⁊ perfectōnem vniuersi intenditur
a natura. monſtrum autem est hmōi. quia ꝓpter mon⁹
stra perfecta opera videntur perfectiora. igitur ipsum in⁹
tenditur a natura. Pro veritate primi queſti est ꝓbus in
textu. Et pro veritate secūdi queſti arguit sic. quicquid i
tenditur a natura euenit semper vel frequenter. sed mon⁹
stra eueniunt extra semper ⁊ frequenter. igitur non inten⁹
duntur a natura. Pro intellectu tamen huius queſtionis
ponūtur duo discursus. quoz maior primi est ista.

Actio nature est ordinata que fit a determina tis principijs ac per media debita. Minor Causa finalis causarum potissima his que sunt ad finem est ordinis impositiua. Con/clusio Igitur natura agit propter p̄intentū finem a quo sumitur necessitas circa naturali um rerum generationem.

Prima ꝑs maioris patet auctoritate ꝓbi octauo hui⁹ di⁹
centis. q̄ natura est cā ordinatōnis. Rōne sic. actio natu⁹
re ē p̄ncipaliter ipīus intelligētie naturā dirigentis ⁊ mo⁹
uentis in suū finē. cū opus nature sit intelligētie nō erran
tis. igit actio nature est ordinata. Sz tū dūter in subcele⁹
stibz ⁊ celestibz. Nam in celestibz est actio nature ordinata
sine erroze. Sed in subcelestibz hoc est inferioribz cū erroze.
Sed diceres actio ē suppositi. natura aūt nō ē supposituz.
igit actō nature nō ē ordinata. Ad ꝟ dām ē. q̄ natura ac⁹
cipit dupliciter. Uno⁰ ꝓ materia forma ⁊ ꝓuatōe. ⁊ sic na
tura nō est suppositū. Alio⁰ accipit ꝓ agēte naturali hoc ē
ꝓ hūte materiā ⁊ formā. ⁊ sic ē suppositū. ⁊ sic actio nature
hoc ē actio agentis naturalis ē ordinata. Jn cui⁹ signum
videm⁹ q̄ eodē mō eueniūt effect⁹ nature sp vel frequēter
nisi ꝑ accēns fuerit impedimētū ex pte ipi⁹ materie. Secda
ꝑs maioris ptz. qz nō statim a p̄ncipio ē aial neq̄ semē a
p̄ncipio ē induratū. neq̄ ex semie olive fit aial aut econtra
ꝓpter ordinē pfixū a natura. igit actio nature fit a determi
natis p̄ncipijs ac ꝑ media ordinata Minor q̄tū ad ꝑ
mā prē ptz. qm̄ oīs cālitas ē in cā finali ꝑ essentiaz. in alijs
vo ꝑ ꝓticipatōem finis. ⁊ hoc in vno ordine cāz. vt patuit
latius supra vbi mētō fuit de q̄ttuor caulis. Secda ꝑs mi
noris ꝓz. qz finis ē ꝑmū in intentōne agētis. ⁊ vltimuz in
executōne opis. igit oportet oia media fieri fm exigentiam
opis Cōclusio q̄tū ad ꝑmā prē ꝓz ꝑ ꝓbm i textu. Eti
am in causis subordinatis si abstrahat ꝑma cā necesse est
oēs secdas abstrahi. finis em̄ est ꝑma cā. igit subtracto fi⁹
ne in rebz naturalibz nō erit aliq̄ cālitas i eis ⁊ sic auferet
oīs mutatio qđ est ꝓtra sensuz. A fine em̄ mouet efficiens
et efficiens mouet materiā ad educendū formā. Secūda
ꝑs cōclusionis ꝓz. qm̄ sicut q̄libet cā inq̄tū cā ē p̄ncipiū ne
cessitatis. ita ⁊ illa q̄ p̄ncipalioz ē maxime ē necessitatis p̄n
cipiū. igit cū finis ē cā causaz ꝑcipue erit necessitatis p̄nci⁹
piū. Ut̄ fm q̄druplex gen⁹ cause est quadruplex necessi⁹
tas. Una est necessitas coactōnis q̄ dr necessitas ipi⁹ cāe
efficientis. sicut dr. q⁹ fur necessario vadit ad patibulum. ⁊
sic necārij est triste. ḋa sic ē violentū. violentia aūt ē cū qua
dam tristicia. Alia est necessitas obligatōnis. ⁊ sic dr necel
sitas materie. quō dr q⁹ materia ꝓpter ꝓuatōnez sibi an
nexam obligat rem naturalez ad corruptōnē. Tercia ē ne
cessitas forme ⁊ dr necessitas ineuitabilitatis. vt posito so
le necārio ponit lumē. posita aīa in corpe necārio ponitur
vita. ḋa vita est formalis effectus aie. Quarta est necessi⁹
tas finis q̄ dr necessitas ꝓditionata vt si q̄s velit transfre
tare necārio ē eū habere nauim. Maior alteri⁹ discursus.

Quattuor de causis accidunt monstra in rerū natura non tamen sunt quo ad deformitatem ab ea intenta. Minor Monstra sunt in/diuidua preter solitum cursū nature speciei ill/ius indiuidui cum aliqua deformitate produ cta. Conclusio Igitur q̄uis propter finē intentum agat natura. non tamen est quo ad deformitatem monstrorum productiua.

Prima pars maioris patet per dām Albertū. Et est pri
ma rō ꝓpt̄ materie diminutōez. ⁊ hoc tribz modis. Uno⁰
mōstra fiūt fm q̄titatē magnitudinis mēbroz. tm̄ ⁊ non
fm nūez. Alio⁰ fm q̄titatē magnitudinis ⁊ fm nūez. sil.
Tercio⁰ fm numez ⁊ nō fm magnitudinē. Ea aūt q̄ fiūt
fm q̄titatē magnitudinis dupliciter cā fiūt. Fiunt em̄ ex
diminutōne materie. aut debilitate virtutis motiue q̄ nō
pōt formare nisi parū recipiat de materia ⁊ reiiciat aliam
Ea aūt q̄ fiūt f⁹ diminutōez ⁊ numez sil. absq̄ dubio fi⁹
unt ꝓpter vtraslibz cās. sez ḋa diminuta ē materia. ⁊ ḋa de
bilis ē ꝟtus formās. si em̄ fortis eēt virtus formaret men
bra in materia data. ⁊ attraheret aliā materiā i augmētuz
Sz illa q̄ fiūt f⁹ diminutōez numeri ex vtraq̄z cā sigillati
fieri pñt. s. ex defectu materie. vl̄ qz ꝟt⁹ sibi data materiā
ꝑparatā ꝓuertere nō pt nec mutare Et hmōi signū ē. q⁹ p̄
cipue deficiūt mēbra longe a corde ⁊ epate distātia. in qbz
p̄cipue situ hñt ꝟtutes mēbra formātes. sicut deficiūt ma
n⁹ vel pedes aut aliqđ extrinsecoz mēbroz i capite. Que
aūt deficiūt i mēbris aut i toto deficiūt q̄si sint abcisa. aut
deficiūt ab actu. eo q⁹ sint curua ⁊ mollia q̄ actū sustinere ñ
pñt. Secda cā ē ꝓpt̄ materie superfluitatē. ⁊ h̄ fit tribus mo
dis i gñe. Primo⁰ qz magnitudine sola excedūt. 2o⁰ nu
mero. 3o⁰ magnitudie ⁊ nūero sil. Jn magnitudie sola sic
q̄ñ nascūt aliq̄ totū corp⁹ aut aliqđ mēbrū hñtes enorme
Et h̄ ꝓtingit duobz mōis Uno⁰ ꝓtingit ꝓpt̄ fortitudinē
ꝟtutz ⁊ abūdātiā materie sil. Alio⁰ ꝓtingit solū ꝓpt̄ mate
rie abūdātiā ꝓpt̄ h̄ q⁹ ꝟt⁹ sit vltra modū inrēsa. Sig⁹ aūt
ꝑmi ē q̄ñ totū corp⁹ enorme ē. sz tū hz hec oia mēbra rūdē
tia sibi ⁊ ꝓportionata ad mutcē. Sig⁹ aūt secdi ē q̄ñ corp⁹ ñ
hz mēbra sibi ꝓportionata. sz vnū mēbrū ē enorme aliō ꝟo
nō. qz q̄ñ ꝟt⁹ ē ꝓportionata ⁊ nō materia tūc ꝟt⁹ nō pōt
oīa formare eq̄liť. ⁊ iō habilē materiā melī⁹ formar q̄ inꝫ
habilē. Est aūt materia exterioz i qbz min⁹ pt formās ꝟ
tus q̄ in interioribz. ꝓterea qz pl⁹ distāt a mēbris i qbz si
ta ē ꝟt⁹ formativa Jn nūero solo excedūt. ⁊ h̄ ꝓtingit ꝓter
spermatis abūdātiā ⁊ fortitudinē ꝟtutz. ⁊ h̄ tribz mōis.
Primo mō quia aliquādo menbrū non est abundans ta
li indiuiduo. cū fm speciem detrahatur. ⁊ tamen dicit abun⁹

dans qz ante temp⁹ debitū oritur. sicut ꝓtingit in infan/
tibus ⁊ alijs quibusdā qui cū dente paruo vel pluribꝰ na
scunt ꝓpter abundantiā caloris ⁊ materie circa mandibu
las. Et ad istū modū ꝓtinet nativitas natoꝝ q̄ nascūt cuꝫ
pilis magnis ascellaꝝ. ⁊ multitudine capillorꝫ i capite qđ
ꝓtingit ꝓpter fortitudinē cordis ⁊ ꝓpter terreitreitatem fu
moꝝ a corde ad exteriora ꝓpulsoꝝ. Et sic dr dñs Albert⁹
q̄ suis tpib⁹ fuit sibi p̄sentata puella que nata fuit depē
dentib⁹ vterib⁹ ⁊ cū pilis inguinis ⁊ ascellaꝝ. ⁊ fatebatur
mater eius etiā. q̄ patiebat mēstruoꝝ resolutōem. ⁊ hoc
accidit sine dubio ꝓpter fortitudinē caloris formātis ⁊ ma
turantis. Secūdo modo est cū mēbro nō debito sicut fit
digitus sextus. cū abundantia alterius membri ꝓpter abū
dantiā materie. Tercio modo q̄n fit bicorporeū inferius
aut superius. ⁊ sic dicit sanct⁹ Augustin⁹ sextodecimo de
ciuitate dei capitulo nono. q̄ ante aliquot annos in nr̄a eta
te duplex homo natus est superioribꝰ membris inferioꝝ
vero simplex. q̄n duo erant capita. due pectora. duo ma/
nus. venter vnus. ⁊ pedes duo sicut vni hoī. ⁊ hic rādiu
vixit vt multos ad eū videndū fama ꝓtraheret. Et Al/
bertus dicit. q̄ natus fuit quidaꝫ cū duobꝰ capitibꝰ ⁊ po/
stea cōtinuata erāt duo corpora in collo ⁊ in dorso vtriuſ
q̄ꝫ. ⁊ inferius videbaℓ vnū corp⁹. aliq̄n aūt visus est nat⁹
ecōtra q̄ quattuor habuit crura. ⁊ vnicū ⁊ cōtinuū corp⁹
apparuit in superiori pte. qđ absq̄ dubio ꝓtingit ex diuisi
one spermatis i matrice. Sic etiā fit geminoꝝ nativitas
qui in vna cella matricis nati inueniunℓ. ⁊ sic q̄ꝫ tanta fit
diuisio seminis q̄ multiplicanℓ nati vltra numerū cōem.
vt dr dñs Albert⁹ in nono libro aīaliū tractatu p̄mo ca/
pitulo q̄nto. q̄ narrauit sibi medicus fide dign⁹ q̄ vocat⁹
fuit ad curaꝫ vxoris mulieris nobilis q̄ fecit abortum de
centū ⁊ quinquaginta silē. ⁊ putabat se vermes emisisse de
matrice. ⁊ cū aperirenℓ tele inuenti sūt pueri figurati habē
tes q̄titatē digiti auricularis hoīs. ⁊ plures eoꝝ habebāt
motū dilatatōnis ⁊ ꝓstrictōnis ⁊ pluraalia signa vite. ⁊
in pelui iacebāt oēs añ oculos eius ⁊ erant oculi eis imō/
pleti ⁊ digiti manus quasi capillares. ⁊ similiter digiti pe
dum. Etiā inueniunℓ aliq̄n quidā nati cū multis forami
nib⁹. sicut sunt ora ⁊ multis linguis i vno capite. Et sic di
cit dñs Albert⁹ in cōmentario suo. q̄ sibi suo tpe quidaꝫ
fuit p̄sentatus qui habuit vndeci linguas. ⁊ vndecim ora.
et viginti duo labia imōpleta tū mortu⁹ fuit añq̄ nasce/
rēt. Tercia causa ē ꝓpter ip̄proportionabilitatē qualitatuꝫ
ad materiā. vt sūt illa i quib⁹ est nimia macies vel nimia
piguedo. quoꝝ p̄mū fit ex nimio calore. ⁊ ij⁹ ex nimio frigo
re. ⁊ si nūgātur q̄litates ꝓrie quaꝝ vtraq̄ sit ꝓplexionalis
et terminās tunc contingit nasci androgenas quos nos
cōmuni noīe appellam⁹ hermofroditos ⁊ virtus forma/
tiua satisfacit vtriq̄ sexui tā i mēbris exterioribꝰ q̄ꝫ iteriori
bus sicut ad sensum multis est notū q̄ vtriq̄ sexū habe/
ant. ita etiā q̄ a sapientibꝰ discerni non possit q̄s p̄ualeat
cū succūbere ⁊ incūbere aliqui possint sine membroꝝ impe/
ditōne. vnde etiā incertum est a quo potius nomē accipe
debrant. a meliore tū. hoc est a masculino vt appellarenℓ
loquendi cōsuetudo p̄ualuit. Nemo eīm vnq̄ꝫ vt dicit ari
guitinus androgenas aut hermofroditos nuncupauit.
Quarta est ꝓpter continentis maliciam. ⁊ hoc duobꝰ mo
dis. ſm q̄ est duplex continens. Est eīm continens sicut
pellis que dicit secundina. quia ex ruptura illius pellis fit
multiplex mōstruositas Nam quādoq̄ꝫ materia defluit
⁊ sic deficit mēbrū vt curuatur aut grandescit aut discon
tinuatur aut dislocatur a membro sibi vicino. ⁊ quādoq̄ꝫ
confluunt spermata diuersorum fetuū. ⁊ cum conglutinā
tur duo corpora fiunt in loco illo. Aliud est continens ha
bens in se virtutē celestis circuli q̄ est primū circūdans et
ex tali malicia continentis fiunt impressiones diuersarum
formarum que competunt diuersis speciebus animaliuꝫ
sicut sunt porce parientes porcellos quorum capita sunt
humana. ⁊ sicut est de vaccis quas ponit Empedocles ⁊
huiusmodi hec enim ex spermatum cōmixtione fieri non
possunt. quia spermata valde diuersa i specie corrūpunt
se inuicem ⁊ nihil generatur ex ipsis. sed istud pot⁹ fit ad
constellatōnem ad illā formā sperma mouentē extra suaꝫ
qualitatem. Et sic dicit Ptholomeus. q̄ in quadam par
te arietis luminarib⁹ ⁊ quibusdam planetis alijs concur
rentibus non potest fieri generatio humana. Si autem
essent similia ⁊ vicinarum specierum animaliū. tunc possꝫ
ex illis generari medium animal sicut ex equa ⁊ asino gene/
ratur mulus. ⁊ ex equo ⁊ asina burdo. ⁊ ex cane ⁊ lupo ly
ciscus. ⁊ hmōi. Sed diceres de monstris determinare q̄/
tinet ad scientiam librorꝫ de animalib⁹. Ad hoc dicen/
dū est. q̄ verum est. tamen vt sciatur non casu talium ani
maliū fieri generatōnem vt dicit Empedocles congruit
mentionem de eis in p̄senti facere. Omnia enim mon/
stra peccata nature sunt intendentis finem aliquem quez
attingere non valent ꝓpter corruptōnem alicui⁹ principij
naturalis. igitur in his substantijs in quibus dixit Em/
pedocles q̄ in prima parte sunt bouigena ⁊ in alia parte
habent figuram hominis aut econuerso si potuerint veni
re ad finem aliquem ⁊ terminū quez natura p̄stituit ⁊ de
siderauit. loquendo de ea inq̄ꝫtum fuit vis formans se/
men. Secūda pars maioris patet. quia nullum agens in
operatōne sua intendit peccatū. monstrū autem est pecca/
tum in nature operatione. igitur non intendit a natura q̄
ad illam difformitatem. Est tamen sciendū q̄ duobꝰ mo/
dis potest considerari monstrū. Uno modo quo ad rō/
nem deformitatis quā importat que est carētia debite re
ctitudinis ⁊ proportionis in aliquo individuo. ⁊ sic intelli
gitur secūda particula maioris vt ꝓbatum est. Alio mo/
do consideratur ratōne subiecti illius deformitatis qđ ē
homo equus aut aliquod ens naturale. ⁊ sic rōne subiec
ti monstruꝫ bene intenditur a natura. quia omne illud in
quo potest conseruari esse specificū a natura vlt intendit a
natura i tali ār subiecto deformitatis ꝓseruat eē specificū
igit rōe illi⁹ intendit a natura mōstrū. Et si diceres oia bo
na appetūt mōstrū aūt est quoddā malum. igit naka vlis
nō intendit mōstrū. Ad h̄ dom ē q̄ natura vlis nō arrēdit
illā deformitatē. ſz dūtaxat subiectū i q̄ talis deformitas
inuenit. Minor p̄z ex declaratōe maioꝝ vt cū aliq̄ nascūt
duobꝰ capitibꝰ. aut sex digitis ⁊ pueniūt talia mōstra ꝓpt
alicui⁹ p̄incipij naturalis requisiti corruptōem ad pduc
tionem talis individui. Cōclusio patet ex dictis.

Ad obiecta in oppositū

Ad p̄mū qđ fuit ꝓ suppositū dom ē. ſz natura nō habet
intētōez finis q̄ ꝓgnitōez. tū dirigit ab aliq̄ hñte intētōez
et ꝓgnitōez finis ſz ab itelligētia nō errāte. op⁹ eīm natu/
re ē ip⁹ itelligētie nō errātis Et op⁹ nake ē poti⁹ intelligē
tie q̄ alic⁹ alteri⁹ cāe qm̄ op⁹ nake fm q̄ ē i finē tāq̄ a ꝓg
noscēte finē nō p̄t eē a naka vlī. q⁹ illa non ꝓgnoscit. igit oꝝ
q̄ sit a motore separato. talis āt ē intelligētia. nec p̄ma cā cū
illa sit transcendens cui effectus non ꝓportionatur. Si/
mile est de sagitta missa ab arcu. talis enim non cogno/
scit methā. dirigit tamen a sagittante q̄ cognoscit methā

Est tamē differentia. ḋa motus sagitte est violent⁹ cū pal so non conferat vim. hoc est sagitta nō habet inclinatōez ad talem motū. sed naturalia duigunt naturaliter ab intelligēcia. ḋa qñcūq; aliqd mobile ē naturalit subordinatū mouenti. tunc quicḋ in mobili acquirit a mouente est naturale. sed naturalia sūt subordinata intelligētie nō erāti. sic āt sagitta nō ē subordinata sagittāti tō ipsūo a sagittāte facta ē violēta. Et ē notādū q naka nō eodē mō agit ꝓter finē in singulis qm̄ aliqd dicit agere ꝓter finē inq̄tum determinat ad finē. trib⁹ aūt modis aliqua determinant ad finē. igit trib⁹ modis agūt ꝓter finē. Dator ptz ḋa agere ꝓter finem est se ad talem finē determiare. Dinor ꝓbatur. ḋa vn⁹ modus determiatōnis est pure actiuus qñ scz ages seipm determiat ad aliqd agēdū p liberā electōnem. z cū electio est actus voluntatis z intellectus. ideo oportet q talis modus solū fiat in habentib⁹ intellectum Determiare em̄ se ad finē ē cognoscere ordinatōnez finis ad media. hoc aūt solū est in habentib⁹ actuz intellectus cui⁹ est ordinare. Secūdus modus partim actiuus et partim passiuus. ḋa fit p occursum determinati obiecti ad cui⁹ pñtiā mouet aliquid naturali instinctu ad ꝓsecutionē aut fugā illius Et iste modus est in aialib⁹ brutis q modus dicit actiuus ex parte ipius obiecti qđ mouet sensum ipius aialis. z dicit passiuus q̄tū ad executōem inq̄tum scz pñte obiecto ad executōnem mouet aial absq; eo q ordinet media ad finē. sicut fit in hoie. z ideo q̄uis bruta cognoscat qñq; naturaliter finē ad quē mouet. tamē nō cognoscit finē sub rōne finis. ḋa nō cognoscit finē sub relatōne ad media. qđ est ꝓprie cognoscere finē. Tercius modus est pure passiuus qui ꝓuenit ex motione agentis in quo talis forma imprimit materie ad quā formā sequit opatio que est finis illius nature. z iste modus agendi. ꝓpter finē ē sine oi cognitōne illius qđ mouet ꝓpter finē. ꝓe supponens tñ cognitōnē in mouente qđ est causa talis rei naturalis Differūt tñ isti modi determiatōnis ad finē. ḋa prim⁹ fit p intellectū. secūdus p sensuz. z tercius p formā naturalē. Ex quib⁹ pñt elici tria corelaria. Quoz ꝑmū ē q in motib⁹ brutoz aialiū z naturaliū nō est error sicut in operib⁹ humanis. q⁹ opa in aialib⁹ brutis z naturalib⁹ fūt ab intelligentia a qua ad suos fines dirigūtur. opa aūt humana fūt ab intellectu humano quare in illis operatōnibus magna reperit diuersitas. Secūdū corelariū ē q natura occulte operat in reb⁹ ḋa ipsa dirigit ab intelligentia cui⁹ virtus est nobis occulta. z sic opera facta virtute intelligentie sunt occulta. Tercū est aialia bruta suas operationes operant determiate. ḋa agūtur ab aliquo agēte infallibili z determiato. z hoc est qđ cōmuniter dicit. q op⁹ nature est opus intelligentie nō errantis. Sed diceres ex illo sequit q natura ageret z nō ageret. Ad hoc ē dicēdū q duob⁹ modis aliqua res agit. Uno mō principaliter effectiue z sic potius pure naturalia agūtur q̄ agant. Alio modo secūdario effectiue hoc est subeffectiue z sic etiā dicūt agere q⁹ hñt intra se aliquā formā ab agēte receptā p quā ꝓcurrūt ad actōem ꝓpter finē. exēpli gra. graue i se hz formā grauitatis p quā ꝓuenit ad motōem grauis in locū deorsū q̄ē finis. Ad 2ᵐ dōm est hz generatōes z corruptōnes fiant in infinitū fm numerū. eo q generatō vnius ē corrupto alterius z ecōtra. tñ qlibet generatō ptcularis z qlibet alia actio nature hz finē determiatū. z nō durat in infinitū. vñ ꝓtus finita cuiusmodi ē natura. nō pōt mouere i infinitū fm duratōem. Aut dōm ē. q duplex est finis. ḋq̄ē finis rpts suę duratōnis. z sic generatōes et corruptōnes nō hñt finē. z illo mō nō accipit finis i ꝓposito. Alius est finis gra cui⁹ aliqd fit. z sic generatōnes et corruptōnes bñ hñt finē gra cui⁹ fūt vñ fūt ꝓpter cōseruatōnē speciei tanq̄ ꝓpter finē. z sic capit hic finis. Ad tercū dōm ē. q talis pluuia nō eleuat sursū neq; descēdit necessitate materie. hz ꝓpter augmētatōez terrenascentiū. z ꝓpter adequatōnē elemētoz intra se. z hz aliqñ noceat aliquib⁹ terrenascentib⁹. nō tñ vlter hoc facit hz casu hoc cōtingit ꝓpter ꝓpatōnem cause vlis ad effectū ꝓticularem

Ad argumētū qđ fuit ꝓtra ꝑmā ptē q̄sti dōm est. licz natura nō impedita sp facit qđ melius ē. ipa tñ impedita ꝓpter alicuius principioz naturaliū corruptōnem aut disproportiōnez pōt aliqd ꝓducere qđ nō est melius simpliciter. Et ad cōfirmatōnē dōm est. q quicḋ dirigit ab agēte infallibili z infallibiliter in sua opatōne nunq̄ fallit. modo hz natura ab agente infallibili dirigat. hoc tñ nō est infallibiliter ex ptē ipius nature. qm̄ tale agēs permittit qñq; naturā a sua opatōne impedir. Ad primū qđ fuit cōtra secūdā partē q̄sti dicēdū est q̄uis in monstro pt ꝓseruari esse specificū rōe subiecti talis deformitaz. z illo mō a natura intēdit. nō tñ tale eē ꝓseruat i eo rōe deformitaz nec vt sic a natura intēdit. Aut dōm ē. q duplex ē natura scz vlis z ptcularis. natura āt ptcularis nō intēdit mōstrū. q⁹ intēdit bonū effect⁹ ptcularis. mōstrū āt ē defect⁹ effect⁹ ptcularis. igit nō intēdit a natura ptculari. intēdit aūt a natura vl nō absolute q⁹ sic intēderet aliqđ malum nature. hz fm q tale monstrū facit ad decorē vniuersi z b duob⁹ modis ꝓtingit scz directe z indirecte Directe q⁹ de cor vniuersi ꝓsistit i ordine rez. hz ex hoc q aliq̄ deficiūt a ꝑfectōe alioz in diuersis spēb⁹ aut i vna fit ordo in reb⁹ In directe q⁹ opposita iuxta se posita magis eluescūt sic imꝑfecta posita circa ꝑfecta faciūt ꝑfecta ꝑfectiora. Ad 2ᵐ dōm ē. q hz monstrū p accidens faciat ad decorē vniuersi vt ꝓbatū fuit nō tñ p se. qm̄ solū species z corpa simplicia sunt de essentiali ꝑfectōne vniuersi Illū ꝓcedit. q⁹ a natura vl imꝑtū dirigit ab intelligentia bñ pōt attēdi monstrū. q⁹ illa intēdit oē illud qđ p se vel p accūs pt facere ad decorē vniuersi. Natura vero ptcularis q̄ dūtaxat intendit ꝑfectōem individui nullo mō mōstrū intēdit. Sz diceres natura ptcularis nutrit mōstrū z ipm in esse cōseruat. igit natura ptcularis intēdit mōstrū. Ad h dōm est p interemptōem ꝓñe. q⁹ natura ptcularis nō est agens liberū fm ꝓpositū. vñ si natura ptcularis esset agēs liberuz fm voluntatē tūc bene valeret ꝓña in argumēto formato sed ita nō est. q⁹ natura ptcularis ē agēs necessariū agēs ex nēcitate nature. igit nō pt ꝓducere mōstrū z nō nutrire ipm. imo necessario ꝓducit z nutrit. vñ virtus derelicta i semine ē agēs necārium agēs ex nature necessitate z p ꝓñs necario nutrit z ꝓseruat mōstrū. Et ē notādū q ē duplex natura ptcularis scz q̄ vt hō generās respectu hois geniti. Alia ē natura ptcularis q̄ vt ꝑt⁹ derelicta i semie q⁹ se mē est id q̄ mediāte hō generās generat. Et auctoritas phi i 2° de aīa vnūqđq; intendit ꝓducere sibi sile intelligit fm speciē in essentialib⁹ z nō in accidentalib⁹.

Incidunt dubia quo-

ru ꝑmū ē. An illa q̄ fiāt a casu fiāt ꝓpter finē. Et videt q sic. qm̄ illa que fiunt ꝓpter hoc alla fiunt ꝓpter finem. hz illa que fiunt a casu fiunt ꝓpter hoc. vt pater p definitōez casus igit fiūt ꝓpter finē. So° q duob⁹ modis aliq̄ fiūt ꝓpter finē. Uno° ꝓpter finē actualiter intentuz. z sic casualia non

fiunt ꝓpter finē cū fiant p̄ter intentōnem. Alio modo a/liqua fiunt ꝓpter finē aptitudinaliter. ḋa sc̄z efficiens egis/set ꝓpter finē si p̄sciuisset illū euentū effectus futuri. ⁊ sic casualia ⁊ fortuita fiunt ꝓpter finem.

Secundus dubium est

An iupiter pluat vt augeat frumenta. cum tamē sepe de/struat ea. Solutio difficile est reddere causam finalem in particulari huⁱ⁹ aut illius impressionis. ⁊ quare nunc plu/it vel tunc. ⁊ quare hic vel ibi. cū inter oīa que a natura fi/unt impressiones metheorologice fiūt iordinateⁱ⁹ ꝑm pm̄o metauroꝝ vbi dicit q̄ fiant ꝑm naturā inordinatio/rem ea que est p̄mi elementi corporū ⁊ hō ꝓpter iupiter nō pluit vt augeanⁱ frumēta. ⁊ qđ magis est nulla impressio fit ꝓpter aliquē determinatū finem p̄ rem in vniuersali ta/men pōt causa haꝝ impressionū dari sc̄z equalitas ⁊ p̄ma nens ꝓportio elementoꝝ. vt si ab elementis inferioribꝫ sc̄z terra ⁊ aqua semper eleuareⁿ vapores sursuz ⁊ nūq̄ de scenderent deorsum tunc elementa superiora nimis aug/mentareⁿ. ⁊ sic inferiora diminueren. ⁊ sic dissolueret ꝓ/portio ⁊ equalitas elementoꝝ. ⁊ q̄ fiat aliq̄n particulare bonū sc̄z augmentū bladoꝝ aut eoꝝ destructio. hoc videt esse per accidens. Omnes autē alij effectus naturales p̄ter impressiones metheorologicas fiūt ꝓpter determinatuz finem particularē quē attingūt vt in pluribus ⁊ ab eo de ficiunt in paucioribus.

Tertium dubium est

An gelu sub cane ⁊ estas in hieme sint effectus casua/les Solutio aliqui effectus dicūtur duobus modis ca suales. Uno modo simpliciter ⁊ sic dicūtur casuales illi effectus qui p̄ accidens ⁊ p̄ter intentōnez particularis nature fiunt. ⁊ sic gelu sub cane ⁊ estas in hieme non sunt effectus casuales. q̄ tales effectus euenire possunt ex ordi nata causa sc̄z ꝓpter motuū ⁊ astroꝝ cōcursum que potest a perito astrologo p̄uideri. Alio mō ꝑm quid. ⁊ sic dicunⁱ effectus casuales q̄ fiunt p̄ter cōmunē cōsuetudinē et p̄sertim p̄ter spem nature ac cōditōnem ipius estatis et hiemis Alij aūt dicunt q̄ simpliciter ⁊ absolute tales effe ctus sint casuales q̄ fiunt p̄ter intentionē particularis nature licet non vlis. Et dicūt q̄ nō sit inc̄ueniēs q̄ alic̄ effectus sint casuales respectu vnius ⁊ nō respectu alteriⁱ⁹ et sic estas in hieme ⁊ gelu in estate sunt effectus p̄ se natu re vl̄s sūt tñ effectⁱ⁹ p̄ accīs nature p̄ticularis. exēpli gr̄a cōcursus famuloꝝ inopinate ꝯcurrentiū est p̄ accīs respe ctu famuloꝝ. ⁊ est p̄ se respectu patrisfamilias.

Quartum dubium est

An vnūq̄dq̄ fiat sicut aptū natū est fieri. Et videt ꝓmo q̄ nō. ḋa miracula fiunt. ⁊ tamē nō sicut apta nata sūt fie ri. igit vnūq̄dq̄ nō fit sicut aptū natū est fieri. Secūdo sic materia domⁱ⁹ ē indifferens ad formā domⁱ⁹ ⁊ nauis. igit simul p̄t fieri vtrūq̄ tā p̄ naturaz q̄ p̄ artē qđ falsum est. Solutio q̄ sic. q̄n qđ ipossibile fieri nō fit. igit vnūq̄dq̄ fit sicut aptū natū est fieri loquēdo de aptitudine effec tui siue fieri ꝓportionata. Ad obiecta in oppositū Ad p̄mū dām est. q̄ miracula non fiunt per potentiā natura lem nec per artē que est imago nature sed fiunt p̄ potētiā supnaturalem ipi deo ꝯuenientē. ⁊ sic etiā miracula fiunt eo modo quo apta nata sunt fieri. Pro quo notandū est q̄ duplex ē potentia. Una ē naturalis ⁊ illi correspondet potentia actiua naturalis. Alia est potentia obediencialis et illa reperitur in omni creatura. ex eo q̄ omnis creatura obligatur obedire creatori. ⁊ talis potentia respicit poten tiam supernaturalem. Ad secūdū dicendū est. licet ma teria in informitate sua accepta sit indifferēs ad diuersas formas ipsa tamen dispolita ac preparata magis est in po tentia ad vnā formā q̄ ad aliam ⁊ ita nulla potentia mo uetur sil̄ ad oppositā sed ipsa disponit ad formā habendā

Quintum dubium est.

¶Istud est tertiū capl'm in quo phs mouet duo dubia que soluit. ⁊ fm hoc diuidit istud capl'm in duas ꝑtes. in quaꝝ ꝓma mouet ꝓmū et illud soluit. In secunda vero mouet scōm arguendo ad vtrāq̄ ꝑtē. ⁊ illud soluit. ibi. habet aūt rōnale. Quātū igīk ad ꝓmā ꝑtem dicit phs. q⁹ ex p̄dictis manifestū est. q⁹ motus sit in mobili subiectiue q⁹ ois actus mobilis vt causa materialis in qua est in mobili subiectiue. mot⁹ est hm̄oī. igīk mot⁹ est subiectiue in mobili. Q̄no⁹ ꝑbaī ꝑ definitōem motus. Ideo in dubiū vertit. An ne aliquo mō mot⁹ posset ꝑpetere mouēti. Ad qō respōdet phs. q⁹ idē motus q̄ est in mobili subiectiue. est in mouēte causaliter. q⁹ motus est act⁹ quē mouens dat mobili qō mouek. nihil eī dat nisi illud qō hz aliq̄ mō. oportet igīk actū istū q̄ motus est aliquo mō ineſſe vtriusq̄ scz mouenti ⁊ mobili sīue moto. Mobile eī ōr et est in ipo posse moueri ⁊ recipere motū Q̄uēs āt ōr ⁊ ē in ipso facere et agere motū in mobili. igīk sīl'r et eq̄liter est vnus vtriusq̄ actus ipe motus. sz diuersimode vt dictū est. q⁹ est agētis sīue mouentis actiue ⁊ sicut cause q⁹ p motū ꝓpak ad motuz et patiens. Et est mobilis sicut subiecti qō p motū recipitum. et in se fluentē ex mouente ꝓpak ad mouens. ⁊ hec cōpatio equaliter est vna. sicut ois relatiua oppō in eo q⁹ ꝓpatio media int̄ ꝓpata. sicut ōr ꝓpatio media duoꝝ ad vnū. et vnius ad duo. cñ si in extremis accipitur cōpatio duoruz ad vnū est ꝓpatio ⁊ ꝓportio dupli. et ꝓpatio vnius ad duo est ꝓportio subdupli. et ideo ꝓportiones iste sunt due ⁊ ꝑposite. et exterius et in medio est ꝓportio essentialiter vna differēs p termios p quos definiunk. ⁊ ꝓpter hec sua definitio nō est vna. Q̄odē autem mō se hz h̄ in rōne sicut in spaciys. spaciū eī vnū est int̄ duos terminos oppositos q̄ sunt sursum et deorsuz. spaciū eī mediū subiecto est vnū. sz tñ ꝓpatōne eius qō ē sursuz ad deorsuz est descendēs. cōpatōe vero eius qō est deorsum ad sursum est ascendēs. sz definitio ascēsus et descensus motus cū penes termios sumak nō est vna Sīlis aūt modus oppositōis et idētitatis est etiā i moūēte et moto quo ad motū qui est in mouēte p rōem ei⁹ qō est mouere in moto vero p rōem eius qō est moueri et sunt rōnes eoꝝ et potētie oppositē. licet essentia ꝓportionis videak eē vna. eo q⁹ est inter eadem extrema

¶Habet āt defectū rōnabilē: necesse est eī forte ⁊ passis esse eūdez q̄dē actū a actiui et passiui Hic q̄dē eī actiuo illic āt passiuo. opus ei et finis huius quidem actio illius āt passio.

¶Ista est scōa ꝑs hui⁹ capl'i in qua phs mouet scōm dubiū qō vocat rōnabile. nō q⁹ est de ente rōis. sz quia hz ad vtrāq̄ ꝑtē rōnes ꝓbabiles. ꝓmittit tū q⁹ actus actiui hoc est mouētis est actio. et actus passiui hoc ē patiētis est passio. q⁹ opus et finis vniuscuiusq̄ ē act⁹ ei⁹. sz actio est finis et opus agētis et passio est finis patientis igīk act⁹ agentis est actio. et actus patiētis est passio.

¶Q̄m igīk vtraq̄ sunt mot⁹ si quidē alteri i aliquo sunt. aut ei vtraq̄ in patiente ⁊ moto sunt aut in agente sunt vtraq̄ aut actio q̄dē in agēte passio aūt in patiente est. Si āt oz et hāc actionem vocare equiuoce vtiq̄ fiet

¶Hic mouet scōm dubium supposito q⁹ actio et passio st̄ mot⁹ An actio ⁊ passio sint diuersi mot⁹ vel vn⁹ motus Et arguit ꝓmo q⁹ nō sint diuersi mot⁹. q⁹ si ēent diuersi motus. tunc actio et passio hoc est mouere et moueri essent simul in motiuo hoc est in mouente vel ambo in patiente hoc est in eo qō mouek aut actio est in agēte et mouēte. ⁊ passio est in patiēte. nullū illoꝝ est dom. igitur

actio et passio non sunt diuersi motus. Nec ꝑt sumi alia ps diuisionis. scz q passio sit in agēte. z actio in patiente qz si agens vocaret noie patientis. z patiēs noiaret noie agentis tūc essent equoca Cetera si agens esset patiēs fm q agens. tūc opposita inessent eidē fm idem. Et ea dem rō est quare actio nō inest patienti ꝑ se solā.

¶Sed si hoc est in mouēte motus erit. eadem em̄ rō est in mouente et in moto. Quare aut oē mouēs mouebiť. aut hūs motū nō mouebiť

Hic phs. phat mīnorē p̄dicte rōnis q̄tū ad duo mēbra fil' scz q actio nō ē in agente. nec actio et passio sunt i agēte. qz actio est motus g̃ si actio est in agēte. igiť motus ē in agente aut mouēte. sz si ꝓcedať motū esse in agēte tūc sequiť alterū duoꝝ impossibiliū. s. aut q oē mouēs mouet eo q cui inest motus nēcario illud mouet sicut necessario est albū cui inest albedo. aut q hūs motū nō mouetur. sz hoc est impossibile. qz sicut dictū est. cui inest motus illud mouet. hoc aūt seq̄tur illis duob' que dicta sūt suppositis scz q mouere z moueri cū diuersa sint. sunt tm̄ vnus motus et mouere in mouēte sicut in subiecto. per eandē em̄ rōem supponiť destructū eē mēbrū diuisionis p̄habite scz q actio et passio sint in agente

¶Si āt vtraq; in moto sunt et in patiēte. et actio et passio. et doctio et doctrina cuz duo sint in addiscente. Primū quidē q actus vniuscuiuscq; nō in vnoquoq; erit. postea et inconueniens est ꝑ duos motus simul moueri. Quedaz nāq; erūt alteratōnes due vnius et in vnā speciem sed impossibile est.

¶Hic phs. phat q actio et passio nō sint in patiente. qa tūc agens esset patiens. et doctio actiua esset doctio passiua. sz ad hoc sequiť duplex inconueniēs. igitur actio et passio nō sunt in patiēte. Primuz est q actus ꝓprius vtriusq; scz actiui z passiui est in altero sicut in subiecto quod est ipossibile. qa sicut agēs z patiēs opponūtur ita actōnes eoꝝ et ꝑfectōnes eoꝝ opponuntur. et ita actus actiui nō esset in passiuo sicut in subiecto qđ est ipossibile. igiť. Scōm inconueniens est. q vnū z idē duob' motibus mouereť simul ad vnū z eundē finez qz vnius fm spēm est moueri ad vnū et eundem finem. sz patiens est vnū fm spēm. ergo vnus erit finis. sz si mouere z moueri essent in moto siue patiente tunc hz duos actus scz actum actiui et passiui qui duo motus dicūtur. eo q in duplici rōne et spē existentia dicūtur esse motus vni' differens spē agentis z spē patientis. et fm hoc due erūt alteratōes q̄dā vni' et eiusdē et in vnā spēm ducentes tāq; in finē. qz vnius et eiusdē patientis erit alteratio q̄ est motus agentis qui est alterare. z alteratio que est mot' patientis qui est alterari. et vtreq; motuū ducit ad vnā spēm. sicut ad albū vel musicū vel aliā hmōi q̄litatez. sed hoc est impossibile. igiť z illud ipossibile siue inconueniēs fuit qđ mouere z moueri. cum sint diuersa sit vnus motus conueniens eis.

¶Sz vnus erit actus. sed irrōnabile est z duo eum et alteroz fm spēm eūdem et vnū esse actū Et erit siquidē doctio et doctrina idem. passio et actio. et docere cū addiscere idē. et agere cuz pati. Quare necesse est oēm docentem addiscere et agentem pati.

¶Hic phs arguit ad aliā ptē. scz q actio et passio non sint idem motus. qz tūc seq̄renť quatuor inconuenientia. Quoꝝ primū est. q idē esset actus diuersoꝝ fm spēm. qz agens et patiens sunt distincta fm spēm fm q hmōi et hūt vnū actū scz motū. Scōm inconueniēs est. q actio et passio essent idem. qm̄ actus agentis est actio. z actus patientis est passio. sz actus agēt̄s esset idē cū actu patientis. g̃ actio et passio sunt idem. z sic doctio q̄ tenet se ex ꝑte docētis erit eadē cū disciplina q̄ tenet se ex ꝑte addiscentis. Tertiū inconueniēs est. q agere et pati eēnt idē. z docere z addiscere. qz si albedo et nigredo sint idez igiť albū esse. et nigrū esse. cū igiť i inconueniēti p̄cedēti dictum est q actio et passio sunt idē. g̃ āgere z pati Quartum inconueniens est. q oē docens addisceret. z oē agēs pateret z econtra. qz quecūq; sunt eadē q̄cd attribuitur vni etiā et alteri. sz in tertio inconuenienti dm̄ est q idez sunt docere z addiscere. igitur quicd̄ conuenit docenti hoc etiam conuenit addiscenti

¶Aut neq; alterius actū in altero esse inconueniens est. Est em̄ doctio actus docentis. in q̄dam tm̄ et nō decisus sz huius in hoc. Neq; ei vnus in duob' prohibenť. Nihil em̄ eūdē esse actū nō sicut esse idem. sed sicut est q potentia est ad aliqđ agēs. Neq; necesse est docentē addiscere. neq; si pati et agere idē est. nō tm̄ tanq; rōem esse vnā q quid erat esse dicentē. sicut tunice z indumenti. sz sicut via a thebis ad athenas. et ab athenis ad thebas quēadmodū dictum est ꝓius Nō ei oīa eadē insunt q̄libet mō eisdē. sz solū q̄b' eē idē est. Attuero neq; doctio et doctrina idē. et docere z addiscere idē. sicut neq; spaciū vnū distātiū sic z distare hinc illuc vnū et idē ē. Nino aūt idē dicere ē neq; doctio cū doctrina. nec actio cū passione idē. phe est sz cui insunt hec motus Cei huiꝰ in hoc. et q huius ab hoc actū esse rōem alterū est

Hic phs soluit scōm dubiū dicēs sententialr. q actio et passio sunt vnus mot' fm rē siue materialr. qz eadē ē forma materialiter q̄ ꝓius est in agēte z postea recipiť ipa clēte. sz nō fm rōem siue formaliter. qz actio z passio sūt in diuersis subiectis. qm̄ actio ē formalr in agēte. z passio formalr in patiēte. z mot' i mobili. Et phs respōdit ad obiecta siue ad inconueniētia q̄ videnť seq̄ ex hoc q actio z passio sint vn' motus. Ad ꝓmū ei inconueniēs ōt phs q nō est inconueniens esse vnū actū diuersoꝝ fm rō diuersas rōnes vt actus mouēt̄ est in altero. s. in eo qđ mouet. eo q doctio q̄ est actus docētis est a docente in q̄ actu docēs nō subest nisi intentōe cause ꝑfectiue doctrine ab ipo. et hic actus est in quodā subiecto nō decisus neq; interruptus inter cām eius et subiectū suscipientez ipm qđ subiectū ē discipulus. z iō est actus huius agentis in hoc subiecto suscipiente. Simili mō nihil phibet vnum motuz q̄ entialiter est ꝓtinuus fluxus ab vno in aliud eūdē nūero esse in duob'. Nō idē in esse vno. sz sicut illud qđ est entia vnū z fm eē duo. z hoc modo cō paratur potentia suscipiens actum illum qui est motus

ad agens qđ influit actū illū qui est mot⁹. Et ꝓterea etiā nō sequtur secđm incōuenies qz nō sequtur docentē addiscere necꝫ agere pati. cuius agere z pati idem motus sit in essentia. qm̄ sic nō sunt idem. q habeāt vnā rōnē. qz agere z pati nō solū dicūt simplicē fluxū qui est mot⁹ inter mouēs et mobile a mouēte in mobile. Agere em̄ noiat fluxū illuz fm esse quo ē a mouente. z pati nomiat eum fm q est receptꝰ in mobili qđ mouet. z ideo lz sit fluxus vn⁹. nō tamen hz vnā rōnem que dicit qđ est esse. z est rei quidditas sicut hūt rōnē vnā. tunica z indumētū. qz licet actio z passio dicant fluxū vnū. tū dicūt ipm fm diuersum esse z esse. sed dicūt fluxū vnū sicut spaciū vnū dicit viam que ē a thebis ad athenas z ecōuerso. differentē solū ꝑ termios sicut dictū est vl̄ter nō sequtur incōueniens. qm̄ que sunt eadez insunt eidem hoc em̄ nō sequtur nisi in illis quoz quidditas est vna. sed sic nō est hic. quia hic fluxus est vn⁹. z qđitas ē diuersa. cū quidditas eoz est penes esse z esse. esse em̄ eiꝰ fm q est a mouente aliud ē ab esse eius fm q est in eo qđ mouetur. z ideo ꝓter idētitatē fluxus nō sequit q mouens sit motum. Necꝫ sequtur tertiū inconueniens. q doctio sit doctrina. necꝫ q addiscere est docere. qz q̄uis duoꝝ distā tiū idem sit in subsłantia. nō tū idem est ꝓter hoc distare hinc z inde z huc z illuc. quia distare inde huc z illuc fortē est ascensus. z distare hinc illuc forte est descensus. sicut se hz distantia que est inter celū z terram. cui⁹ licet sit idez spaciū. ramen termini necꝫ sunt idem. necꝫ motꝰ. necꝫ potentia. necꝫ natura. Necꝫ sequtur quartū inconueniens. scz q actio est idem passioni aut doctio est eadē doctrine proprie loquendo. sed fluxus cui hec insunt fm diuersos terminos erit motus z ille est idem. quia motus est vnus et idem fluxus q̄ est huius in hoc. est tū esse alterū fm rōnē quia est huiꝰ vt cause. z est huiꝰ vt subiecti suscipientis. Et sic actio est motꝰ huiꝰ ab hoc. z passio motꝰ huiꝰ ib.

Quod quidez igitur motus sit z vniuersaliter et fm partem dictum est. Non em̄ imanifestū est quomodo determiabitur specierū vnaque ꝙ ipsius. Alteratio quidem et alterabilis fm qđ est alterabile entelechia est. Amplius autez motus. quoniaz in potentia actiui z passiui q̄n tū hmōi simpliciter est. et iterū fm vnūquodꝙ quoniam edificatio aut medicatio. Eodez autem dicetur modo z de aliis motibꝫ singulis.

Hic in fine istius tractatus phs dicit. q quid sit motꝰ vniuersaliter dictum est. z quid fm partes. quia data definitōne vniuersali ipsius motus non imanifesta est definitio partiū inducendo de singulis vnāquāqꝫ speciez motus. vt alteratio est entelechia alterabilis fm q alterabile cum autem dictum sit de motu q est actus mobilis fm q mobile ē. z q est actus mouētis fm q est mouens. certissimū qđ pōt accipi de motu ē. q dicat q est vtriusqꝫ actꝰ et pfectio vl̄r z simplr fm q sunt hmōi. hoc em̄ dicit totā substam motus fm q est fluxus a mouēte m illud qđ mouet. z hoc ꝓuenit vniciqꝫ speciez motus. sicut medicationi que est perfectio medicantis z sanati. z edificationi que est perfectio edificatoris z edificiū. Eodem autē modo de vnoquoꝙ aliorꝫ motuū est dicendū.

Utrum motus definitiones duc. quaꝝ prima dicit esse formale. secūda vero esse materiale sint bene a philosopho assignate.

Et arguit̄ ꝓmo q nō. qz vniꝰ definiti ē solū vna definitio motus ꝙ ē vnū definitū. igit̄ etiꝰ est solū vna definitio

Secđo arguit̄ ꝓma definitio dicit esse materiale. qz ꝓpria passio debet definiri ꝑ suū subiectū. illa aūt definitio i qua ponit subiectū dicit esse materiale. cū definitio illa dicitur materialis in qua ponit subiectū. illa vero formalis in qua ponit forma. sed motus ē ꝓpria passio. igit̄ debet definiri ꝑ suū subiectū. z ꝑ ꝫns ꝓma definitio non dicit esse formale z secđa esse materiale Tercio arguit̄. q ꝓma definitio nō sit ꝙuenienter assignata. qz ois actio est pfectio. cuz pfectio z actus sint idez. motus aūt nō est pfectio. igit̄ nō ē actus. minor ꝑbat. qm̄ illud nō est pfectio sed potius imperfectio qđ facit rem distare a suo ꝓncipio. motꝰ ē hmōi igit̄. Quarto illud qđ hz actuz est ens in actu. sz omne qđ mouet hz actū. cū motus sit actus. igit̄ oīe qđ mouet est in actu. z ꝑ ꝫns motus est actus entis in actu z nō entelechia entis in potētia. quare dz ↄnto metaphysice q ens in potentia nō mouet. Confirmat̄. illud qđ ineſt alicui imp̄tum tali ꝙuenit omni tali. igit̄ si motus sit actus entis in potentia imp̄tū hmōi sequtur q motus ꝙuenit oi enti in potentia qđ est falsum z ꝑ ꝫns illa definitio nō ē bona.

Quinto arguit̄ ꝫ secđam definitōem q ipa nō sit bona qm̄ si motꝰ eēt actꝰ mobilis imp̄tū mobile tūc motꝰ esset subiectiue in mobili. hoc aūt ē minꝰ verū. qz motꝰ est in eo qđ mouet subiectiue. oē aūt mouēs mouet vt dr phs i tex tu. igit̄ motus ē in mouēte subiectiue z nō in mobili. In oppositū ē doctrina Aresto. z dñi Alberti. Pro intellectu tū istius q̄stiōis ponit̄ duo discursus q̄ꝝ maior ꝓmi ē ista.

Non est motus preter res sed in genere entis ponitur. quod in actum et in potentiā cōgrue diuiditur Minor. Necꝫ est pura potētia nec simplex actus. sed actus imperfectus potētie permixtus. Conclusio Igitur definitio motus prima est bona i qua dicitur motꝰ est entelechia entis in potentia inq̄tū i potētia

Prima ps maioris pz ex textu phi dicētis. q motꝰ nō est preter res q̄ i ꝑdicamētis ponit̄. sz ē in eodē ꝑdicamēto cuz suo termio intrinseco ad quē z formali. z ita nō ē i vno ꝑdicamēto sz i diuersis. puta in q̄truoꝝ scz i ꝑdicamēto subq̄titatis q̄litatis z vbi. qz ꝑ. hic loq̄tur de motu inq̄tum ipe nō ē distinctꝰ a mutatōne inq̄tū tū motꝰ ē a mutatōne distinctꝰ dicet i ↄnto huiꝰ i q̄ dr q motꝰ solū in tribus reperit ꝑdicamētis scz i ꝑdicamēto q̄titatis q̄litatꝫ z vbi Preterea si motꝰ eēt ꝑter gña rer. aut eēt aliq̄d extraneū ipis. vel aliq̄d cōe vniuocū respectu plurū neutrū illoꝝ ē dām. igit̄. Nō ꝓmū. qm̄ ens sufficienter diuidit i decē ꝑdicamenta. igit̄ si eēt aliq̄d extraneū oib⁹ gn̄ib⁹ eēt extraneū enti z sic nihil eēt. Necꝫ 2ᵐ qz nullū ē vniuocū respectu diuersoꝝ generū. cū illa gña ꝓma a se inuicē sūt diuersa. Secūda ps maioris ē phi i textu dicēt⁹. q illoꝝ q̄ stz aliq̄ sūt entelechia tm̄ hoc ē actu. z illa sūt de se pfecta. z nō idigēt aliq̄ ad sui pfectōez Alia ꝙ stz i potētia tm̄ z illa stz ipfecta aliq̄ ad sui pfectōez indigētia. Et ꝑ ista duo mēbra pōt intelligi tertiū. scz q aliqua sunt ex actu z potētia permixta. hoc est quedā sūt que nec in potētia tm̄ sunt. nec i actu tantum sed participant vtrumq̄. Minor patet ex dictꝫ Est enim motus actus potentie ꝙmixtꝰ siue actꝰ ipfectꝰ

quia est fluxus intermedius de potentia priuatiua ad actū pfectū ita q̄ in termīo a quo motus ⁊ in p̄ncipio suo est potentia sub priuatōe actus. ⁊ in termino sui ē in actu perfecto. in medio aūt est in via ⁊ i transitu seu i exitu de potentia ad actū seu in tendentia ad actū. ⁊ sic est p̄mixtio potentie ⁊ actus Conclusio patz ex dictis. Est em̄ motus entelechia hoc est actus. q̄m illud est actus quo aliq̄d denomiat esse in actu. sed aliq̄d in actu denomiat p motū igit motus ē actus. minor patz. q̄ edificatio ē actus edificabilis. Nō tm̄ motus est act⁹ essendi q̄ est ipius forme siue ipa forma. est tamen actus fiendi. q̄a p motū denomiat res cōtinue fieri. q̄n em̄ edificabile ē sub edificatōe tūc cōtinue dz fieri ⁊ edificari. Et quō motus sit actio siue pfectio patebit in solutōne tercij argumēti aū oppositi. Sz diceret aliq̄s. nulla bona definitio debet dari p opposita. Sz p̄ma particula istius definitōis opponit̄ secūde particule q̄m p̄ma partieula dicit q̄ motus est actus. sed ꝓ q̄ dr q̄ motus sit potētia. sed actus ⁊ potentia opponūtur. Ad hoc dōm est q̄ licet opponant̄ respectu eiusdē. nō tm̄ respectu diuersoz. q̄m est actus impfectus ipius mobilis. ⁊ est potentia respectu termini ad quē. loquēdo de potentia formali formabili que idēntice transit in actū termini ad quē. Et q̄ motus sit entelechia entis in potentia pz. q̄ illud ē actus entis in potentia qđ nō conuenit enti inq̄ntū est in actu sed inq̄ntū est in potentia. motus aūt ē hm̄oi q̄ nō dz eo moueri nisi inq̄ntū est in potentia. Verū tm̄ est q̄ illud qđ mouet est in actu ⁊ q̄ntū vt patebit sexto huius. nō tm̄ mouetur fm̄ qđ est in actu sed fm̄ q̄ ē in potentia. Et exponit̄ illa particula actus entis hoc est forme fluētis in motu q̄ ē in mobili subiectiue vt patebit in minore secūdi discursus et regit̄ ille gtūs entis ex vi effectus cause formalis. Sz aliter exponit doctor sanct⁹ illā particulā. actus entis hoc ē subiecti. ⁊ fm̄ eundē regit̄ ille gtūs entis ex vi demonstrationis essentie. vñ sicut ipe ponit ens mobile esse libri phyſicoz. subiectū. ita etiā definit motū p ens tāq̄ p subiectū transcendēs. Sz illud videt inconuenienter esse dictū quia motus dz definiri p suū subiectū p̄mū cui p se cōuenit et nō p subiectū cui cōuenit p accīs sicut est ens. q̄ em̄ motus nō cōueniat enti per se patet. q̄ alꝫ oīe ens moueret qđ falsum est. Et q̄ sit actus entis in potentia inq̄ntū i potentia patet. q̄m oē qđ tendit ad actū tendit ad illū inq̄ntū est in potētia ad illū actū. Sz oē qđ mouet tendit ad actum igit̄ tendit ad ipm̄ inq̄ntū ē in potētia. maior ꝑhat. q̄ si aliq̄d tenderet ad actū inq̄ntū in actu tūc idē fm̄ idē ⁊ respectu eiusdē eēt in actu ⁊ in potētia. q̄ tale ens eēt in actu respectu termini ad quē. ⁊ inq̄ntū tenderet ad ipm̄ nō haberet ipm̄ in actu Sz i potētia. ⁊ sic respectu eiusdē eēt i actu ⁊ in potentia qđ est ipossibile. Maior alterius discursus.

Prima motus definitio est formalis ex qua alia sequit̄ que est materialis Minor Motus subiectiue existens in mobili apte per ipm̄ mobile habet definiri. Conclusio Igitur motus definitōnes due. quarū prima ē formalis et secunda materialis bene sunt a phyloſopho assignate.

Maior patet. q̄a illa definitio est formalis que explicat eē formale qđ est ei intrinsecū. illa vero materialis que datur per esse materiale qđ est ei extrinsecū. vt pz ex dicta definitōnis formalis ⁊ materialis p̄ma aūt definitio explicat esse formale. Secūda vero. esse materiale. q̄ p subiectū ipi⁹ motus datur. igit̄ p̄ma ē formalis ⁊ secūda materialis. Etiā illa est formalis que est alterius demonstratiua. sed p̄ma ē demonstratiua secūde vt formādo talē demonstratōez. q̄d q̄d est actus entis in potentia inq̄ntū in potentia est act⁹ mobilis fm̄ q̄ mobile. sed motus est actus entis in potentia fm̄ q̄ hm̄oi. igit̄ motus est actus mobilis fm̄ q̄ mobile que est a priori ⁊ ꝓpter quid. Sz si materialis demonstraret formalem non esset a priori sed a posteriori Prima ꝑs minoris pz q̄ ois actus mobilis vt cause materialis in q̄ est in mobili subiectiue. motus aūt est hm̄oi. igit̄ est in mobili subiectiue Sed diceres. oīe accīs est subiectiue in eo qđ denominat. motus aūt denominat ipm̄ mouēs. igit̄ ē subiectiue in mouente. Confirmatur. Motus est actus mouentis. igitur est subiectiue in mouente. p̄sequētia p̄batur. quia omnis actus est in illo cuius est actus subiectiue. Ad hoc dicēdū est. q̄ omne accidens est subiectiue in eo qđ denominat denominatōne intrinseca. sed nō oportet q̄ sit subiectiue in eo qđ denominat denominatōne extrinseca. modo motus denominat mobile denomiatōne intrinseca. igitur est subiectiue in mobili. ⁊ denomiat mouens denominatione extrinseca. quare non est necesse ipm̄ esse subiectiue in mouente Et ad cōfirmatōnem dicēdum est. q̄ omnis actus est subiectiue in illo cui⁹ est actus tanq̄ subiecti. sed non oportet q̄ sit subiectiue in illo cui⁹ est actus tanq̄ efficientis. iam motus est actus mouentis tanq̄ efficientis. quare non oportet ipm̄ esse subiectiue in ipso mouente. ⁊ sic mot⁹ qui est in mobili subiectiue est in mouente causaliter. Secūda pars minoris patet. quia accidēs ꝓprie habet definiri per suum subiectum. mobile aūt ē subiectum motus. igitur ꝓprie ⁊ apte habet definiri motus p mobile Conclusio sequitur ex p̄missis.

Ad obiecta in oppositū

Ad p̄mū dicendū est q̄ duplex est definitio. quedam est definitio descriptiua. ⁊ sic loquendo de ea vnius rei possunt esse plures definitōnes. quia talis datur per proprias passionem. sed vnius rei possunt esse plures proprie passiones. igit̄. Alio modo accipit̄ definitio p definitōne quidditatiua. ⁊ talis est duplex. quedam est essentialis ⁊ incompleta. sicut illa que datur per materiam tm̄. aut que datur per formā tm̄. ⁊ sic vnius rei possunt esse plures definitiones essentiales. quaꝝ vna dat̄ per formā. ⁊ alia datur per materiā. Alia est definitio essentialis completa que datur per omnes causas. p̄ hoc dicēdū est ad argumēta. q̄ definitiones motus sint essentiales incomplete. q̄ vna scz prima est formalis. ⁊ secunda est materialis. ⁊ ideo p̄ma est principium demonstrandi secūdā. quia secundo huius dictum fuit. q̄ dignior causa demōstrat causam minus dignam a priori. formalis aūt causa materiali causa dignior ē igit̄ prima definitio est demonstratiua secūde definitōis si tamen per omnes daretur causas. sic vnius rei est solum vna definitio. Ad 2m̄ dōm ē. q̄ mot⁹ accipit̄ duobꝰ modis. Vnoꝰ i rōe passionis. ⁊ sic hz definiri p suū p̄mū subiectū vt mot⁹ ē act⁹ mobilis fm̄ q̄ mobile. Alioꝰ accipit̄ inq̄ntū ē q̄dā spēs reducibil ad aliq̄d p̄dicamētū. ⁊ sic definit̄ definitōne formali vt mot⁹ ē act⁹ entis i potētia inq̄ntū i potētia. Ad 3m̄ dōm ē. q̄ act⁹ simpl'r noiat pfectōez simpl'r ⁊ actus fm̄ quid nomiat pfectōnem fm̄ quid. et q̄ mot⁹ nō est actus simpl'r. Sz act⁹ ipfect⁹. iō nō nomiat pfectōez simpl'r. vñ inq̄ntū actus pfectōne quandā dicit. ⁊ inq̄ntū imperfectus dicit impfectōnem. ⁊ facit illo mō rem

a suo principio distare. qm̃ non est actus rei nisi inq̃ntū tendit ad vltiorē pfectōnem a qua distat. Et ideo notandū est fm dom̃. Alterū q̃ pfectio multis modis dicit. ō etiā motus est illoꝝ que multipliciter dicūtur. ḋa q̃daꝫ est pfectio ꝓma. z q̃dā est perfectio secūda. z vtraq; istaꝝ tribus modis dicit. Primo modo dicit pfectio ꝓma fm poritatē operis. Scdo mō ꝺr pfectio ꝓma fm esse. Tercio dicit pfectio ꝓma fm ꝓioritatē cause formalis ad actum ei⁹. z oib⁹ his modis dicit pfectio scḋa ꝑme pfectōi correspondens. Prima aūt pfectio fm ꝓioritatē tp̄is est illa que est ante omes pfectōes tpe. z hec est que est via z extus impfecti ad pfectōez. z talis impfectio ē motus in genere acceptus. z scḋa pfectio correspondens ei est a forma fm q̃ accipit in rōne finis z termini motus. Sz perfectō ꝓma fm ꝓioritatē esse. est illa que est fm formā substātialem. z huic correspondet scḋa perfectio q̃ est fm accidēs siue fm formā accidentalem aliquam z hoc mō motus est de genere ꝑme et secūde perfectōis quia motus ē i substantia z in accidentib⁹. Sed pfectio ꝓma fm ꝓioritatez cause formalis ad effectū eius. vt pfectio ꝓma ensis est figura ensis. z pfectio secunda ē scindere qđ est actus forme et figure ensis. z sic aīa est pfectio ꝓma aīati corpis. z vegetari z sentire z intelligere sunt pfectōnes scḋe. z vl'r vnum qđ̄z est pfectū ꝓma pfectōne fm esse. z est pfectū scḋa perfectōne fm agere. hoc aūt mō motus nec est ꝓma pfectō entis nec scḋa sed est via ad ꝓmā pfectōnem. z sic q̃ dicitur q̃ motus est ꝓma pfectio mobilis intelligit de ꝓmo⁹ ꝑme pfectōnis. Est aūt aliq̃d in potētia nec ad esse ꝓmū qđ est subale. nec ad esse 2ū⁹ qđ est accidentale. ꝑte. sz potius ad hoc q̃ aliq̃d extra q̃ aliquē modū se hz ad ipm. sicut est potentia ad vbi vel ad situ. hoc em̃ nō ē fm aliquā formā quā acq̃rit id qđ est in potentia. sed potius ex hoc q̃ aliquid qđ est locus se pōt aliq̃liter ad ipm hr̃e. Nā cū dicit aliq̃d esse in theatro aut in foro significat q̃ aliq̃d se hz vt circūscriptens aliq̃d corp⁹ qđ ꝺr esse i theatro aut foro. absq; hoc q̃ aliqua fiat mutatio in eo q̃ntū ad formam subalem. aut q̃ntū ad accidētia eius intrinseca. hoc autem qđ dictū est de loco fm totū corpus. quidā dicūt sil'r esse i situ quo ad partiū ordinatōem in loco. sicut sedens potentia est stans. aut hoc mō ordinatus in loco possibile est vt se cōuertat manēs quidē in eodē loco sed tñ aliter conuersus in illo quo ad partiū ordinatōnē absq; eo q̃ mutetur in aliqua forma subali aut accidentali afficiente corp⁹ ei⁹. Cū aūt dicit motus esse aliq̃ dispositio q̃ ē i gñe ꝑme pfectionis eius qđ ē in potētia si generaliter sumat mot⁹ ꝓ motu z mutatōe. oz q̃ id qđ ē i potētia oib⁹ his modis generaliter sumat. cū tamē primo z principaliter rōnē habeat potentie id qđ est in potentia ad formā subalem. z secūdo habet rōnē potentie id qđ est in potentia ad formaz accidentalē z minime hz de rat̄one potentie id qđ ad vbi aut ad situ in potentia est. ꝓpter qđ etiā motus in vbi z in situ cōuenit pfectis corpibus q̃ minime sunt in potentia. Eodē aūt mō motus in cui⁹ notificatōne cadūt ista. ē de numero eoꝝ que multipliciter dicūtur. Est em̃ motus ꝓmo z ꝑncipaliter dictus motus localis. z secūdario dicūtur motus aliꝫ qui sunt ad formā. Et hoc quidem intelligitur dupliciter Vno mō ꝺr motus localis prim⁹ qz est causa esse fm formā. Scdo⁹ qz ē causa mot⁹ fm formaz quia superiora causa sunt inferiorū fm esse qđ habent. qm̃ superiora dant eis formas z accidentia q̃ suū motū z non tm̃ dant eis formas z accidentia. sz etiaz dant eis motus quos habent ad esse z ad accidētia z ideo reprehensibiles sunt illi qui dicūt motū esse genus vnū ad motus speciales sez localem alteratōnē z ad alias species eius vt patebit latius in quod ā dubio Ad quartū ꝺom̃ est. q̃ hz motus sit quidā actus mobilis. nō tamē dicit actus eius nisi inq̃ntū tendit ad vltiorē actū ad quē est in potentia. ō magis dicit actus entis in potentia. q̃ entis in actu. Et ad cōfirmatōem est ꝺom̃. q̃ illa reduplicatio sez inq̃ntum nō accipit reduplicative. sz magis specificative ad specificā dum ratōnē sub qua motus ꝓuenit mobili. ō nō oportz q̃ ꝓueniat cuilibet enti in potentia. Ad q̃ntuz ꝺom̃ ē. q̃ nō oīne mouens vl'iter mouet. sed tm̃ mouens phy sicum qđ etiā nō mouet inq̃ntū mouens. sz inq̃ntū mobile z in potentia ad actū. Et est notandū q̃ motus ad substātiā nō est in subiecto qđ est ens completū vt est subiectū accid̄ntis. sed est in materia q̃ est pura potentia h̃ns modū subiecti. Et q̃uis materia sit ens in potentia tamen non solū materia est ens in potentia. quoniam ens in potentia in plus est q̃ materia. qz omne mobile est ens in potentia. sed non omne mobile est materia. z ideo non sequitur q̃ mot⁹ sit semper actus materie. q̃uis aliq̃n sit act⁹ materie. vt generatio est actus generabilis inq̃ntū generabile Sed dicere aliq̄s dicit Aristo. q̃nto hui⁹. q̃ materia nō mouetur Ad hoc ꝺom̃ q̃ licz materia nō moueat accipiēdo moueri specialiter. p motu successiuo. ipa tamē bñ mouet accipiendo moueri generaliter sez. p eo qđ mouetur motu ꝓcessiuo vel instantaneo.

Incidunt dubia quorum primū est. An actus z potentia sufficienter diuidāt ipm ens. Et videt q̃ non. quia tunc motus. aut esset purus actus aut pura potentia. sed hoc nō est verū. cū dicat minor primi discursus. q̃ motus neq; est pura potētia nec purus actus. igitur inconuenienter ens est diuisum in actum z potentiam. Solutio q̃ duob⁹ modis accipit act⁹ Vno⁰ generaliter inq̃ntū extēdit se tā ad actū pfectū q̃ ad actum imperfectū. z sic sufficiēter actus z potentia diuidūt ipm ens. Alio modo accipitur specialiter sez ꝓ actu perfecto. z sic non sufficienter diuidunt ipm ens. cum nō oporteat omne ens esse actum perfectū. aut puram potentiam quia sic motus non est actus. cum non sit actus perfect⁹ sed actus imperfectus primus tamen primitate originis. quoniā mot⁹ origie precedit terminū ad quē. eo q̃ est via ad terminū ad quē Et ē notādū q̃ duob⁹ modis accipit ens. Vno⁰ fm ꝓmā ei⁹ ipositōez. z sic ens ꝺr ens i actu. q̃m̃ illa ꝑcatō ē ꝑncipalior entis q̃ sit ꝑcatio entis in potentia. z sic ens ꝺr de suba z accīte q̃ sunt entia in actu. nō tñ vniuoce. Alio⁰ accipit ens fm totā ei⁹ latitudinem. z sic ens in potentia est ens. z q̃uis ens in potētia nō habeat ꝓpletā subsistentiam vtiq; tñ incompletam. quia potētia simpl'r dicta essentialiter subsistit per formā q̃ē act⁹ ei⁹.

Secunduz dubium est An motus sit genus ad generatōnem corruptōnem augmētatōez ꝛc̄. Et videt q̃ sic illō ē gen⁹ qđ ꝓtinet sub se sp̄es. mot⁹ aūt ꝓtinet sub se sex sp̄es vt patuit in vltimo postꝑdicamēto. igit mot⁹ ē gen⁹. Sc⁰ q̃ nō. qz cū sp̄es coequeue sūt sub suo gñe. tūc oz q̃ natura gñis sit vniuoca i illis q̃uis fm eē variat. sic natura aīalis vnica hz rōez i sp̄ēb⁹ aīalū. qz ipa subsistat ḋr̃tijs z oib⁹ sp̄ēb⁹. sz mot⁹ ñ hz vnā naturā cētie alic⁹ fm qđ ꝓtrahit ad alteratōez. ad motū localē. augmētatōez ꝛc̄. igit mot⁹ ñ ē gē⁹. mior. p⁹

quia natura motus decurrit per diuersas cathegorias entis. qz ī alia cathegoria est motus localis. z ī alia alteratō in alia augmentatio. alia rō. nullū genus est in alia coordinatōe aut cathegoria q̄ sint sue species. igit si motus esset genus sub quo essent species. scz loci mutatio. alteratō augmētatio oporteret eas esse ī vno genere. aut oporteret motū esse in diuersis generib⁹ z esse tamen vnū genus. sed vtrūq; est irrōnabile. Ex quo infertur. q; mot⁹ nō sit in aliquo genere determiato qz nihil cōuenies essentialiter cū rebus diuersoz generū est in vno genere determiato. aut vnū genus. motus aūt essentialiter cōuenit cū reb⁹ diuersorum generū. ḋa est eiusdē essentie cū suo termino ad quez igit nō est vnū gen⁹. nec in determiato genere. Ad obiecta in oppositū est dōm. q; duob⁹ modis accipit gen⁹ Vno mō q̄tū ad id cui nomē imponit. z sic motus nō est genus. cū genus p̄dicet de plurib⁹ specie differentib⁹ in eo q; ḋ est p̄dicatō essentiali z vniuoca. Alio⁹ capitur genus q̄tū ad qualitatē a qua fit impositio nois. z sic motus est genus. z hz sub se species sex. vt pz in post p̄dicamēt⁹

Tertium dubium est

An motus sit in p̄dicamento simpliciter. Solutō q; nō ḋa omne qđ ponit in genere est forma completa dicēs totum esse suoz inferioz. mot⁹ aūt nō nomiat formā cōpletam in suo esse. ideo nō ponit simpliciter ī aliquo genere. sed potius tanq̄ via ad rem alicui⁹ generis. z sic motus ē in p̄dicamento reductiue ḋa est aliqđ imperfectū reducibile ad p̄dicamentū substātie loq̄ndo de motu generatōis et corruptōnis aut ad p̄dicamentū quātitatis loquendo de motu augmentatōis z sic de alijs specieb⁹ mot⁹ suo mō Circa hoc tñ est notandū q; duob⁹ modis vt sufficit ꝓpositō aliqđ reducit ad p̄dicamētū Vno⁹ fm suam essentiā ḋa sez ipm nō hz essentiā p̄dicamenti ad qđ reducit. z sic p̄tes integrales vt man⁹ pes sunt reductiue in p̄dicamēto ḋa nullā habēt essentiam p se fm q; sunt partes. Alio mō aliqđ ē reductiue ī p̄dicamēto fm esse siue fm denomiatōnem. tamē in p̄dicamento fm essentiaz. sic dicit Aresto. in p̄dicamento qualitatis de passionib⁹. scz q; sunt minime q̄litates qđ non est verū quo ad essentiā. ḋa hūt essentiam perfectā qualitatis. sed quo ad denomiatōem. ḋa subiectū nō denomiat penes tales qualitates. saltem pfecte. Et isto modo dicit doctor sanctus q; mot⁹ reducit ad p̄dicamentū. quia perfectam habet essentiam sed nō pfectū esse.

Quartum dubium est

An motus sit eiusdem essentie cū suo termino ad quē Et videt p̄mo q; non. quia mediū inter duo cōtraria qđ ē forma pmixta potētie differt essentialiter ab vtroq; ꝓtrioz sicut rubedo ab albedine z nigredine. motus aūt est medium inter duo cōtraria z importat formā potentie pmixtam. igit motus differt essentialiter a termino a quo. z a termino ad quem. Secūdo illa nō sunt eadē que hūt oppositas cōditōnes. motus aūt z termin⁹ ad quē hūt oppositas cōditōnes. igit nō sunt eadem. Minor ꝓbatur. quia motus est successiuus. et terminus ad quem est permanens. Cōfirmat illa nō sunt eiusdem essentie quorum vno posito remouet aliud. sic aūt est de motu z termino ad quē. ḋa posito termio ad quē remouet motus Termio actio nō est eiusdem essentie cū eo qđ agit. motus autē nō est aliud q̄ actio. igit nō idētificat essentialiter cuz suo termino ad quē. Minor ꝓbatur ḋa mot⁹ nō videt aliud nisi id qđ ab agente fluit in patiēs. sed nihil ab agente fluit in patiens nisi actio agentis. igit motus est actio. Confirmat. ḋa motus est actus cōmunis agentis z patientis siue mouentis z moti. sed nihil est cōmune vtriq; nisi qđ fluit ab vno in alterū. igit actus vtriusq; est fluens a mouente in motū. hoc aūt est actio mouentis. Quarto motus est passio. igit nō est eiusdem essentie cū suo termio ad quem. Añs ꝓbatur. ḋa mot⁹ est id qđ ꝓtinue aliqđ abijcit z aliqđ ꝓtinue inducit in subiectū. hoc aūt nihil aliud ē q̄ passio. Cōfirmat qm̄ res nō dicit moueri nisi q̄diu afficit aliqua specie agentis. affici aūt specie agentis est pati. igit motus videt esse passio. Solutio. q; sic. vt ptz auctoritate Aresto. ḋnto hui⁹ dicentis in ꝓncipio. q; mot⁹ denominat a termio ad quē. z q; nō hz ispēm a termio a quo. sz a termio ad quē. z postea de ꝓtrarietatib⁹ motuū dicit. q; sicut motus hz speciē a termio ad quē. ita etiā hz ꝓtrarietatē. Pro maiori tñ itellectu ē sciēdū. q; de motu vt narrat dñs Albertus fuerūt ḋnq; opiniones. ḋdam em cōsiderauerūt motū in ordine ad agens inq̄tū fluit ab agente et illud qđ fluit ab agente est actio. ideo dixerūt motū eē actōnem. Alij vero ꝓsiderauerūt motū in ordine ad patiens ī quo recipit passio. z illi dixerūt motū esse passionē. Alij ꝓo cōsideraverūt motum in ordine ad terminū ad quē. z isti sunt diuisi. ḋa quidā dixerūt motū esse essentialiter distinctū a suo termio ad quē. z fluxus ḋ est in motu realiter distinguit a forma fluente. z q; nō ponit in genere nisi reductiue tanq̄ via ad rem alicui⁹ generis z illi⁹ opinionis fuit Auicenna. Alij aūt dixerūt motū esse eiusdem essentie cuz suo termino ad quē. z hec opinio vera est. Sed vltimi dixerūt motū esse in aliquo genere. sed est vnū gen⁹ distinctum ab alijs. sed hec opinio nō est vera vt patuit in dubio p̄cedenti. Et iō fm veritatē motus nomiat formā fm q; habet esse in fluxu z nō dū habet esse pfectū. sz cōtinue tendit ad vltimoē pfectiōem. Et licet q̄ñq; motus dicat fluxus forme. tñ verius dicit forma fluens que hz esse impfectum. Et sic fluxus forme dicit quendā modū essendi ipi⁹ forme fm q; actuat ipm mobile adhuc impfectū. Et ḋa fm dōm Albertū esse z essentia nō differunt realiter eo q; esse est effectus formalis essentie. ideo forma z fluxus eius nō differūt realiter. sed solū fm rōnē Et ḋa aliqū motus accipit ꝑ forma fluente. aliqū ꝑ actōne agentis qua causatur talis forma fluens. ideo aliqua noia importātia motum q̄ñq; ponūtur in genere actōnis. q̄ñq; in eodem genere cuz termio motus. q̄uis hoc sit equiuoce. vt albefactio q̄ñq; capit ꝑ albedine fluente. q̄ñq; ꝑ actōne agentis a q̄ ꝓcedit. z sic equiuoce in diuersis generib⁹ poni pōt. Et q̄ bus patet. q; mot⁹ sit eiusdē essentie cū suo termio ad quē Nam ista sunt eiusdē essentie que eandē essentiā important. motus aūt z termin⁹ ad quē sunt hmōi. ḋa eadē forma que prius habuit esse in fluxu cuz ꝓuenit ad finē illius fluxus termiat ipm motū. quē admodū in cōstitutōne lineē idem est punctus essentialiter qui fluxu suo causat lineam z qui in fine fluxus intrinsece terminat ipam lineā. mot⁹ aūt importat formā i fluxu. z termin⁹ ad quē importat eā fm q; termiat motū. igit importāt eandem essentiā. sz tñ sit fm diuersa eē qz mot⁹ importat eā ī eē ipfecto z ī fieri z termin⁹ ad quē importat eam in esse pfecto z in facto esse Etiā pfectū z impfectū in eadem forma nō variant speciem. motus aūt z terminus ad quē habēt se sicut pfectū et imperfectū respectu eiusdē forme. igit Preterea si terminus ad quē esset alterius essentie a motu. tunc vn⁹ mot⁹

non magis terminaret ad vnū terminū ad quē q̄s ad alterū. vt albefactio nō magis terminaret ad albedinez q̄s ad nigredinem. cū ille terminus esset sibi extrinsecus et accidētalis. ⁊ sic patet q̄ fluxus ipsius forme nō est aliquid distinctum realiter ab ipa forma fluēte. neq; a termino ad quē. licet differāt fm esse et rationē. rōne cuius multa verificant̄ de vno q̄ non verificant̄ de altero. vnde per hoc q̄ ptm̄ occurrūt et ptm̄ differūt in multis argumētis de ipsis factis ꝓmittit fallacia accidentis Ad obiecta in oppositū. Ad primū dicendū est. q̄ dupler est medium inter duo cōtraria. q̄dā em̄ est terminatū ad esse siue ꝓpletū non tēdens ad vlteriorē pfectionem sz in eo terminat motus et tale mediū est spēs ꝓpleta a duobus extremis essentialiter dr̄is. ⁊ de illo medio ꝓcedit argumentū. Aliud est mediū nō terminatū ad esse siue incōpletū ad altiorē pfectionem tendēs et illud nō differt essentialiter ab vtroq; contrariorū. Neq; dicit spēm in eē ꝓpleta. ⁊ tale mediuz dicit motus. Et similiter dicēt de forma potentie permixta q̄ aliqua ē in qua terminat motꝰ in actu. Alia est q̄ ē ꝓtinue i motu et illa nō differt a forma exīte in eē ꝓpleto ⁊ sic eadē q̄litas fm spēm est nigredo in motu q̄ fluit ⁊ q̄ in termio motus acq̄rit q̄re nigredo ꝑmixta albedini ⁊ nigredo pura sūt eiusdē spēi et ēntie Et ē notandū q̄ in motu denigratōis intēditur nigredo que quodāmodo est et quodāmodo nō est sicut est in oīmi intentiōe. Est em̄ nigredo ens p se. etnō ens p accidēs. Nigredo quidē que est fluens. per se em̄ est. q̄ est fluēs per se in illo motu. sz imp̄fectum p̄uationi adhuc ꝑmixta ē. sic nō est. ⁊ hoc modo dicit phs materiam q̄ subicitur motui p se eē. ⁊ p accūs non eē. Illud aūt q̄d intēdit q̄s dū in motu intentōnis ē. vnū quidem est in ēntia ⁊ ptinue diuersificat in esse. q̄ nisi vnū esset in essentia. nō reciperet cōparatiōem fm magis ⁊ minus Et nisi continue in eē diuersificaretur nō differret a se p magis ⁊ minus. q̄m ꝓportio non ē nisi vniuoci. vt patz p Aresto. septimo huius. ⁊ dā fm magis et minus non est nisi eius q̄d fm eē accidit fm magis ⁊ minus ad illā naturam cui nomē est impositū. ⁊ hoc q̄dam vocant accessum ad veram nominis impositionem. Ad scām dām est. q̄ duplices sunt cōditiones rerū. q̄dam sunt q̄ oriūtur ex natura intrinseca rerū. ⁊ tales arguūt distinctōnes specificas in reb⁹ quarū sunt ꝓditiones. vt hō ⁊ asinus dr̄nt specie. q̄ rudibile ⁊ risibile differunt spē. ⁊ fm hoc consueuit dici q̄ accidens ⁊ subiectum sunt diuersa q̄ habēt diuersas ꝓditiones. et etiaz diuerse species sub eodē genere. Alie sunt conditiones accidētales que nō oriuntur ex natura rei. et tales nō arguunt ēncialē ⁊ specificam differentiam sz solum accidentalem. ⁊ fm illam differētiam idē pōt differre a seipo. vt iohannes sedēs a seipso stante. ⁊ sic ē de motu ⁊ termino ad quē. Et simile ē de calore perfecto et imperfecto q̄ non pūt se ꝓpati in eodem subiecto. ⁊ tamē manifestū est. q̄ nō distinguant spē. licet oppositas habeāt cōditiones. Ad ꝓfirmationez dām est. q̄ dupl⁹ modis sumitur motus. Uno mō fm suam essentiam. et sic motus non remouetur aduenīente termino. imo tunc motus pficit. vnde Aresto. ānto hūmodi dicēte q̄ quies in termino ad quem est ꝓsummatio motus. Alio modo accipitur motus q̄ntum ad suū esse. et tunc est verū. q̄ aduenīente termio. motus abicit. quia ipfectio a motu abicitur in qua consistit esse motus. Sz diceres aliquis q̄ imp̄fectū venit ad perfectū tūc maxime est et manet. Ad hoc dicendū est. q̄ est dupler imp̄fectū. q̄ dam est imperfectū qd̄ est subiectū imp̄fectionis ⁊ pfectōis. ⁊ de illo est verū q̄ imp̄fectū venit ad p̄fectum maxime ē q̄n ꝓiūcta ē sue pfectōi sz forme. Aliud est imp̄fectū in esse ꝓpter hoc q̄d fluit ⁊ extenditur extra potētiam et imp̄fectionem donec deperet et fit pfectum et hoc non ē q̄n ꝓpletum est. q̄ non habet ꝑmanentiam in suis ptibus. et tale est motus et tēpus. Et est notandum. q̄ dupler est terminus in motu. quidā ē intrinsec⁹ et imediatus. ⁊ ille ē trīs vnus. et ab illo motus hz suam spēm. Dicit aūt terminus intrinsecus qui imediate acquiritur i mobili p motum. Alius est terminus extrinsecus mediatus et consecutiuus in motu. qui sz sequit ad primū terminū motus. et sic motꝰ potest habere plures terminos. quia multa accidētia possunt sequi ad formam que acquirit p motum vt terminus generationis est substantia intrinsecus. et figura generationis est terminus extrinsecus Ad tertiū dicendū est. q̄ duobus modis dicitur actio. Uno modo materialiter id ē accipitur actio p eo quod ē fm q̄ est accidēs agētis. ⁊ sic motus ē actio agētis. q̄ ē id qd̄ ab agēte est. Alio modo accipitur formaliter hoc est p̄o ꝓparatione agētis ad patiēs. ⁊ sic motus non ē actio. sz ē ipsius effectus Ad cōfirmationē dām est. q̄ in oib⁹ illis sunt duo. sz ꝓparatio qua cōparat agēs ad patiēs ⁊ ecōtra. et qua ꝓparatur mouens ad motum et ecōtra. et he ꝓparatōnes sunt alī quo modo eedē differētes penes ꝓparata. res aūt penes quas ille sunt ⁊ relationes ille sunt in his q̄ ꝓpant. ⁊ ille p̄opꝛie sunt actio et passio et mouere et moueri. et non sunt eedē. sz habēt quēdam modū oppositionis. et iō motus non est idem actioni Ad quartum dām est q̄ passio aliquid abicit de substantia mobili formaliter motus aūt effectiue. et sic non eodē modo vtrūq; abicit aliquid de substantia mobili. Et ideo dicit dns Albertus. q̄ duob⁹ modis accipitur motus vno modo fm esse q̄d hz in mobili. Alio modo accipitur fm q̄ est causans et efficiens aliq̄d in mobili. Primo modo accipitur in ēntia sua motus. q̄ hoc modo ē actus imp̄fectus mobilis. et q̄ imp̄fectum fit pfectum in termino motus. q̄ hoc modo est actus imp̄fectus mobilis. et q̄ ipfectum fit pfectum in termino motus. ideo motus est eiusdem essentie cum suo termino ad quē qui ē simpliciter ⁊ pura pfectio oīno depurata a cōtrario. q̄ tū est actus imp̄fectus sic differt a forma in termino motus p eē imp̄fectionis et p mixtionis cum p̄uatione illius forme ad quā tēdit motus et sic irrefragibiliter vera ē ſnia phi dicētis motuz eē in tot p̄dicamētis in quot ē forma que per motum p̄tacquiri. Si vero motus accipiatur in ꝓpatione ad mouentem a quo motus causatur sic ē effectus actionis agentis et non actio eius. quia actio ē in agēte. et motus i mobili. Et tunc motus firmatur in actione sicut effectus in sua causa. et actio in motu sicut causa in effectu. et sic falsum est q̄ mouere mouētis sit essentialiter motus mobilis nisi intelligatur de mouere quod est a mouente in mobili. sicut a susciente mouere mouentis. sz non suscipit ipsum p modū mouere sz p modū moueri. Si vero ꝓsideratur motus fm q̄ est affectio mobilis que causatur a motu id est a forma fluente de esse in eē in eo q̄ mouetur. tunc motus fm rei veritatez est in p̄dicamēto passionis. Eodē modo dām est ad ꝓfirmationem

Quintum dubium est.

An in mobili motus ꝑcedat passionem aut econtra. Solutio. q̄ receptio forme in subiecto fm naturam prę/ cedit fluxum illius forme de impfecto ad pfectum. qz ille fluxus qui ē in subiecto nunq̄ fieret nisi ibi ꝑus essz forma fluens. ideo in mobili passio ꝑcedit motū fm naturaz. qz ipsa noīat receptionem forme in patiente. motus autē no minat fluxum forme iam recepte. illa aūt receptio ꝑcedit illuz fluxū. vt dictū est. ideo passio ꝑcedit naturaliter mo tum. Et inde est qđ dicit in ꝑdicamentis. q̄ ꝓprium est ac tioni ex se inferre passionem. qz imediate ex actione causat passio. et ex cōsequenti motus causatur in subiecto. quia agens per suam formaz ꝑus causat affectiōem in mobili et afficit substantiā eius anteq̄ mobile moueatur. licz ibi non sit ꝑioritas temporis.

Sextum dubium est

An sit eadem potentia ꝯrariox. ¶ Et videt q̄ sic. qz dicit Aresto. ꝓmo physicox. q̄ eadem est potentia ꝯra/ riox. igit inconuenienter phūs hic dicit oppositū. ¶ Solu tio q̄ nō. qz si sic tūc ꝯraria essent vnū z idem. hoc autez inconueniens est. igit. ¶ Et ad obiectū in oppositū dm est. q̄ duob⁹ modis accipit potentia ad ꝯraria. Uno mō materialiter fm q̄ se renet ex parte subiecti. z sic est vna potentia ꝯrariox. cū sit vnū subiectū duox ꝯrariorum. susceptibile. vt pz ex definitōe ꝯrariox. z ex sexta ꝓpieta te substantie. Alio mō accipitur potentia ꝯrariorum formaliter fm q̄ in potentia importat relatio ad actuz z ad obiecta. z sic sunt alie z alie potentie ad ꝯraria. qz relatio habet spēm a termino ad quē siue ex correlatiuo. cū igitur aliud sit correlatiuū quādo subiectuz refertur ad diuersa ꝯraria. sic subiectuz aut potentia fm q̄ huiusmodi dici/ tur alterius speciei

Septimuz dubiū est

Unde oritur difficultas cognitōis motus. ¶ Solutio q̄ principaliter oritur ex parte rei cognoscibilis. qz illa q̄ habent multum de actualitate fm̄ se sunt ab intellectu no stro bene cognoscibilia. sicut sunt deus z substantie sepa/ rate illa aūt que habent esse in potentia z sunt debilis en titatis difficulter cognoscuntur ex parte cognoscibilis. qz tūc cognoscibile nō potest mouere intellectū. est em intelle ctus noster virtus passiua. ideo necessario hz moueri ab obiecto. igit si obiectū nō habeat potentiā mouendi intel/ lectū qđ fit ꝑ actualitatē. tūc difficulter cognoscetur. sic au rem est de motu. cū sit impfecte entitatis. ideo nō ꝑt moue re intellectū. ꝑt tn̄ ꝑ accns ꝯtingere q̄ ista difficultas fiat ex pte cognoscentis. inq̄tum ipse cognoscens nō habz de bitā ꝓspicacitatē ad cognoscēdū res minime entitatis

Uoniā aūt de natura scia est circa ma gnitudines z tēpus z motuz quorum vnūquodq̄ necesse est. aut infinitū aut finitum esse. Et si nō omne sit infinitū aut fini tum. vt passio aut pūctum. Taliuz em̄ fortasse nullū necesse est in altero horuz esse. ꝯueniens vtiq̄ erit de natura negotiantē ꝯsiderare si est aut nō est. et si est quid est.

¶ Iste est secūdus tractatus huius libri. in quo phūs de terminat de infinito. qui diuidit in septē capitula In quo rum ꝓmo phūs ponit opiniones antiquox. In secūdo po nit rōnes que vident ꝓbare infinitū. ibi. Est aūt aliq̄d in finitū. In tercio ꝓbat q̄ nullū est corpus infinitū. ibi. Se/ paratū q̄dem igit. In quarto ostendit qualiter infinitū est ibi. Q; quidē igit. nō sit actu infinitū. In ḡnto ostēdit q̄d sit infinitū. ibi. Accidit aūt ꝯrariū. In sexto ponit radices et causam eius. ibi. Scīm rōnem aūt accidit. In septimo soluit rōnes factas in secō capl'o. ibi. Reliquū aūt aggre/ di. Primū em̄ capl'm in duas diuidit ptes. In quarū ꝓ/ ma ostendit q̄ ad naturalez phm̄ spectat determinare de infinito. In secūda vero ꝓsequit intentōem suam. ibi Et omnes tanq̄ ꝓncipiū. Quātū em̄ ad ꝓmā eius ptem dt phūs. q̄ ad naturalē phm̄ spectat determinare de infi nito dupl'r ꝓbat phūs. scilz rōne z signo. Rōne sic. qz scia de natura est circa magnitudines z circa tēpus z motum. quox vnūquodq̄ necesse est esse finitū aut infinitū. q̄uis nō omnia que sunt in corporib⁹ naturalib⁹ sint finita aut in finita. vt pūctus aut passio. q̄ nullū talium necesse est esse in altero istox generū. que sunt finitū et infinitum. qz pune tus est indiuisibilis. ideo neq̄ est finitus neq̄ infinitus ꝑ se aut ꝑ accidens Passiones autez que sunt indiuisibiles ꝑ se. eo q̄ nō sunt q̄te. possunt esse diuisibiles ꝑ accns. hoc est ꝑ subiectum in quo sunt. sed nō ꝑ se. igit ꝯueniens erit q̄ ille qui de natura negociat ꝯsideret de infinito Et ꝓmo loquendū est de infinito. qz infinituz multotiens ingredit definitōem ꝯtinui Et p̄cipue ꝓpter hoc. qz multi definiūt motū ꝑ infinitū z nō sine rōne. qz indeterminat⁹ est in esse

¶Signū em̄ q̄ huius scie ꝓpria ꝯsideratio de ipso est Omnes em̄ qui vident rationabiliter te tigisse hmōi phiam fecerūt verbum de infinito

¶Nic phūs ꝓbat idem signo. qz oēs antiqui qui de reb⁹ nature locuti sunt rōnabiliter fecerūt verbū. hoc est men tionem de infinito. igit ad naturalē phm̄ spectat determi nare de infinito. quia ab eis accipitur ꝓbabile per locum ab autoritate.

¶Et omnes tanq̄ ꝓncipiū quoddā ponūt eo ꝙ que sunt. Aliq̄ quidā quēadmodū pictagorici z plato ꝑ se. nō sicut accidēs alicui alteri. sz sicut subiectū ipsum eē infinitum

¶Ista est secūda pars huius capl'i. in qua phūs ꝓsequ tur intentōem suā loquens de infinito. Et duo facit. Pri mo facit hoc fm opinionē aliox phox. Secdo facit hoc fm̄ opinionē ꝓpriā. ibi. De natura aūt oēs. Dicit igit phūs ꝓmo. q̄ oēs phi antiqui in hoc ꝯuenerūt. q̄ posuerūt infi/ nitū sicut ꝓncipiū eox que sunt. siue sint naturaliter locuti siue nō. Differūt tn̄ in hoc. qz quidā antiquox qui pone/ bant reb⁹ naturalib⁹ ꝓncipia esse nō naturalia. dixerūt in finitū esse substantiā. z non dixerūt ipsum esse de numero accidentiū. vt pictagorici z plato. Et eox cā fuit. qz dixe/ rūt ipm esse ꝓncipiū. sed ꝓncipiū subaz nō ꝑt esse nisi sub stantia. et ideo licet videatur esse in magnitudine. tn̄ fm istos nō est accns aut passio magnitudinis. sed est dr̄a substalis ei⁹ cui accidit magnitudo vel q̄ntitas

Preter qđ pictagorici quidē in sensibilib⁹. ne/ q̄ em̄ abstractū faciūt numerū. et erit extra ce/ lum infinitū. Plato aūt extra ipsum nullus esse corpus neq̄ ideas. eo q̄ nusq̄ sint ipse. tn̄ infi/ nitū z in sensibilib⁹ z in illis esse dicit.

¶ Hic phs ostēdit q; impossibile est. q; oia sint infinita que ꝑponūt tale corpus. q; corpus infinituz fm q; tres habet dimēsiones fm qualibet dimensionē est infinitum sz qđ qualibet dimensione distat in infinitū repleret oē spaciū. igit cū ipo nō pt remanere aliud ifinitū nisi duo corpora essent in eodem loco. z sic duo talia corpa aut plura nō possunt ꝑiungi ad ꝑpoēm corpis infiniti. Preterea si ad oēm dimensionē corpus infinitū distat in infinitum tūc nihil pt ꝑiūgi corpi infinito. q; q̄cq̄d ꝑiūgeret ei oporteret q; primo applicaretur extrinsecus p ꝓtractuz et sic oporteret q; haberē vltimū in quo tangeret. habens aūt vltimū est finitū. igit si aliqđ applicaret ei extra ipm esset infinitū. z hoc est cōtra hypotesim. q; positū erat eē finitū ꝑpositū ex pluribz infinitis. Qz aūt corpus infinitū in oib; dimensionib; est infinitum sic ꝓbat. qa si deb aliqđ corpus infinitū in dimensione vna vel duab; z nō in oib; et dicat illi aliqđ infinituz in vna dimensione vel duab;. z nō in tertia applicari. ita q; ꝑponat in dimensione vel dimensionib; in quib; finite sunt sequet inconueniens. .s. vnū infinitū maius esse alio infinito. q; ꝑpositū ex duab; dimensionib; infinitis maius est vtraq; ꝑponēti eo q; oē totū maius est qualibet sua pte. sz inconueniens est vnū infinitū maius eē infinito Sz hoc inconuenies eē nō videt. q; in eo q; ꝑponunt finita sunt z fm hoc q; finita sunt totū potest esse maius pte. et nō in eo q; infinita. Ideo dōm q; ad hoc q; ꝑpositio fiat oportet de simplicib; fieri ꝑpositōem. simplex aūt vnius virturis est et ideo in tali longitudo respōdet latitudini z pfunditate et ecōuerso. z hoc modo itellexit Aresto. qñ dixit. q; corpus infinitū ꝑponēs interminate distans est per oēm dimensionē. sz in ꝑpositis corpib; longitudo magis fit a calido. et latitudo magis a frigido dilatante z retrahente ℙrofunditas āt fit a motu hūidi qđ calidū facit ebullire ad superficiem. z in tali corpore nō segref q; si lōgitudo eius esset infinita q; etiā latitudo z pfunditas essent infinita. nisi eo modo quo calidū infinitū exigit frigidū infinitū. et hūidū infinitū. q; aliter corrūperet ipm

¶ Atuero nec vnū ptingit infinitū corpus eē et simplex. nec sicut dicūt qdā q; extra elemēta est. ex q̄ alia generant nec simplex Sūt em̄ q̄daz qui hoc faciūt infinitū. sz nō aerē aut aquā q̄tenꝰ ei alia corrūpant ab infinitate ipoz Nūt em̄ adinuicē cōtrarietatē. vt aer quidā hūidus aqua aūt frigida. ignis vero calidus q̄z si esset vnū infinita corrūperent vtiq; iā alia. nūc autē dicūt alterū esse ex quo hec sunt.

¶ Hic ostendit phs q; sicut impossibile est corpus ꝑpositū esse infinitū. ita impossibile est corpus simplex ee infinitū. q; aut tale corpus simplex infinitū esset extra elementa. aut intra elementa. neutꝝ illoꝝ est dōm. igit nullum est corpus simplex infinitū. ℙrobatio minoris patebit infra. Sūt tū qdaz phylosophi dicētes infinitū corpus eē extra elemēta z nō intra ea. z dixerūt nō aerē aut

aquã aut ignem aut terrã esse infinitũ. qz videbãt bene. q elementa in suis superficiebꝫ se tangunt. z ideo quodcunqꝫ ipoz dicerẽt esse infinitum illud corrumperet alia. eo q vnũqꝺqꝫ elementuꝫ habeat ꝓtrarietatem ad aliud. vt aq est frigida. aer humidus. ignis calidus. z terra sicca. sed cõtraria se tangentia agunt z patiunk ad inuicẽ. ito qꝺcũqꝫ ipoz esset infinitum. corrũperet oĩa alia z ꝙuerteret in seipm. z ideo ne destruak mundus dicunt. q alterũ ab elementis est quoꝺdã corpus infinitũ qꝺ est extra elemẽta. Impossibile aũt est esse hmõi. non quia infinitum. De hoc em̃ cõmune quiꝺdã ꝺom est. z de omni simili z aere aqua z quolibet. Sed q nõ est huiusmodi corpus sensibile extra vocata elementa. Omne nanqꝫ qꝺ est ex quo est z resoluitur in hoc. Quare esset vtiqꝫ hoc ꝓter aerẽ ignem z terram z aquam. videk autẽ nullũ Ne qꝫ igitur ignem neqꝫ aliorũ elementorũ nullum contingit infinitũ esse aliqꝺ. Omnino em̃ z p/ter id qꝺ infinitũ sit aliqꝺ ipoz impossibile est eẽ si finitũ sit. oportz aũt esse aut fieri vnũ aliqꝺ ipoz sicut eraclitus oĩa fieri aliqñ ignẽ. Eadez aũt rõ est z de vno qꝺ faciunt extra elementa physici. Omne em̃ mutak ex cõtrario in cõtra/riũ. z ex frigido in calidũ. Oportet aũt de oĩ z de bis cõsiderare si cõtingat. aut nõ cõtingat corpus sensibile infinitũ esse.

Hic ꝓbat phs minorẽ ꝑdicte rõnis scz q impossibile ẽ eẽ tale corpꝰ extra elemẽta. qm̃ si eẽt tale corpꝰ extra vocata elemẽta ignẽ aerẽ aquã z terrã ex quo generank alia corpora q vocank elemẽta. tũc oporteret etiã q elemẽta resoluerenk in ipm. sed nullũ corpꝰ est in qꝺ resoluũtur elemẽta qz sic elementa nõ essent elemẽta. Nã definitio elementi est. q nõ resoluik fm formã ad formã. g impossibile est tale corpus esse. ex quo elementa generentur fm hoc em̃ nõ esset generaratio elementi vnius corruptio alterius. z econuerso corruptio vnius generatio alterius. z p ons nõ essz circularis generatio elemẽtoꝝ sed ex quoꝺã alio generarenk. z i qꝺdã aliud resoluerenk in corruptõne. Sũt etiaz aliq q dixerũt vnũ aliqꝺ istoꝝ esse elemẽtũ ad alia ex q̃ generank z in qꝺ alia corrũpũtur. Et p eãdẽ rõnẽ q̃ posita ẽ ostendik. impossibile eẽ ignẽ aliqꝺ elementoꝝ esse tale z infinitũ. Vliter em̃ z oino ipossibile ẽ aliqꝺ corpꝰ taliter se hns ad elemẽta etiã si ponak ifinitũ eẽ. qz ipossibile ẽ sic eẽ vl fieri ex alio elemẽto aliqꝺ elemẽtoꝝ. sic eraclitꝰ dixit oĩa aliqñ ꝑus ignẽ. z ignẽ ꝺt esse elemẽtũ elemẽtoꝝ. Eadẽ rõ est de illo vno z infinito qꝺ physici extra elemẽta esse dixerũt. qz oĩa mutank ex ctrio in ctriũ. vt ex calido in frigiduz. igit illud qꝺ ẽ ex elemẽto ex q̃ p mutatõem fiunt elemẽta est distinctũ ctrietate. z si hz cũ elemẽtis ctrietatẽ tũc corrũperet elemẽta vt patuit supra. sz hoc nõ ẽ vez. igit falsũ est aliqꝺ corpꝰ tale esse z esse infinitũ. oportet ãt de oĩ elemẽto simplici ex rõnibꝫ dictis ꝙsiderare si ꝓtingat. aut non corpus sensibile z distinctũ cõtrarietate z simplex infinitum esse. quia eadem est ratio de oibus.

QÃt oino ipossibile sit corpus sensibile infinitũ eẽ ex bis manifestũ erit. Aptũ em̃ natũ est oẽ sensibile alicubi esse. z locꝰ aliqs ẽ vniuscuiusqꝫ. z idẽ partis z oĩs ẽ. z totius terre z vnꝰ gle be. z ignis z scintille. Quare siquidẽ sit eiusdez speciei aut imobile erit. aut sp mouebik. z ipossibile est vtrũqꝫ. Quid em̃ magis deorsum aut sursum aut alicubi. Dico aũt vt si gleba sit alicubi. ipa mouebik aut ibi manebit. locꝰ enim infinitꝰ erit cognati sui z corporis ꝓximi. Vtrũ igik ꝓtinebit totũ locũ. z quõ. Que igik mãsio z vbi et motus ipius. Aut em̃ vbiqꝫ manebit. nõ ergo mouebik. aut vbiqꝫ mouebik. non ergo stabit. Si aũt dissimile est oẽ. dissimiles et loci sunt. et primũ quidẽ nõ vnũ corpus ois est. sed aut in tangendo. postea autez finita hec erunt. aut infinita specie. z finita quidẽ eẽ non pũt. Erũt em̃ alia quidẽ finita alia vero non. si oĩe infinitũ ẽ. vt ignis aut aq Corruptio autẽ hmõi q tale ex ꝓtrijs erit sicut dictũ ẽ prius Et ꝓpter hoc nullus vnũ z infinitũ ignẽ fecit neqꝫ terrã physiologoꝝ. sz aut aerẽ aut aquam aut ipoz mediũ. qz locꝰ vniuscuiusqꝫ manifestus erat z determinatꝰ. hec ãt se hñt ad ambo sursũ z deorsũ. Si ãt infinita z simplicia sunt et loci ifiniti z elemẽta ifinita erũt. Si aũt hoc ipossibile ẽ. z loci finiti sũt. totũ finitũ eẽ necẽ.

Impossibile em̃ ẽ nõ ꝓpare locũ z corpꝰ. Neqꝫ em̃ locꝰ oĩs maior ẽ qꝫ qꝫtũcũqꝫ ꝓtingit corpus sil eẽ. Sil ãt neqꝫ infinitũ erit corpꝰ. neqꝫ corpꝰ maius qꝫ locus. aut em̃ vacuũ erit aliqꝺ aut corpus nusqꝫ natum est esse.

Hic oñdit. p. q nõ ꝓt eẽ aliqꝺ corpꝰ sensibile actu infinitũ manifestũ erit ex dicẽdis. qz corpꝰ aut ẽ silis spẽi in ꝓtibus aut dissilis vt patuit ex dictis. sz neutꝫ illoꝝ ꝓt eẽ actu infinitũ vt patebit ifra. igit Et loqk. p. h dũtaxat de corpe hñte motũ rectũ qꝺ solũ sẽsibile vocak qz ipz distinctũ ẽ ꝑmis qlitatibꝫ sẽsibilibꝫ q̃ sz obiecta tact9 z cũ sũt oĩa alia sensibilia qlitatũ. Et rõ q̃re dũtaxat de tali corpe hic fit mentio ẽ qꝺ a physici ponẽtes ifinitũ eẽ posuerũt ipm materiale ꝑncꝑ rez. Jd ãt qꝺ ẽ materiale corpoꝝ ꝑncꝑ rectũ motũ hz z ẽ distinctũ qlitatibꝫ tact9 Jnlio ãt ꝺ celo z mũdo gñaliter fiet mẽtio de infinito. qz ibi oñdek. q nec corpꝰ motũ circulariter ꝓt eẽ ifinitũ. nec ifinitũ ecõuerso ipm posse esse. Jstz em̃ ꝑmissis adhuc tres ꝓpones sunt ꝑmittẽde ex qbꝫ ꝓcedendũ ẽ. Quaꝝ ꝑma ẽ q oẽ corpꝰ sensibile aptũ natũ est alicubi eẽ. ita q vniuscuiusqꝫ corpis sensibilis ẽ locꝰ aliqs. Scda ẽ. q i corpe silis i spẽ idẽ ẽ locꝰ totius z ptis. sic idem est locꝰ totius ignis z ptis ei9. Corpꝰ em̃ silẽ i spẽ ꝺt esse corpꝰ hõgenũ z simplex. qz si eẽt hõgenũ z ꝑmixtũ tũc ñ segrek q i carne sũt ꝓponẽtia elemẽta. z locꝰ carnis ẽ deorsũ z tñ qꝺdã ꝓponẽtũ mouẽk sursũ sic ignis Tercia ẽ q corpus simplex silis spẽi ꝺefert i loco naturali qñ ẽ i ipo. z mouek ad ipm quãdo ẽ extra ipm. et pars similis speciei quiescit in loco totius quãdo est in ipo z mouetur ad ipsum quando est extra ipsum. Ex bis iã ꝓbak ꝓpositz. si corpꝰ illꝺ qꝺ ꝺr eẽ ifinitũ ẽ simplex z ẽ silis spẽi z forme erit i aliq loco g ꝓpoez ꝑmã. sz ille locꝰ aut ẽ sibi natural aut nõ si nakal tũc ꝓpetue ꝺefert i loꝰ ifinito sibi nakali. qz extra locũ ifinitũ ñ ẽ locꝰ z ita cũ ñ hẽat ad quẽ moueri possit ꝓpetuo

quiescit. Et si est extra locum suum naturalē ille etiam erit infinitus. ergo in infinitum distat a naturali loco et per ꝯsequens ꝑ infinitū tempus mouebit si moueatur. ſz hoc est impossibile q; qđ mouet mouebit sursum aut deorsum si est corpus simplex habens motū rectum. ⁊ quod mouebit. mouebit sursum vel deorsuz Jn corpore ꝯo infinito ⁊ loco infinito nihil magis est sursum vel deorsum. q; sursum ⁊ deorsum sunt differentie q̄ terminant hic situm determinatum in loco. Si autem dicatur q̄ moueatur motu ptium ⁊ non motu totius. tūc querendū est vbi sit motus ptium. q; premissum est in secūda ꝓpositione. q̄ locus totius in tali corpore idē est cū loco ptū et ecōuerso. ⁊ motꝰ ptis ē motꝰ totius. vbi g̃ gleba mouebit si gleba ē talis corporis ꝑs Si em̄ idē ē locus totiꝰ ⁊ ptis et totum quiescit in loco ꝓnaturali sibi. et gleba quiescit in eodem. igitur quiescente toto ꝙescit ⁊ pars. Eadem aūt ratio est si dicatur gleba manere ꝙeta moto toto. ꝙa locus glebe ⁊ suꝰ ꝑtis ⁊ ꝓnaturalis corporis hoc est totius infiniti est idem. Similiter q̄ri posſz que et vbi est mās̄io ipsius si maneat. et quis est. ⁊ vbi motus ipius si mouetur. q; nullo loco capiꝫ ⁊ ideo oportet q̄ vbiq; maneat etiam pars eius. si ideꝫ est locus totius et ptis. aut in infinitum moueanꝫ ptes eius. q; non est ratio quare magis moueatur sursum in loco totius q̄ deorsum. ptz ſcōz aliā loci drām. q; nullā rationem p̄t quis ostendere nisi in loco totius quiescat pars ⁊ moueatur. cū oīnis locus totius sit sibi equaliter naturalis vꝫ innaturalis. si est pars similis spēi. Nec potest quis ostēdere ꝙs sit motus ptium ipius. aut q̄ quieres in vno loco plus q̄ in alio Si aūt ponaꝫ ista pars dimensionis ⁊ dicatur corpus infinitum ꝓponi ex infinitis nūero spē q̄ oportet esse finita magnitudine. tūc etiam oportet. q̄ loci sint infiniti per ꝓius. q; qđliber corpus in specie locū habet sibi respondentē. tūc ꝑmū incōueniens qđ sequitur ex illo est. q̄ infinita corpora p numerū spē se ꝓtingant vsq; in infinitū. igitur mūdus nō habet vniuersitatez ab vniuersitate circūdantis oīa corpora alicuius ⁊ ꝓtinentis. ſz potius vniuersitas est aggregatio ꝓtingentiū corporum se in infinito em̄. ſz hoc falsum est. vt patet ꝓimo celi ⁊ in libro perigeneseos. scōm incōueniens est illa dissimilia specie. aut erūt finita. aut nō infinita p spēm. cum tamē finita sint magnitudine ⁊ nō potest dari hic q̄ sint finita. cū totum sit infinitum. q; nihil infinitū ꝓponi ex oīno finitis Si aūt dek. q̄ quedam sunt infinita magnitudine cū sint dissimilia specie. sicut si ignis et aqua dicātur esse finita ⁊ alia infinita vl'ecōuerso. ſz hoc est impossibile. q; dictū est superius. q̄ infinita corrūperēt finita. ꝑpter ꝓtrarietatē q̄ est in corporibꝫ simplicibꝫ q̄ habēt motum rectum. et ideo antiqui cauerūt sibi. ne dicerent extrema elemēta esse infinita. q; illa magis habent qualitates actiuas. et locū et motū determinatos ad vnā ptē tim̄. ⁊ ideo ꝑ qualitates corrūperent alia. ⁊ per motus distarent ⁊ distraherenꝫ ab inuicez in infinitū. ſz media elementa quidam dixerūt esse infinita. q; de facili mutanꝫ in qualitatibus. ⁊ loca et motum habēt indeterminata ⁊ emanāt. sicut humidū fluens mō sursum mō deorsum q̄ motus ꝓpetit generationi et corruptōni corporuz. Aer em̄ grauis est in vno ſcz in igne in quo emanat deorsum et leuis est in duobus. ſcz in aqua et terra. in quibꝫ emanat sursum. aqua aūt ecōuerso grauis est in duobꝫ. ſ. in aere ⁊ igne in qbꝫ emanat deorsum. et leuis est in vno in quo manat sursum hoc est in terra. Dixerūt aūt q̄dam physiologorū hec duo esse infinita et principiū omniuz Et alij dixerūt corpus infinitū mediū inter hec ꝓpter hoc q̄ videbant. q̄ aer et aqua non omnino separanꝫ a contrarijs. Si aūt dicatur. q̄ simplicia dissimilia specie sunt infinita p nūez̄ specierū diuersarū. tūc sequiꝫ ex hoc q̄ loca sunt infinita et elemēta locata sint infinita. ſz hoc est impossibile. eo q̄ si loca finita sunt. tunc necesse est q̄ totum infinitum ex diuersis speciebus simpliciū ꝓfectū sit finitū. Non em̄ potest esse q̄ locus et locatū nō ꝙntur. et ideo si loca ſm nūez̄ dr̄ez̄ loci sint finita. tūc oporteret q̄ corpora in eis locata p spēm sint finita. et si locus est tantus tantum est et corpus in eo locatum. quia impossibile est. q̄ locus maior sit q̄ q̄ntū est corpus. nec corpus maius sit q̄ locus. si em̄ locus maior esset q̄ corpus locatum. tūc oportet q̄ aliq̄d esset vacuū. hoc autez impossibile est vt patebit quarto huius. Si aūt corꝰ locatum esset maius loco. tunc oporteret q̄ corpus aliquod nusq̄ esset. et hoc est impossibile et p̄cipue de corpore simplici habente motū rectū. de quo hic ꝓsideratio Et dicit dñs Albertus. q̄ oīnia hec sunt impossibilia de corpore infinito ſm actū accepto. q; hoc nec equale ē alicui nec maius nec minus aliquo corpore. equale em̄ nō est. q; nō est infra terminos aliquos sua quantitas. maius em̄ non est. q; oīne maius in aliqua ꝑte maius ē. et similiter minus in aliqua ꝑte minus est. et infinitum ad infinitum nulla rōne p̄ōt ꝓparari.

¶ Anaxagoras aūt inconuenienter dicit de infiniti mās̄ione Fulcire em̄ seipsum dicit infinitum. hoc aūt est. q; in seipso est. Aliud em̄ continet nihil tanq̄ vbi vtiq; aliquid sit aptum natum sit ibi esse. Hoc aūt nō verū est Erit enim aliquid alicubi vi et nō vbi aptū natū est esse

¶ Hic ph̄s interponit opinionem anaxagore quā etiaz aliquot rōnibꝫ improbat. Anaxagoras em̄ euadere intendēs rationes predictas incōuenientem assumpsit causam de mansione et quiete infiniti dicens. q̄ totū infinitum quod mixtum est ex oībꝫ infinitis homogenijs tō quiescit. q; ipm̄ fulcit seipsum. et ipsum est locus suus. Jn ptibꝫ em̄ que h̄ogenee sunt vna ꝓtiguaꝫ ad aliā in infinitū. ita q̄ non sit locus extra ipsum ad quē posset moueri. eo q̄ vna semper ꝓstringiꝫ ab alia. ⁊ tō necesse est q̄escere. q; sicut in seipso est infinitum. et ipsum est locus suus. vt dictū est. q; tamen extra infinitū nihil sit nō potuit habere locū extra ꝓtinērem. et ideo nihil aliud cōtinet ipm̄ q̄ ipm̄ infinitum. ⁊ sic anaxagore opinio fuit. q̄ omnis res sit apta per naturam esse vbi est. eo q̄ ipe ōt nō esse aliquam naturam locati aut loci que facit rem alicubi esse. sed in illo loco erit res vbi ꝓstringitur circūposita pribus infiniti. et nō habet aliam aptitudinem ad locum. sed hoc nō est verum. q; sic oīnis res ſm dictū suuz esset in loco vbi est vi. hoc est p violentiam et nō habet aptitudinē ad ipm̄ in quo est. cuius causa est. q; ꝓstructum est in loco et vi aliena detinek in loco et nō p aliquā naturam mouentem ad locum in quo est.

¶ Si igitur q̄ maxime non mouetur totū qđ

igitur ipō nanq; fulcit et in seipso est. immobile oīe necesse est Sed quare nō aptū natū sit moueri dicendū est. nō em̄ sufficiens est sic dicentez euadere. Erit em̄ vtiq; t quodlibet aliud nō motum. sed aptū natū est. nihil phibet qm̄ et terra nō fertur neq; si infinitū esset cōtenta tm̄ medio. Sed non q; habet aliud vbi vehat. manebit in medio. sz nō mouebit. q; nō apta nata ē sic. sz tm̄ licebit vtiq; dicere. q; fulcit seipm̄. Si ergo neq; in terra hec causa est cū sit infinita. sz q; grauitatem habz graue aūt manet in medio.

¶ Hic ostendit phūs. si hec est cā quare mouet infinitū. q; totū fulcitur et retinetur in seipo tunc oportet q; sit immobile p accīs. scz q; nō est locus ad quē moueat sed hoc nō sufficit in naturalib⁹ in q̄bus q̄ritur cā p se t nō per accīs. Oportuit em̄ Anaxagorā assignare cām vtiq; quare infinitū nō aptū natum sit moueri ex natura. q; in naturis nō sufficit sic dicentem accītalem cām euadere. Si em̄ cā quā induxit vera est. tunc etiā q̄libet aliud q̄ nō mouet hac de cā nō moueret. sed hoc ē falsum. q; nihil phibet q; id quod retentum est violente in aliquo sicut lapis sursum sit aptus natus moueri ad aliū qui est suus locus naturalis. Et huius exemplū ē in terra q̄ nō mouet. et si poneret p impossibile q; eet infinita. adhuc nō moueret si ꝓtineretur a natura medij q̄ est locus terre naturalis. et nō retineret ex hoc. q; comp̄meretur alijs circūpmentib⁹ ipm̄. nec iō. q; nō essz loc⁹ ad quē possz moueri. sz potius ideo figeretur in medio q; de natura grauitatis sue ibi est apta nata esse t ibi generatur. et tm̄ licebit pm̄ anaxagorā tunc dicere. q; fulcit seipam cū posita sit esse infinita. ptz igitur q; nō est causa quā assignauit p cā. q; p hoc q; negat motus ab alio quo corpe nō negatur aptitudo necessario. q; multa nō mouent q̄ tm̄ apta nata st̄ moueri q̄ st̄ extra vbi. ꝓtiū et h̄ ignorauit anaxagoras. si igit in terra cuz sit infinita adhuc cā sit. q; nō mouetur. q; est in vbi ꝓtio q̄ ē medium. et nihil mouetur in vbi ꝓtio naturalr igit hz grauitatem et p grauitatem quiescit in medio

¶ Similiter et infinitū manet vtiq; in seipo ꝓpter quandā aliā cām. sz nō q; infinitū est. et fulcit seipm̄. Silr aūt manifestū q; t si sit q̄libet ps indigebit manere. Sicut em̄ infinitū in seipso manet se fulciens sic et si q̄libet ps accipiatur in seipa manebit Totius em̄ et partis siles loci sunt. sicut terre totius et glebe deorsum. t oīs ignis et scintille sursuz. Quare si infiniti loc⁹ q̄ in seipo est t idē ptis manebit ergo in seipo.

¶ Hic phūs ostendit. q; p eandē rōem infinitū nō habebit cām mansionis sue q; est in se. sz aliā. istā scz q; nō ē aptū natū moueri ex eo. q; est in loco ꝓtio et hoc nō dixit anaxagoras. et p ꝓns nō habeat. p cā illud q̄ dixit infinitū seipm̄ fulcire. Silr ex dictis manifestū est. q; silles in specie sunt loci tot⁹ hōgenij et ptis. sicut totius terre locus est idē et glebe. et scintille locus idē est. t tot⁹ ignis. q; vtriusq; locus sursum est. et totius terre t glebe locus est deorsum. q̄m p se manifestū est q; nihil est in seipo. vt dicek quarto huius. et q; loc⁹ totius et ptis nō differt nisi quātitate. maior em̄ est locus totius q̄ ptis. cū totū sit maius pte. et iō id q̄ ferk ad locuz vel quiescit in loco p aliquā naturā fertur et quiescit in illo t non q; infinitū est. sz accidit ei finit⁹ vl infinituz. cū si ver dixit anaxagoras q; infinitū sit in seipo. oportet etiā q; ptes infinite sint in seipis. q; infinitū est hōgenū et vbi est totum ibi est ps sm̄ naturā sz manifestū est. q; ps nō manet in seipa. igitur nec totū. t per ꝓsequens dictū anaxagore nō est verum.

¶ Oīno aūt manifestū est. q; impossibile est sil dicere infinitū corpus et locū quendā corporibus esse. si oīe corpus sensibile. aut grauitatem hz aut leuitatē. t si graue q̄dē in medio natura hz ferri si vero leue sursum necesse est. t infinitū corpus silr ferri. Impossibile āt aut vtrū libet aut medū vtrūq; sustinere. Quō em̄ diuides aut quō infiniti erit hoc quidē sursuz Illud aūt deorsum aut vltimū aut medū

¶ Hic ꝓbat phūs q; corp⁹ sensibile nō est actu infinitū p cōparōem ad eius locū. q; oīno et vlr manifestū est q; impossibile est hec duo sil esse aut dicere q; corpus aliquod simplex et phȳsicū sit infinitū. et q; locus aliquis determinatus in natura insit illi corpi. q; si oīe corp⁹ sensibile aut grauitatē aut leuitatē hz. ergo infinitū habet grauitatē et leuitatē. ex eo q; ipi infinitū posuerunt elementū. et nō celū dixerūt esse infinitū. Si em̄ graue ē tunc fertur ad medū. et si leue tunc fertur sursum illud aūt q̄ fertur ad locū finitū et determinatū finitū est. q; infinitū est finituz. q; sursum et deorsum loca sunt in natura. corpus vero infinitū si simplex est et sensibile necē est altero istoz modoz ferri hoc est moueri. Si aūt forte aliq̄s diceret q; corpus infinitū sustinet vtrūq; istorū motuum hoc est impossibile. q; tunc esset cōpositum ex oppositis naturis. et suppositū erat q; eet simplex. Silr est impossibile q; medietas eius ferak sursum et medietas deorsum. q; si infinitū est. quō diuidik in duo media ex quo id q̄ in duo media diuidik finitū est. q; mensurat duab⁹ medietatib⁹ in quas diuidik. quō igit dici pōt q; hec ps infiniti est sursuz. et q; alia eius ps est deorsuz q; q̄ finik ptib⁹ suis ad loca finita est finitū. Si aurem vna ps infiniti q̄ est supior est sursum et finitur ad locū sursum. et alia eius ps deorsum et illa finik ad locū deorsum. et sic in ptibus suis esset finitū id q̄ positū est esse infinitum corpus. sed hoc est impossibile sm̄ hoc etiam oportet ꝓcedere q; corpus infinitū haberet vltimū. scz versus sursum. et haberet medū versus centr. cum tm̄ hoc sit impossibile. q; cuius nō est finis illius nō est vltimum. t cuius nō sunt duo fines illius nō est medū q̄ equedistat ab extremitatib⁹ que sunt fines eius. in tota hac rōne nihil supponik nisi q; loca in natura finita sunt sursum et deorsum. et hoc maxime p septz. et eius declaratio maior patebit ꝓmo celi.

Amplius aūt oīe corpus sensibile in loco ē loci aūt species et dīe sursum et deorsum. aī et retro. dextrorsum et sinistrorsum. Et hec non solū ad nos et positōne sunt. sed in ipso toto determiata sunt Impossibile āt hoc eē in infinito.

¶ Hic oīdit phūs q; oīe corpus sensibile est in loco

sed loci species ⁊ differētie sunt sex sursum et deorsuz dextrorsum et sinistrorsum añ et retro. et he differētie nō solum denominant et distinguūtur quo ad nos ſm positōnem sed sunt denominate et distincte in toto vniuerso siue in mundo. Sunt em̄ iste differētie in celo ante et retro. eo ꝙ a pictagora aiatum dicit. De loci em̄ differētijs duob⁹ modis loqui possumus. vno mō dicimus ꝙ loca naturalia sunt ad que est motus naturalis. et circa loca naturalia duo sunt scz sursum et deorsum ad q̄ mouentur corpora naturalia sensibilia motu recto. q̄m de numero taliū corpoꝝ naturaliū dicebatur corpus infinitum. Alio mō dicimus differentiā loci naturalis scz differentias situs ſm quas est quicūq; motus. et hoc cōtingit dupliciter. vno mō ſm distinctōnem situs duntaxat. et sic sunt in mundo sex differentie loci. alio modo ſm positōnem ptium corporis quod est in loco. ⁊ h̄ cōtingit iteꝝ dupl̄r. vno mō ſm resolutōnem ad nos. alio modo ſm positōnem naturalē ptium corporis ⁊ figurā aut virtutem sine figura. et hoc dicit ꝑpter celum. ⁊ ſm cōparatōem qua ad nos sunt iste differētie in corporibus nō aiatis. ſm añ positōnem ptium ⁊ figurā sunt in corporibus aiatis. et de oīb⁹ his exq̄sita reddet ratio in scdo de celo et mundo. sed ad ꝓpositum sufficit ꝙ quocunq; istoꝝ modoꝝ sumantur loci differentie ipse determināt corpus infinitum extremitate suaꝝ ptium igitur impossibile erit istas differentias accidere corpori infinito. et per ꝙsequens impossibile est corpus infinitum esse in loco.

¶ Similiter añ si impossibile est locū esse infinituz. In loco añ oīe corpus est. impossibile est infinitū esse aliquod corpus. At vero quod alicubi est: et in loco est. et quod in loco est alicubi est: Si igitur neq; quantitatē possibile est infinitum esse Quantū em̄ aliquid erit. vt bicubitum aut tricubitū. Hec em̄ signant quantum sic in loco. q; alicubi. Hec añ aut sunt sursum. aut deorsum. aut in aliqua alia distātia que sunt sex horꝝ añ vnūquodq; terminus aliquis est.

¶ Hic ph̄us ostendit ꝙ impossibile est locum esse infinitum. igitur impossibile est corpus esse infinitū. cuz oīe corpus sit in loco. Añcedēs ꝓbatur. quia hec duo ꝙsequuntur se scz esse in loco et esse in aliquo loco sicut esse quātitatē et aliquā quātitatē. quia nihil ē in genere quin sit in aliqua speciꝝ. impossibile añ est quantū esse infinitū aut locū Nō quantū. q; quicqd est quantū aut est bicubitū aut tricubitū aut aliqua alia spes q̄titatis Nō locus. q; nec locus sursum nec deorsum nec locus aliaꝝ differentiaꝝ positionū. cū vnusquisq; horꝝ locoꝝ est terminus et finis aliquis. q; ipius distantie sunt dare fines. igitur oīe corpus quod est in loco est finitum. et per ꝙsequens est nullū corpus actu infinitum

Q Quidem igitur nō sit corpus actu infinitū manifestū est ex his. Q Añ si nō sit infinitū simpliciter multa impossibilia accidant manifestuz est. Temporis em̄ erit quoddā p̄ncipiū ⁊ finis et magnitudines nō erunt diuisibiles in magnitudines. Et numerus nō erit infinitus Cū autē determinatis sic neutro modo videtur contingere ob hoc videlicz. et manifestū ꝙ sic quidem est. sic añ non est. Dicitur igitur esse aliq̄d quidē potentia. aliud vero actu: Et infinitū est quidez appositōne est autē et ablatōne. Magnitudo añ ꝙ quidem actu non sit infinita dictū est. Diuisione añ est. nō em̄ difficile interimere indiuisibiles lineas. Relinquit igit̄ potētia eē infinitū

¶ Istud est quartū capitulū in quo ph̄us ostendit quō infinitū sit. et ꝙ hoc soluunt rōnes superius tacte ꝑ bantes infinitū esse in scdo capitulo huius tractatus. Dicit igitur ph̄us. ꝙ multa impossibilia accidūt vt patuit ex dictis si oīno negek esse infinitū. Nā sic tpis vt dictū est erit quoddā iniciū. et quidā finis. et magnitudines nō erunt diuisibiles in magnitudines in infinituz nec numerus crescit ſm hoc in infinitū. Cum igit̄ his sic determinatis et ad vtrāq; ptem disputatis neutruz ꝓtingere videatur. Nō em̄ ꝓtingit simpl̄r esse infinitū neq; ꝓtingit infinitū simpl̄r nō esse. igit̄ necessariū est dicere ob hoc. ꝙ infinitū quodā mō est. et quodā mō nō ē et sicut esse duob⁹ dicit modis. scz ſm potentiā et ſm actum. sic dicendū est ꝙ duobus modis dicitur infinitum Est em̄ ſm appositōem in numeris. et ſm diuisionez in ꝓtinuis. Et q; ꝓbatū est. ꝙ magnitudo nō est ſm actū infinita. cum nō sit magnitudo q̄ extendit in infinitū. tm̄ diuisibilis est magnitudo in infinitas ptes et ideo dicit magnitudini in infinitū accidere diuisionē. quia nō est difficile diuidere lineam per atomos qui nō sunt quantitates. scz indiuisibilia q̄dā quonia per ipa linea nō porest amplius diuidi tali diuisione quali est diuisa. Et istud fit quādo magnitudo diuidit̄ per equalia ꝓportōne et quātitate. sicut in duas medietates iam tres tercias. iam quatuor quartas. et sic de alijs ꝓtibus aliquotis magnitudinis. talis em̄ diuisio stat atomalit̄ in magnitudine. q; tali diuisione nō est diuisibilis magnitudo nisi semel. Alia añ diuisione q̄ etiā nō est difficilis dicit̄ in infinitū quādo diuidit̄ in equalia ꝓportōne ⁊ nō quātitate. Quod añ q̄dam dicunt magnitudinis diuisionē stare. eo ꝙ cōponat ex indiuisibilib⁹ ⁊ intelligibilib⁹ lineis nō est difficile improbare vt patebit sexto huius. Relinquit ergo ex oīb⁹ p̄habitis ꝙ infinitū non est nisi in potentia et nō in actu.

Nō oportet añ potentia ens accipere. sicut si possibile est hoc es statuam esse quod erit hec statua. sic et in infinitū quod erit actu. Sed quonia multipliciter esse est quemadmodū dies est et agon in semp aliud. et aliud fieri. sic et in infinitum est. Et nanq; in his est et potentia et actu esse. Olimpia em̄ sunt. et in posse agonem fieri. et est eo quod fit. aliter autē et in tempore manifestum est infinitū esse et in oīb⁹ hominibus et in diuisione magnitudinū.

¶ Hic ostendit ph̄us ꝙ necessariū est distinguere in his que potentia esse dicuntur. vno modo aliqua em̄ dicunt in potentia ita ꝙ potentia eius finitur ad actum

vnum purum. ita ꝙ cū sit in illo actu nihil remanet de potentia ad actum illum. vt es dicit in potentia statua idoli. et sperma in potentia dicit homo. et hoc modo infinitum nō dicitur in potentia. quia sicut es quod est in potentia statua idoli erit aliquando statua. ita oportet ꝙ infinitum in potentia sumatur aliquādo esse ſm actum infinitum. Alio modo quedaꝫ dicūtur esse in potentia ita ꝙ potentia finiti ad actum nō purum qui semp claudit in se potentiā ad actum eundē. ⁊ talia sunt quorum esse est in fieri. ⁊ in ea ratōne ei⁹ ꝙ in actu sunt. ſtꝫ et ratōne eius ꝙ fiant. potentialitatē habent admixtam ad illius actus succedentē priculam vt dictum superi⁹ fuit de motu qui est actus entis in potentia ſm ꝙ est in potentia. hoc etiam mō tempus est gratia motus. quia tempus est motus et ptes temporis sunt hoc modo sicut dies. Et hoc modo sunt etiā motus q̄ dicūtur agones in olimpiadibꝫ ludis et torneamento ⁊ hmōi in his em̄ eo ꝙ in successione sunt. semp sunt aliud et aliud. nō ita ꝙ diuisim fiat. sed quia cōtinue vnum succedit alteri. et in tali genere potentie que actu pmixta est dicit eē infinitum. quia in his sunt que infinita sunt actus ⁊ potentia. actus quidem respectu p̄ius accepti per diuisionem. et hoc est finitū. sed potentia respectu posteriorꝫ accipiendi scz ꝙ est in motu et tempore succedens sibi sine interruptōe hoc est in diuisione infiniti. aut sine appositione hoc est cum interruptōe. ꝓpter quod diuisio vna ꝓtinui semp finitur ad acceptū per diuisionē. sed incohat alia respectu recipiendi. ⁊ talis successio diuisionū siue mente fiat siue ſm accidens ponatur fieri nūq̄ stabit in ꝓtinuo. ⁊ appositio nunq̄ stabit in discreto cuius causa patebit inferius. cum nihil intendit pⁿus dicere mō nisi ſm quem modum potentie ꝓcedat diuisio in infinitum in ꝓtinuo. ⁊ appositio in discreto. In tali em̄ successione qualis dicta est fiunt olimpia. q̄ olimpia dicūtur fieri in eo quod erunt post id quod acceptū est de ipsis in p̄senti. et in eo ꝙ ite⁊ in p̄senti fiunt sicut quilibꝫ motus olimpia fuerunt agones in quibus nudi duella faciebant. ⁊ iterabant post quinq̄ ⁊ quinq̄ annos. vt discerent exercitium belli Et licet infinitū sit dictū ſm hūc modum potentie tamē aliter est in tempore. aliter in hominibus. et aliter in diuisione magnitudinū. ſm ꝙ huiusmodi potentia ad alium actum est in diuersis illis q̄ enumerata sunt.

¶ Omīno quidem em̄ sic est in infinitum in semp aliud et aliud accipiendo. et acceptuꝫ quidem semp esse finitum. sed semp alterū et alteruꝫ Quare infinitum nō oportet accipere. sicut hoc aliquid. vt hominem aut domuꝫ. sed sicut dies dicitur et agon quibus esse non sicut substantia quedā facta est. sed in generatōne aut corruptione finitum quod accipitur. sed semp alteruꝫ et alterum.

¶ Hic pⁿus ponit ꝙuenientiā inter ista tria p̄nominata dicens. ꝙ in his est infinitū omīno ⁊ vniuersaliter in accipiendo semp aliud et aliud ſm successionē interruptam aut non interruptam. et in accepto est finitum sed infinitū in accipiendo alteꝫ post alterum semper. et ideo infinitū respectu potentia accipiēdi. ⁊ nō respectu actu accepti. ⁊ ideo nō oportet putare ꝙ infinitum sit sicut aliquid pmanens et existens actu sicut est homo generatus. aut domus facta. sed oportet ipm accipere sicut id cuius esse est dependens ad succedens in futurū et eo ꝙ in p̄senti ⁊ in ꝓterito est acceptum. sicut dicitur esse tempus dies et agon quibus nō conuenit esse sicut est substantia permanens. ⁊ saluata ſm totum suum eē in hoc p̄senti. sed conuenit eis esse successiuū. Et licꝫ sit finitum quod semp sit aut corrumpit ſm id quod acceptum est. de eo tamen est infinitū respectu recipiendi sem per alterum post alterum. Et quia accipiendū ſm potentiam et non ſm actum dicitur. ideo infinitum dicitur in potentia et non in actu ⁊ hoc quidem conuenit omni infinito.

¶ Et in magnitudinibus quidem permanēte accepto hoc accidit. in hominibus autem et tempore corruptis sic vt nō sit deficere.

¶ Hic pⁿus ponit dr̄ām istoꝫ infinitoꝫ. quia accepta in diuisione magnitudinis pmanent saluata cum accipiendis et econuerso. et sic accidit infinitum ⁊ in magnitudinis diuisione. et eodem modo est in appositōne in numeris. Sed in generatōne hominū que ſm potentiā nō deficit vnq̄. Et in tempore nō oīa accepta remanent cum accipiendis. tamen differunt. quia in hominibus accepta per generatōnem pmanent aliquā diu donec completur periodus. In motu aūt et tempore continue discedunt accepta et succedunt accipienda. q̄ motus et tempus sunt successiua que nō habent partes suas simul sed sibimuicem succedentes. vt cum est mane nō est meridies. ⁊ cum est meridies mane transit. ⁊ vespera expectatur. Generatio tamē ſm ratōnem successionis ſm potentiam nō deficit a motu ⁊ tempore cuius res ipa generata permanet.

¶ Quod aūt ſm appositōnem idem quodaꝫ modo est et quod est ſm diuisionem. Infinito autem ſm appositōnem fit ecōtrario ſm quod em̄ diuisum videtur infinitum. si appositū videbitur aliquid determinatum. Infinita em̄ magnitudine si accipiens aliquis determinatū accipiet eadem ratōne. Non eandē aliquam magnitudinem ratōne accipiens nō transibit finitum. Si vero sic augmentet ratōnem vt semp eandem aliquam sit accipere magnitudinē transibit finituꝫ propter id quod oīe finitum remouetur a quolibet finito. Aliter quidem igitur nō est. sic autē est infinitum potentia. quia et diuisione. Et actu autem est sicut diem esse dicimus et agonem et potentia sic sicut materia et nō p se sicut finitū

¶ Hic pⁿus ponit ꝙuenientiā inter infinituꝫ in magnitudinib⁹ ſm diuisionē. ⁊ in numeris ſm appositōem dicens ꝙ infinitum quod est ſm appositōnem in numeris est quodam modo idem et quod est ſm diuisionem in cōtinuis magnitudinib⁹. idem em̄ est illi. quia vtrūq̄ est in potentia respectu accipiendi sed nō est simpliciter idem. quia infinitum in diuisione ꝓtinui potentiā habet

diuisionis nō respectu pus accepti p diuisionē. sed respectu posterius accipiendi. Infinitū aūt quod est in appositōne habet potentiā sue infinitatis in addendo ad pus acceptum per numez. Et ideo infinitū quod est in appositōne in numero 2uertibiliter se habet infinito per diuisionē. Cuius ratio est. qz in quantū et in quot diuisibile considerak in infinitū respectu accipiendi postea et diuidendi in tantū et in tot additur ad numez prius acceptū in infinitū. Infinitū em̄ in diuisione 2tinui non fit per quēlibet modū diuisionis. quia sunt duplices ptes continui siue magnitudinis. q̄daz em̄ sunt ptes eiusdem 2portōnis et quātitatis simul. et q̄dam sunt ptes eiusdē 2portionis tantū. Si aūt loquamur de pmis pribus. tunc necessario stabit diuisio. Exempli gratia. si quis accipiat lineā decem pedū. et diuidat per decē partes equales. aut p duo equalia aut tria necessario stabit diuisio. qz omis magnitudo tota remouek per diuisionem quādo omes ptes sepank ab ea que aliquotiens sunt in ea. Et si quis velit diuidēria vlterius diuidere nō poterit sumere per diuisionē silla illis pribus pozib illo adiecto q sint etiam equalia quātitate. Et hoc sic ostendi potest. qz si quis diuidat decimā ptem linee decem pedū que iuxta hypotesim sumpta est p diuisionez tunc potest illa iterz diuidi in decē ptes siue in decimas sed notū est cuilibet q nō sunt ille decem ptes siue decime equales pribus decem pme diuisionis que erant in linea decem pedū accepte. et ergo semper stat diuisio quādo sumunk partes eiusdē 2portōis et quātitatis et nō ibit in infinitū sed tota magnitudo necessario cōsumitur. Sed si loquamur de pribus eiusdē 2portōnis et nō quātitatis equalis tunc nunq̄ stabit diuisio sed p/cedet in infinitū. Exemplū est in linea decem pedum si illa diuidak fm quācunq̄ 2portōnem scz subdupli aut subtripli. z sic de alys tunc quelibet pars potest diuidi in suas subduplas et subtriplas in eadem 2portōe que nō sunt equales in quātitate pribz pme diuisionis. Q; aūt quelibet pars accepta per diuisionē potest diuidi in ptes eiusdem 2portōnis et nō quātitatis patz. qz quelibet pars ex quo est 2tinua habet in se ptes in eadē p2portōne licet nō in eadē quātitate. et ergo tales 2portō nabiliter per diuisionē etiam in infinitū possunt accipi. et sic infinitū est in diuisione continui et nō aliter. qz est in potentia in diuisione respectu accipiendi posterius z nō in actu puro simplici. sed potius in illo actu qui in se 2ducit et ostendit potentiā sicut actu sunt dies z agon Et talis potentia est sicut potentia materie que est infinita et principiū infinitatis. sed finitas est sicut forma. z ideo infinitū nō est per se sicut finitum. Et sic ambo infinita in hoc 2ueniunt q sunt in potentia et nō in actu. sicut dicitur q dies et agon sunt in actu.

¶ Et fm appositōnem igitur sic infinitū potentia est quod idem dicimus quodā modo esse ei quod est fm diuisionē. Semp quidem em̄ aliquid ipius extra est accipere. Nō tamen excellit oēm determinatā magnitudinē sicut in diuisione excellit omne determinatū et erit minus Quare excellere omne fm appositōnem neq̄ potentia possibile est esse. siquidē nō est fm accidens actu infinitum sicut dicunt physiologi extra corpus mundi cuius substantia est aer aut aliquod huiusmodi. Sed si nō possibile est infinitū corp9 sensibile sic actu esse manifestū est q nec potentia vtiq̄ erit fm appositōnem. sed aut sicut dictum est econtrario diuisioni aut nullo modo.

¶ Hic pbus ostendit quō infinitū fm appositōnem reperitur in numeris dicēs. q in numeris est infinitū fm appositōnem potentialiter. et vt dictū est quodāmodo est sicut in infinito p diuisionez. qz in vtroq̄ est aliquid recipere extra respectu cuius dicitur infinitū. qz quascūq̄ ptes receperimus per diuisionē adhuc aliquid est extra diuisionē prius factā quod potest accipi per diuisionem sequentē. et hoc est addibile prius acceptis que dicta sunt per diuisionē factā in 2tinuo. Tamē in 2tinuis nō est accipere magnitudinē que oēm magnitudinē excellat determinatā et sumptam. licet in diuisiōe excellat omne determinatū quātumcūq̄ puum z sit minus quod adhuc potentiale est accipi per diuisionē. Impossibile em̄ est q in magnitudine respectu maioris accipiendi z addendi prius accepto 2tinuo sit potentia ad infinituz qz si esset potentia respectu maioris talis nō acciperek p diuisionē. qz maius determinato nō accipitur per diuisionē. sed oportz q intelligek addi et 2tinuari ad magnitudinē prius acceptam. et hoc nō est impossibile nisi cōcederemus q infinitum nō est per accidens sed per se. et actu puro. sicut dicunt quidam physiologi. q infinitum sit extra totum corpus mundi et extra vltimum celum cuius substantia est aer aut aliud corpus simplex sensibile. sed hoc nō est verū. et ideo nō est vez q corp9 continuū in addendo sit maius infinitum fm potentiā Sed infinitū quod est in additōne in numeris est p cōtrarium ad modū diuisionis in infinitū que est in continuis. Exempli gratia. accipiak magnitudo finita q̄ vocatur a.b. et diuidak ipa in duo media in c. et diuidatur eius vna medietas que est a.c. in duo media. et vna illarum additur ad medietatē illius partibus prioribus acceptis sic diuidēdo nunq̄ 2sumetur 2tinuū. ita etiā taliter addendo nunq̄ 2ueniak ad totum q numerus in se claudat omes ptes que fuerunt in linea diuisa. sed partes numerate semp pauciores sunt q̄ fuerunt ptes linee pme. et ideo diuisio in 2tinuis et additio in numeris in infinitum currunt.

¶ Quoniā et plato ppter hoc infinita duo fecit: quia et in augmentū videk excellere. et in infinitum abire et ad annihilatōem faciens tamē duo vt duobus non vtitur neq̄ em̄ in numeris q fm diuisionē infinitum est. Unitas em̄ minimum est neq̄ em̄ augmentuz vsq̄ nanq̄ decem facit numerum

¶ Hic pbs ostēdit. q plato duo posuit infinita propter p̄dictam causam. qz videbat infinitum fieri ex diuisione p diminutōnem. et ex additōne. sed additōem nō dixit esse per collatōnem discretoz. sed potius per extēsionem 2tinui in maiorē quantitatē in infinitum. et hoc fuit vnū in quo peccauit plato. Scōm em̄ fuit. qz cū diceret duo esse infinita nō vtebak fm veritatē nisi vno q̄ per diuisionē est in continuo. qz in numeris nō dixit eē aliq̄ infinitū. qz numerus respectu minimi dixit stare

ad vnitatē et in hoc verum dixit. et in augmento dixit stare vnum incrementum ad decem et ex denario reiterari per numeros cōpositos. et hoc fuit scōm falsum in quo peccauit plato in positōne infiniti.

Accidit aūt contrariū esse infinitū quō est sicut dicunt. nō em̄ cuius nihil est sumere extra sed cuius semp est aliquid extra hoc infinitū est. Signū aūt huius est. Et nāq; anulos dicunt infinitos vt habentes circulatōnem q; semper est extra accipere fm similitudinē quandā dicētes. nō tamē proprie. Oportet em̄ et hoc esse. et nō aliquādo idem recipi. In circulo aūt sic non fit sed semp quod est ꝓsequēter solū altez. nō tamen ab oīnibus ptibus prius acceptis sum̄. Infinitū quidē igitur hoc est cuius fm quantitatez accipientiby semp est aliquid extra accipere.

¶ Istud est quintū capitulū in quo phs determinat de quiditate infiniti et primo fm opinionē antiquoꝝ dicens. q; ptrario modo accidit definire infinituz quō antiqui definiuerunt actu aliquid esse infinitum dicentes. Definiuerunt em̄ sic. infinitū est cuius nihil est extra ℔ est infinitum est illud cuius ptes si quis accipiat p numerum vel mensuram nulla eaꝝ est extra ipm. et sic oporteret q; infinitum oīa sua haberet intra se. et nō eēt respectu alterius accipiendi per diuisionē. et respectu addendi in numeris. sed esset respectu accepti. et sic infinitum esset finitum. quod est impossibile. Et ideo oportet ipm infinitum aliter definire. vt dicatur infinitū est cuius semp est aliquid extra accipere Et hanc definitōez ostendit phs per signum. q; anulus et circulus dicuntur esse infiniti. q; nusq; accipiunt in termino sui. ḡn sp eadem ratōne accipiatur aliquid post illud in quo dicūtur terminari. tamen anulus z circulus dūtaxat dicunt infiniti fm similitudinē. et nō fm veritatē. q; in anulis z circulis ptinue accipiendo nō semper ea que accipiūtur sunt altera fm substantiā sed solum altera fm situm circulatōnis. et multotiens sunt eadem fm substantiaz si sepe repetatur acceptio. Sed id quod ptinue accipitur in infinito extra primū acceptum per diuisionē oportet aliud esse per substantiā. z nunq; esse prius acceptū. sed accipiendum posteriori diuisione ptinue facit infinituz et hoc nunq; priori diuisione fuit acceptuz. q; posteriori diuisione sp accipit ps minor q; fuit accepta pus Et sic infinitū fm veram definitōem est cuius ptes fm quātitatem accipientiby sp est aliqd extra prius acceptū accipe q; tis tm̄ accipiendū nō sit extra. ptinuū qō diuidit. ipm tm̄ accipiendū nō est idē accepto. z q; in ptinuo sp aliqd restat accipiendū. ideo in infinitū pcedit diuisio.

Cuius aūt nihil est extra hoc est pfectū et totum. Sic em̄ definimus totū cui nihil abest. vt hoiem totū. aut archā. sicut iam singulare sic et quod ppie. vt quod totū cuius oīno nihil est extra Cuius aūt absentia extra est nō oīe est cum absit. Totū autē et pfectū aut idē penitus aut proximū fm naturā est. pfectuz aūt nullum habens finem. finis aūt terminus est.

¶ Hic phs improbat definitōnem antiquoꝝ dicētium infinitū esse cuius nihil est extra accipere. q; definitio totius et pfecti nō potest esse definitio infiniti. ista aūt est definitio totius et perfecti. igitur nō est definitio infiniti. Minor ꝓbatur. q; totum est cui nihil deest de his que ptinent ad suum cōplementum vt hominē qui est res naturalis dicimus totum et archam que est res artificialis dicimus esse totam. Sicut em̄ totum est in rebus singularibꝫ que sunt partes vniuersi. sic et ipsum oīne siue mundum dicamus esse totum. quia proprie totum est cuius nihil est extra simpliciter et absolute. sed oīnia habet intra se. et cuius est aliquid extra nō omne vel totum est. cum aliquid desit ei. Totū em̄ z perfectū aut sunt idem penitus. aut proxima sunt fm naturam Subiecto penitus sunt idem q; quicquid est totum est pfectum. et quicquid est pfectum est totū. Sed fm rationem differunt q; pfectum est quod iam attingit finē qui est cōplementum et pfectio eius. totū aūt est quod est integratū ex oīnibus suis ptibus que ptinentur in ipo sub sua forma. pfectum em̄ nullum est quod nō habet finem. Finis aūt terminus est. et terminat illud qō pficit. cum igitur infinitum dicitur a ꝙatōne finis vel termini. nullum infinitum dz esse pfectum vel totum

¶ Unde melius est opinandū pmenidē melisso dicere: Hic quidem em̄ infinitum totū dicit. Totum autem finiri a medio eque pugnās. Nō em̄ sicut linum lino est continuare. et oīnu z toti infinitum.

¶ Hic phs compat opinionē melissi et pmenidis dicens. q; pmenides melius dixit q; melissus. q; cuz posuit ens esse totum vnum et immobile voluit dicere q; esset infinitum. cum hoc q; dicebat ipsum esse totum vel oīne. Sed melissus totum dixit esse ens. et cum hoc dixit ipm esse infinitum. dicebat em̄ pmenides q; totum erat p hoc q; extremitas equaliter distabat a medio et ideo inter ea oīnia ꝓcludebant. Dixit em̄ q; nō erat abire in infinitū ꝓtinuando corpus ad corpus circūdans. sicut si ligarek licū aut linū ad filū sic dixerūt plēs phi.

Quoniā hinc accipiunt dignitatē de infinito quod est oīnia ꝓtinens et oīnia in seipo habens propter id quod habet similitudinē quandā cuz toto. Est em̄ infinitū pfectōis materia magnitudinis. et quod potētia totū est. actu vero nō. Diuisibile aūt est et ad consumptōem et ad oppositam oppositōnem. Totum aūt infinitum non fm se sed fm aliud:

Hic phs ostendit dignitatē et eminentiā quā erronee antiq; attribuerūt infinito dicentes ipm infinitū oīa ꝓtinere z in seipo habere. z eoꝝ cā fuit. q; ipm similitudinē habere dixerūt cū toto. cū ipm sit materia. et subiectum totius. q; infinituz est materia pfecte magnitudinis fm q; magnitudo pfecta est. que nata est per diuisionē vt diuisiones. q; talis magnitudo per ea que potentia sunt in ipa subiicit infinitati. z ideo infinitū quod ex materia est infinitū. potentia totū est. sicut materia in potētia hz terminatōem. actu tm̄ nō est totū fm se. Diuisibile em̄ est fm diminutōem ꝓtinue faciendā. z sic infinitum est

fm apositõem que fit ad prius acceptũ in numeris. et iõ neq totũ est neq finitũ est p se. sz p formã pficientez

¶ Et nõ continet: sed continet inquantũ est infinitũ vnde ignotũ est inquantũ est infinitum Speciem eñ nõ habz materia. ergo manifestũ est q magis in ratõne ptis sit infinitũ q̃z ratiõe totius. pars eñ materia totius sicut es statue.

¶ Hic pbus attribuit infinito tres pditões. Quarum pma est q infinitũ ptinet et nõ ptinet in quantũ ẽ infinitũ. cuius tamẽ antiqui illam pditõem infinito attribuerunt. scda q ipm est ignotũ. q3 oñe quod cognoscitur per formã et finem cognoscit infinitum aũt habet puatõnem forme et finis. igitur est ignotum. licet antiqui oppositum dixerũt. Tercia q ipm potius habz rationem ptis q̃z totius. ex quo ratio ptis est impfecti sicut materia pars est totius. vt es statue.

Quoniã si continet in sensibilibꝫ et in intelligibilibus magnũ et paruũ oportuit ptinere intelligibilia. Cõueniens aũt et impossibile ignotum et indeterminatũ ptinere et determinare.

¶ Hic pbus excludit opinionẽ platonis ponẽtis infinitũ. cuius bene dixit in hoc q posuit infinitũ ee in magno et puo fm q sunt materia oũm. tamẽ in hoc simpr errauit q dixit magnũ et puum oñia ptinere sensibilia et intelligibilia id est formas intelligibiles vt ideas separatas t formas sensibiles que sunt in indiuiduis Cũ eñ infinitum sit ignotũ et interminatũ nõ potest terminare et facere nota ea que noscunt. quoniã cõtinens est terminans et notificans. ergo si infinitũ continet sensibilia et intelligibilia ipm terminat et notificat. vtraq; ergo continet et notificat sensibilia id est formas sensibiles que sunt in indiuiduis et intelligibilia que plato dixit esse principiũ generatõnis et scie. ergo ignotum facit cognosci ea que sunt pncipiuz oñis noticie siue scie qđ est impossibile. igitur impossibile est infinitum continere et terminare sicut dixit plato

¶ Scõm ratõnem aũt accidit. et fm apposition nõ esse videri infinitũ sic. vt oẽm excellat magnitudinẽ. In diuisione aũt esse cõtinet eñ sicut materia intus et infinitũ continet aũt spẽs Rationabiliter aũt est t in numero quidem esse terminũ. ad plus aũt semp oẽm excellere multitudinẽ. In magnitudinibꝫ aũt econtrario. In minus quidem excellere oẽm magnitudinẽ: sed in maius non esse magnitudinẽ infinitã. Causa aũt est. q: vnum est indiuisibile quodcũq; vnuz sit. vt vnus homo et nõ multi. Numerus autẽ est vno plura et quelibet quedã. Quare necesse est stare ad indiuisibile. Duo nanq; et tria denominatiua nomina sunt. similr et alioz numerorum vnusquisq;.

¶ Istud est sextū capitulū in quo Aresto. determiat de finito et infinito q̃ūo se habeant ad motū. Et diuidit in duas ptes. In qua; ꝓma phs in tertu ꝓbat. q; nō req̃rit tps infinitū vt mobile finitū ptrāseat magnitudinez finitā. In scda pte phs ꝓbat. q; infinitū nō pōt moueri neq; quiescere. ibi. eadē aūt rō. Quātū igit ad primā p̃tem phs duo supponit. quoz ꝓmū est. q; oē q̃d mouet. mouet in tēpore Scōm est q; in maiori tpe ptrāsit maior magnitudo & in minori minor. scz finitā magnitudinē ſm vltima ipossibile est moueri in tpe infinito aut ſm tēpus infinitū. nisi illa magnitudo eadē sp iteret ſm situ in motu vno sicut celi circulatio aut nisi sit aliqua pars illi⁹ qđ mouetur sicut diceremꝰ aliq̃ ptes moueri in toto aut aliq̃ sed de tali motu cū sit p accīs nō fit mētio in ꝓpoſito. Oportet ergo q; in toto tēpore ꝓmo & ꝓpo motus alicuius magnitudinis expleatur totus motus & tota magnitudo. Istis igitur suppositis phs ꝓbat qđ intendit. scz q; nō req̃rit tēpus infinitū ad ptranseūdū magnitudinē finitam. si em̃ motus finite magnitudinis est in tpe infinito aut est eq̃ velox aut nō est eq̃ velox in toto motu si fuerit eq̃ velox tūc manifestū est. q; motus talis mobilis nō fit in infinito tpe. q; tale mobile ptrāsit aliquā p̃tē aliq̃ta talis magnitudinis puta medīā tertiā vel decimā in aliq̃ finito tpe. q; sicut se hz totū tēpus infinitū ad totā magnitudinē motā. ita ps tpis ad p̃tē magnitudinis q; sicut tota mouet in toto tpe ita ps in pte tpis. & medietas in medietate tpis & tertia in tertia. & decima in decima. q̃ ptes tpis sunt equales ptib; magnitudinis. sed ptes magnitudinis mote sunt finite nūero & extensione ſm vltima. ergo etiam ptes tpis nūero & extēsione sunt finite ſm vltima. q; tot sunt ptes magnitudinis mote q̃t sunt ptes tpis q̃ multiplicat ptes ſm oēm multiplicatōem ptiū. velox ei qđ diuidit tēp⁹ vt sup̃ dictū ē. & q̃ tiens velox diuidit totiens tps ponit distinctōem in partibus magnitudinis mote. et ille erūt eq̃les. cū supposituz sit id qđ mouet esse eq̃ velox in toto motu. q̃ finite erūt ptes tpis nūero & extensione ſm vltima scz ex finitis ſm vltima & nūerū nō ꝓponit infinitū. q̃ tps totiꝰ magnitudinis mote nō est infinitum neq; ſm nūez neq; ſm vltima. & ꝓ ꝓpoſitum. q; positū fuit q; esset infinitum.

Sed si nō eque velociter differt nihil. Sit eī in quo a. et b. spaciū finitū qđ motū sit in infinito tpe. et tps infinitū in quo. c: d. Si igit necesse est ꝓius alterū altero motū esse. Hoc aūt manifestū. q; tpis in ꝓori & posteriori altez motū ē Semp ei i pluri altez erit motū eē siue eq̃ velocit mutet siue nō eq̃ velocit mutet & siue intēdat motꝰ siue remittat siue maneat nihil minus. Accipiat igit aliq̃d a b. spaciꝰ qđ sit a e qđ mēsurat a b hoc ita q; infiniti in quodā factum est tpe In infinito em̃ nō pt esse O mē em̃ in infinito est. Et iterū alterū iam si accipiamꝰ ēqtum est a e. necesse est i infinito tpe eē. Oē em̃ in infinito. & sic accipiens q̃m infiniti quidem nulla pars q̃ mensuret. Impossibile ei infinitū eē ex finitis et equalibus et inequalibꝰ ꝓpter id qđ mensurat infinita multitudine et magnitudine a quodā vno siue equalia siue inequalia. finita aūt magnitudine nihil minꝰ Spaciū ātem finitū tātis q̃ sunt a b. mēsurat in finito tpe a. b mouet Silr aūt et in quiete quare neq; fieri neq; corrūpi possibile est sp aliq̃d vnū et idem

¶ Nic phs oñdit scōm. q; si fuerit eq̃ velox tūc sequit idē inconueniēs. q; et si ptes tpis sint ineqles in motu. ita in vna pte velocius mouet & in alia tardius. tm̃ oēs ptes sunt finite ſm multitudinē & vltima. igit ex ipis non pōt infinitū ꝓstrui. Et pt sic ostēdi. Iacius ponat ei spaciuz finitū signari p lineā a b. & dicam⁹ q; id qđ motū est in tēpore infinito qđ sit p c d. et ex hīs q̃ in tertio phisicorū determiat. ſtz in distinctōe motus. & resumat q; moueri in oi motu illi⁹ nature in qua est motus sicut in genere p̃dicamenti aut spē alteruz altero sit ꝓius ſm motū qđ vocat alterū altero ꝓius motū esse cū ibi ostēsum est. q; motus ē gñatio aut ꝓductio forme post formā q̃dāmō hoc ei manifestū est ex tpe q; ſm ꝓcessuz tpis ex ꝓori in posteriꝰ ꝓcedit etiā motꝰ ex pte ꝓris in posteriorē. & sp ſm tps plus etiā motū esse motū. et plus siue eq̃ velociter. & siue motꝰ diminuat siue ꝓlongef et extendat siue etiā maneat extēsus aut diminutus. & scōm vez est ſm subiectū motꝰ qđ est res p̃dicamēti in quā & ad quā est motꝰ generaliter in oi motu hz nō sp verū sit subiectū motus qđ ē indimidiū substāriē qđ mouet. Illud em̃ aliq̃ fit in plus & plus ſm ptes In mutatōe ei gñatōis & alicui⁹ alteratōis fit ipm plus & plus. q; id qđ factū est iaz tm̃ fiebat & qđ fit iā an factū est ſm p̃tē & p̃tē. & in altera rōne aliq̃ silr est. sicut cū calefit lignū. q; illud calefit ſm p̃tē et p̃tē. hz in motu ſm locū. et in motu augmēti sil'mouet id qđ mouet ſm totū et nō ſm p̃tē et p̃tē. Hz qđ iā dictū est generaliter est verū ſm q; id qđ mouet dr id qđ subicitur motui. vt genus ꝓdicamneti siue natura in qua est mutatio. His igitur habitis accipiamus

ptez spacij totius quod est a.b. ptem aliquā q̄ est aliq̄ta sicut dimidiam aut tertiā. z sic deinceps z illa ps ei⁹ sit signata a.c. Nanc em̄ ptem id qđ inequaliter velociter mouet trāsibit i aliq̄ta pte toti⁹ tpis infiniti. eo q̄ nō pt dici q̄ ptem illam transeat in toto tempore. q̄z positum est q̄ totam magnitudinē transeat in infinito tpe. Cū si ptem transiret in tempore ifinito esset pars equalis toti qđ est impossibile Parte igitur illa accepta accipiem⁹ de eodem spacio. ptem illi equalem q̄ fcek illi ꝓiūcta prius p a e. eo q̄ linea illa tota diuidiſ locis tot q̄t volum⁹ fm pūcta. c. z e. z alia quotcūq̄ voluerimus. hāc autez ptem eadem nccitate q̄ ꝑus transit. et in quadam parte tpis infiniti. q̄z aut transit eam in toto tempore. aut in pte. sed nō in toto. q̄z totū spacium transit in toto. et si trā siret etiam ptem i toto tpe esset ps equalis toti qđ eē nō potest. si accipiamus semp ptem spacij post ptem et accipiamus ptes equales spacij. q̄z tūc aliquādo stabit diuisio spacij. z quelibet pars expleta erit p motum in parte tpis finita. licet ptes tēpor̄ sint equales in longitudine ꝑter id quod mouetur positū est esse inequaliter velox q̄z igit nulla pars accepta in eo q̄ est finitum in actu remetitur ipm totum. Necz cū equali finita necz cū inequli finita sumpta. eo q̄ impossibile est infinitum esse z ꝑpo ni ex finitis fm numerū. z fm vltima siue sint equalia siue inequalia erit tempus finitum quod constituiſ ex actu z fm nūerū ex finitis ptib⁹. eo q̄ illud tempus mensuratur a quodam vno qđ est pars spacij per finitam etiaz magnitudinem ptiū temporis q̄ etiam finita est fm magnitudinē in vltimis siue illa finita sint eqlia siue inequlia. q̄z dictū est. q̄ illud spaciuz quod mēsuraſ p. ptes temporis fm inequalia tpa mensurat motū ꝑter id quod motū inequaliter positū est moueri Spaciū em̄ finituz est et mensuratuz tantis finitis z tot que sunt partes aliquote totius spacij quod significatur per. a b. totum. ergo ipsum. a. b. totum mouetur in tempore finito. Dicitū enim erat q̄ moueretur in tempore infinito. Similiter autem est in quiete. cū em̄ quies sit ꝓuatio motus habebūt esse circa idem. z sic motus finitus fm vltima non potest esse in tēpore infinito ꝓter eandem cām. Ex ista declaratōne seqtur vlterius. q̄ i mutatōibus gnationis z corruptōnis nō est possibile vnū et idem sp generari z corrūpi. eo q̄ finitum z diuisuz est fm rep⁹ vtriusq̄. cū ipe mutationes sint infinite si tempus earū eēt infinitum. cum ipse mutationes sint finite vnū z idē eēt tempus mutatiōis vtriusq̄ in eodē z sic necessario eēnt finite simul generatio et corruptio in eodē. q̄z illa stz sil que sunt in vno tempore

Eadem aūt ratio et q̄ necz in finito tempore infinituz possibile est moueri necz quiescere. necz qđ irregulariter Accepta em̄ quadaz pte que metitur totū tēpus. in hac aliquid tantum transibit magnitudinis z nō totā. In oi em̄ tota et iterū in equali aliā et in vnoquoq̄ sil'iter siue equalis erit siue inequalis ei que est a principio. Differt em̄ nihil. si soluz sit finita aliqua vnaq̄z Manifestū em̄ q̄ diuisio tpe infinituz nō aufertur finita ablatione facta. et quotā eo q̄ tot modis. Quare nō transibit in finito tpe infinitū. Nihil aūt differt magnitudinem z in altera aut vtramcz esse infinitam. Erit em̄ ea/dem ratio.

¶ Jsta est secūda ps huius capituli in qua phs ostēdit q̄ infinitū non pōt moueri in tēpore finito necz ꝺescere siue moueaſ regulr siue irregularit. q̄m si ponaſ ab aliq̄ aduersario veritaz infinitū moueri posse i tpe finito tūc accipiaſ aliq̄ ps tpis q̄ aliq̄ties sumpta reddit totū tēpus. tūc in illa pte trāsibit aliquā partem magnitudinis ipm infinitū z illa pars nō transibit totū spacū. q̄z i toto tēpore pertrāsibit totam magnitudinē spacij. sz totuz et pars nō sunt equalia. Jn alia vero parte equali ptiꝓrius accepte transibit aliam partē spacij. z in tertia pte tēporis tertiaz z sic de oib⁹ alijs siue partes spacij p q̄s transit sint equales siue inequales. q̄z hoc nō affert aliquā drām q̄tum ad id qđ hic intendit phs. Si aūt regularis est motꝰ tūc stz ptes equales. si aūt irregularz ē motus tunc partes spacij pertransite sunt inequales. z vtro q̄z modo sunt finite. eo q̄ stz fm nūerū partiū tēporis. et in longitudine sunt etiam finite. q̄z manifestū est q̄ tempus sic diuisum per partes q̄ sunt aliquote et equales nō vadit in infinitum. Nec partes spacij sunt infinite. g̃ nec totū spaciū erit infinitū et per ꝰsequēs infinitū non ꝓtingit ptransire in tpe finito et nihil differt ad pūs siue magnitudo ponatur in vtracz parte infinita siue in altera ponaſ infinita. dūmō ponaſ tēpus motus eius finitū q̄z per eandē rationem que nunc dicta est ꝓbabitur etiā q̄ magnitudo sit finita.

Demonstratis aūt bis manifestū est q̄ necz finitā magnitudinem infinitū contingit transiri in finito tpe ꝑpter eandem cām. Jn pte em̄ tpis finitū transibit z in vnoquoq̄ sil'r quare in oīm finitū. q̄m aūt finitū trāsibit. et in vnoquoq̄ sil'iter. q̄z in omni finitum

¶ Hic phs ōt q̄ demōstratz his manifestū est q̄ nō est possibile. q̄ finita magnitudo in tpe finito transeat spaciū infinitū. Ex. pñt assignari due rōnes quarū prima est habita. ista scz partes tēporis et mobilis ꝓportionantur sed manifestū est ex phabitis. q̄ infinitū qđ moueri supponiſ in aliquota parte tēporis finiti transibit aliq̄d de spacio infinito siue sit regulariter motū siue irregulariter et in alia pte tēporis transibit simpliciter aliq̄d et ptib⁹ oib⁹ trāsibit oēs ptes spacij infiniti. q̄z in toto tēpore positū est q̄ transeat totum. sed qđ ex finitis nūero z vltimis ꝰponiſ est finitū. igit qđ ꝰponiſ ex partib⁹ illis q̄s transit in partibus tpis finiti finitū erit sed totū spaciuz ꝰponiſ ex talib⁹ finitis. g̃ totū est finitū. z hoc est cōtra ꝓpositum q̄z dictū est. q̄ esset infinitum.

Qm̄ aūt finitū nō transibit infinitū in finito tpe manifestū ē sicut necz infinitū finitū. Si em̄ in finitū finitū necesse est z finitū et infinitū transire. nihil em̄ differt quodlibet esse quod mouek. vtrobicz em̄ finitū ptransibit infinitum: Cum em̄ moueatur infinitū in quo est a. erit aliquid ipius fm b. finitum c d. et iterū aliud et aliud et sp sic. Quare simul accidit infinitū motū eē per finitum et finitū transire infinitum. Necz

em̃ fortassis possibile est aliter infinitū mutare finitū q̃ finitū trāseat infinitū. aut ita q̄ ferat aut metiat. Quare qm̃ hoc impossibile est nō transibit infinitum p finitum.

¶ Hic ph̄s ponit secūdā rōnem istā sez. si mobile infinitum pertranseat spaciū finitū. tūc mobile finitū pertransibit spaciū infinitū. et nihil refert quid illoꝝ moueat vel quiescat. ex quo vtrūq; illoꝝ est q̄tum. sed illud semp̄ ꝺr spaciū qđ quiescit et qđ mouetur mobile. qz si dicat q̄ infinitum qđ ponitur moueri sup finitum sit. a. oportz necessario q̄ aliquid equale spacij partib⁹ sup qđ mouet qđ est pars infiniti sit finitū. et dicat q̄ spacium supra qđ mouetur sit. c et pars quam p̄mo accipit de spacio sit. e. tunc em̃ equale illi parti de infinito qđ mouetur. vt. a. b. est finitū. et cum totū infinitum transeat totū spacium. accipiat̄ similiter alie partes spacij et numerando partes infiniti qđ mouetur. et p̄bando q̄ sic̄iter seq̄tur finitum spacium motus esse per infinitū. et ecōuerso infinitū p finitum. qz semp̄ infiniti partes numerāt̄ partib⁹ eius qđ finitū est. et sic sequitur infinitū esse finitum. qz forte etiā non est possibile mutare se infinitum super finitū. nisi qđ finitum in transitu illo expleret et numerat partes infiniti transeūdo sup ipm̃. qz infinitum nō ht̄ spaciū sup quod moueat nisi hoc mō. q̄ finitum transeat p ipsum aut feratur sup ipm̃ aut metiat ipsum numerando partes eius. et ideo licz ꝓpter ꝓpationis diuersitatem dicat infinitū transire sup finitum. cū ꝑm rē nō possit aliter transire finitum nisi p motum finiti super ipm̃ infinitū. sed demonstratū est impossibile esse q̄ infinitum in tempore finito transeat finitū. erit etiā demōstratū q̄ impossibile est q̄ infinitū in tpe finito transeat finitum. Ut nec demōstratōis huius sic ponende sunt q̄ linea infiniti nō signetur nisi vno termino. Nam infinitū alterū termi nū nō habet. sed pars cōmensurata spacij parte in vtroq; termino litteris terminalib⁹ p̄signatur. quia illa finita est Spaciū aūt licz sit finitum. tamen qz supponit esse spaciū infiniti in altero termino nō signat̄ ībi. sed ps eius tm̃

¶ Atuero neq; infinitū in finito tpe trāsibit infinitū: Si em̃ infinitū et finitū. inest em̃ infinito finitū. Amplius aūt et tpe accepto eadē erit demonstratio. Qm̃ aūt neq; finitū trāsibit infinitum. neq; infinitū finitū. neq; infinitū infinito tpe mouet. Manifestū est q̄ neq; motus erit finitus in finito tpe. Quid em̃ differt motum aut magnitudinē infinitū facere Necesse em̃ si quidē hoc infinitū alteꝝ et alterū infinitum esse Omnis em̃ loci mutatio in loco est.

¶ Hic ph̄us ostendit q̄ est impossibile infinitū mobile transire p infinitū spaciū in tpe finito. qz si mobile infinituz pertranseat spaciū infinitū in tpe finito. tūc cum in spacio infinito p̄ncat spaciū finitū seq̄tur q̄ mobile infinitū pertranseat spaciū finitū in tempe finito. qđ est ꝓtra ꝑus dicta Et subiūgit ph̄us q̄ eadē demōstratio erit si accipiat temp⁹ infinitū et spaciū finitū. qz sic in aliqua parte tpis que est finita mobile infinitū pertransibit spaciū finitū. qđ est superius improbatū. Et sic ꝑz q̄ nec infinitū potest transire finitum. nec ecōuerso finitū potest transire infinitum. nec infinitum potest moueri in ꝛtempore finito. ergo manifestum est ex ꝓsequenti q̄ neq; motus infinitus vnus et idem nō circularis ꝑt esse in tpe finito. Non em̃ est dr̄a in hoc q̄ motus vel magnitudo ponat infinita. qz qđcūq; hoꝝ ponatur infinitū seq̄tur et alterum esse infinitū. qz motꝰ vnā hz diuisionē penes magnitudinē in qua est motus. et aliā p̄m tempus. Omnis em̃ loci mutatio ē in loco. et si loci mutatio est infinita seq̄tur et locū infinitū esse. et ecōuerso

Qm̃ aūt omne aut mouet aut q̄escit qđ aptum natū est quādo aptū est et quo et sic. necesse omne qđ stat cū stat moueri. si em̃ nō mouetur q̄escit. sed nō ꝓtingit quiescere quiescens. Hoc aūt demonstrato manifestū q̄ in tpe mouetur quare necessitate est in tēpore stare Qđ em̃ mouetur in tpe mouetur. qđ aūt stat ostensuz est omne qđ mouetur. quare necesse est in tpe stare. Amplius aūt si velocius et tardius in tpe dicimus stare aūt est velocius et tardius

¶ Istud est capl̄m septimuz in quo ph̄us determinat de his que ꝑtinent ad quietē. p̄mittendo tū stare. Et ꝓ hoc istud capl̄m diuidit in duas ꝑtes In quaꝝ p̄ma determinat de stare. In secūda de quiescere. ibi(Necq; igit q̄escēs Postq̄ determinauit de diuisione motus. et quo equaliter se hz ad finitum et infinitū. motus. tempus. et mobile Quātum ergo ad p̄mā partē istius capl̄i ꝺr ph̄us. q̄ oē qđ mouetur aut q̄escit non q̄escit nisi qđ aptum natuz est moueri. et qñ aptum natū est moueri. et quo aptū natum est moueri. sic vt aptū natum sit moueri. vt dictū fuit in ꝓhuius. Et ideo ꝺr ph̄us. q̄ necesse est q̄ ome qđ stat cū stat moueri Et hoc sic ꝓbat. qñ ome quod stat natuz est moueri et. sed q̄ stat nō quiescit. ergo mouet. Walor ꝑz qz qñcūq; ꝓuatio et habitus ꝓparantur ad idem subiectū tūc necesse est alterum eoꝝ inesse. ergo ome qđ aptū natuz est moueri mouet vel quiescit. Minor ꝓbat. qz stare ē ad quietem tendere. ergo nō dū quiescit. Et ideo ꝺr do. Albertus. q̄ stare in ꝓposito vocat mutatio ad quietē. Cum em̃ post motum res sit in quiete est ante quietem vltima pars motus qñ res incipit stare qđ hic vocatur statio Et hec q̄dem statio in naturali motu est velocior ipso motu. Jn violento aūt tardior q̄ ipse motus. sed in volūtario aliqñ est eque velox aliqñ tardior. aliqñ aūt velocior. et q̄ cū sit stare adhuc mouet. qz si nō mouet oīno tūc quiescēret. sed non ꝓuenit quiescere id qđ incipit ire ad quietem qđ sic a q̄busdā grecis ꝺr quiescēs eo q̄ tam incipit ire ad q̄rem. q̄ ꝓstat q̄ adhuc mouet. Et q̄ ome stare est in tēpore. ꝓbat ph̄us duab⁹ rōnib⁹. Quaꝝ p̄ma est. qz ostensum est supra. q̄ ome qđ mouet mouet in tpe. sed ome qđ stat mouet. vt ꝑz ex dictis. q̄ necesse est stationē fieri in tēpore. Secūda rō est. si velocius et tardius dicant esse in tēpore tūc stare est in tpe. sed velocius et tardi⁹ ꝓuenit stare ergo necārio ome stare est in tempore

Jn quo aūt p̄mo qđ stat et statur in qđlibz huiusmodi necesse est stari. Diuisio em̃ in tpe si q̄dem in neutra partiū statur. neq; in toto quare neq; vtiq; stat qđ statur. Si vero in altero nō primo toto statuz est. Sedm em̃ vtrūq; in hoc statur sicut dictū ē. et eo qđ mouet ꝑs

Hic phs ostēdit qđ ōr stare in toto tpe. t primo fm q; p mū oponit ei qđ dicitur fm partē dicens. q; si aliqđ in ali quo tpe dicat stare primo et p se necesse est q; stet fm quā libet tpis partē. q; si nō staret fm quālibet partē. tūc staret solū fm vnā partē. t sic idē inconueniens sequerek qđ sup illatū est. qđ dem fuit de diuisione motus ꝓportiōabiliter ad diuisionem temporis.

¶Sicut aūt qđ mouek nō est in quo primo mo uek. sic vtiq; neq; in quo stak qđ stat cū stat mo ueri. Nō em in ipso moueri. neq; stari est aliqđ primū. Sit em in quo primo stak in quo est a b. Hoc qđem impūbile nō ꝓtingit esse. Mot⁹ em nō est in impartibili ꝓpter id qđ motū ē ali quid ipsius. Qđ aūt statur demōstratū est esse qđ mouek Atuero si diuisibile in qualibet ipsi us partiū stak: Hoc em ostēsum est pus q; in q̄ primū statur in quolibet illi⁹ statur. qm ergo tē pus est in quo primo statur t nō atomū est. om ne aūt tempus in infinitū partibile non erit in quo primo statur

¶Hic phs ostendit q; nō est dare primū in statiōe. q; si cut dem est de motu q; necessariū est motū esse in qualibz pte tpis illi⁹. qđ est suū tps primū t ꝓximū t nō excellēs ip sum. ita necārium est q; qn statio est in aliquo tpe suo ad equato sibi qđ est suū tps primū t ꝓximū. nō cōe t excellens ipm. q; statio illa fiat in qualibz pte illius tpis. q; si diuida tur tps. qđ est primū t ꝓximuz in duas aut in plures partes tūc oportz q; aut statio fiat in qualibet pte tpis aut in nu la. aut in aliq̄ t in aliqua nō. si em fiat in qualibet pte tpis. tūc habek ꝓpositū. q; tūc statio q̄ est in aliquo tpe primo in qualibet parte illius tpis fit ¶Et si dicak q; in nulla pte fiat statio tūc etiam nō fit in toto tpe sicut in primo t ꝓximo q; nō ꝓuenit toti nisi rōe partiū. t hoc est ꝓtra ypotesim q̄ supponit q; statio fiat in toto illo tpe sicut in primo t proximo subiecto. Si autez in altera parte fiat t in altera nō tūc tps alia parte excellit statōem. sed tūc excellens nō est primū sed ꝓmune. g; statio nō fit in toto tpe sicut in primo. qđ est ꝓtra ypotesim. g; oportz q; statio fiat fm vtrāq; ptē tpis sicut dem est pus. in eo qđ mouek cuius motus est in aliquo sicut in primo t primo. Ex hoc etiā vlterius patz q; sic in eo qđ mouek t motu nō ē dare primū cui gra sui t nō ptis attribuit motus. q; motus diuisibilis est in infi nitū t ante quālibz ptem datam iam fuit alia. sic etiā i eo qđ stak t sistitur nō hz primū sue statōis ꝓpter eius diuisio nem in infinitū. q; nec in ipso moueri nec in ipso stari ē ali quid pus cui ita attribuak motus aut statio. q; nō ꝓueni unt alteri pti pus. q; si dek opposituz eadē demōstratio est repetenda q̄ est habita de motu. Ponak em q; primū cui cō uenit statio sit. a. b. hoc em nō pt esse impūbile. q; in ipar tibili nō saluak mot⁹. q; nullū ꝓximū ꝓponit ex idiuisibi libꝫ sp qualibet pte data est accipe ptē porē in q̄ fuit mo tus. q; demōstratū est supi⁹ q; id qđ stak siue sistit est ad huc id qđ mouek. g; sicut motus nō est in indiuisibili. ita nec statio eius qđ sistit. Et si ponak q; sit diuisibile ipsa. a. b. in quo stak. tūc fm pus habita oportz q; statio fiat in q̄ libet ptiū eius. eo q; tam mot⁹ q̄ statio ꝓtinue fiant p ptes tpis. q; g. a. b. in quo ponit q; primo stak est tps cōtinuū et nō atomū tpis. t oē tps est diuisibile in infinitū. g; nō erit aliqđ illi⁹ tpis in q̄ stak pus. q; quocūq; primo dato illud erit diuisibile. t habebit ptem añ ptē ꝓpter pus t posteri⁹ q̄ sunt in ipo. t sic erit accipe in ipo aliqđ pus cui attribui tur statio. qđ est impossibile. q; si sic aliqđ esset pus primo ergo nō erit aliqđ pus fm tps neq; fm ꝓtinuationem sta tionis. Et ad demōstratōem isti⁹ sufficit. ptrahere lineaz tpis. q; q̄ ꝓtigit in linea tpis ꝓtingit etiā ex ꝓtinuitate statōis. test linea. a. b. b.

¶Neq; igit quiescēs cū primo quieuit ē. In im partibili em nō quieuit ꝓter id qđ nō mot⁹ in atomo. In quo aūt ḋescere t moueri. Tūc em dicim⁹ quiescere qñ t in q̄ aptū natū est moue ri. nō mouetur qđ ap tū natū est.

¶Ista est secūda ps hui⁹ capli in q̄ phs determinat de q̄ escere. Et ōr q; nō est accipe primū in ḋete. q; ḋes ḋescētis nō est tota simul in vno indiuisibili tpis. ꝓpter id etiā mo tus eius qđ mouek nō est in vno indiuisibili tpis. q; i quo sicut in mēsurāte est ḋescere. in eo sicut in mēsurante est eti am moueri. Et sic resumit hic duas rōnes in ḋnto hui⁹ positas. Quaz prima ē. nā tūc res ōr ḋescere qñ est i quo aptū natū est moueri t nō mouek id qđ moueri aptū na tū est. nō ē em aptū natū moueri nisi in tpe t nō in indiuisibi li tpis. g; neq; ḋescit nisi in tpe t nō in indiuisibili tpis

¶Amplius aūt id dicim⁹ quiescere cū siliter se habeat nūc vt pus tanq̄ nō vno qđam indicā tes. sed duoby minimis. quare non erit in quo ḋescit imptibile. Si vero partibile tps vtiq; erit t in qualibet ptiū istarū quiescit. Eodē em mō demōstrabik quo t in pozib⁹. quare nulluz erit primū. Huius aūt cā est. q; ḋescit qđē t mo uek omne in tpe. Tempus aūt nō est primū neq; magnitudo neq; oino nullū ꝓtinuū. Omne em ꝓtinuū in infinitum diuisibile

Hic ponit secūdā rōnem q̄ est ista. q; illud dicik ḋescere qđ se hz eodē mō nūc sicut pus. in indiuisibili em nō ē nūc et pus. g; oz ḋetē esse in diuisibili qđ hz nūc t pus. Et ex his oñdi pt. q; nō sit dare primū in ḋete. q; omne qđ ḋescit t oē qđ mouek ḋescit t mouek in tpe. sed nō est dabile tps p mū quo nō est aliqđ pus accipe p diuisionē. neq; etia mag nitudinē pma neq; vlter aliqđ qđ est de genere ꝓtinuo rū. q; omne ꝓtinuū est diuisibile in infinitum

¶Omne aūt omne qđ mouek in tpe mouek: t ex quodā in qđdam mutak. in quo tpe fm se t nō in quo in illius aliq̄ impossibili est. tūc fm aliq̄d esse primuz qđ mouek quiescere em est. eo q; in eodem sit tpe quodā t ipm t partiū vnaq̄q Sic enim dicimus quiescere cum in alio t in alio ipsorum nunc verum sit dicere q; in eo dem t ipsum et partes. Si aūt hoc est quies cere nō ꝓtingit q; mutak fm aliquid esse totuz fm primū tempus. Tempus em diuisibile om ne. quare in alia t alia ipsius parte. verum erit dicere q; in eodē sit ipsuz et partes. Si em nō sic est sed in vno solo nūc: erit tēpus nulluz fm aliquid: sed fm terminū tpis. in ipso aūt nūc ē

quidē fm aliqđ mouens nō tm̄ q̄escit. neq; em̄ moueri neq; q̄escere est in ipso nunc. Sed non moueri q̄dem est verū in ipso nūc. z esse fm aliquid. Jn tpe aūt nō ꝓtingit esse fm aliquid q̄escens Accidit em̄ qđ fertur quiescere

¶ Hic pbus ponit quādā ꝓsideratōem p quam dīst in guit id qđ mouet ab eo qđ q̄escit. Et dr q; ex pdictis patz q; oīne qđ mouet in tpe mouet. z ꝓtinue venit ex quodaz in q̄ddā in toto tpe illo qđ motuz mēsurat sicut mensura ꝓpria z adequata sibi. z nō sicut mēsura excellēs z nō cō/mune in cuius pte est mot⁹ z nō in toto. g̃ impossibile est q; fm aliq̄d motoz aut quiescētiū sit aliq̄d pmū. qm̄ qui/escere est nūc qm̄ in ipso est accipe tps q̄ddā in q̄ etiā ipm q̄escit. z oēs ptes sue z ptes q̄ris sicut ī ptib⁹ illi⁹ tpis. si cut ptes mot⁹ sunt in ptib⁹ illi⁹ tpis qđ est tps illi⁹ mot⁹ fm se z ꝓprīū q; vt ex dictis pz. q; hoc est q̄escere cū verus sit q; in qđ fm formā z vbi est hoc aliq̄d z ipm z ptes ei⁹ in alio z alio ipsoz nūc q̄ sunt extrema illi⁹ tpis in quo dr vno mō se habere nunc z pus. z ideo etiā oīs quies est in tpe. z si hoc est q̄escere tūc non ꝓtingit q; id qđ mutat vel quiescit fm aliquid qđ est motus vel q̄ris esse pmū tps cui ita attribuat mot⁹. q; añ ipsum nō sit aliquid aliud p⁹ ipso. qm̄ oīne tps diuisibile est. z in alia z alia eius pte verū est dicere de quiescēte z moto. q; in eodē tpe sit qui/escens vel motū z ipm z ptes eius. Et si q̄s dixerit q; il lud qđ mouet z quiescit nō mouet z quiescit in tpe. z po/tius in solo nūc. tūc nullū tēpus erit fm motū z quietem. sed vtrūq; istoz est fm nūc indiuisibile qđ est terminus z finis tpis. sed hoc est impossibile. vt pz ex dictis. licet em̄ in ipo nūc aliquid sit manēs fm q; manētia dr illoz. q̄ nul lo mō sunt apta moueri. sicut sunt necāria. nō tm̄ aliq̄d q̄/escit in ipo nūc. q; eadem est mensura motus z q̄ris. Cū g̃ in ipso nūc nō sit moueri. nō erit in ipso q̄escere. sed tm̄ bene ꝓuenit nō moueri in ipso nūc (nc̄tuz nō moueri dr negatōem oppositā ei qđ est moueri. z est in ipo nunc esse fm aliq̄d. q; fm nc̄itatē fm quā nō referk aliq̄d ad mo/tū Jn ipo aūt nūc est manētia q̄ est ꝑuatio mutatōis sim plicis. que est generatio z corruptio. sicut dictū est quinto phȳsicoz. q; cū in talib⁹ nō sit motus nō opponit eis qui/es. q; quies z motus nō sunt in nūc. Manentia em̄ ge/neratoz z corruptoz est in nūc. Tm̄ nō moueri talū est in ipso nūc. z etiā esse ipoz fm aliq̄d est in ipso nūc. q; eē ipo rum qđ est fm formaz subalē in eo q; esse illud fluit a for/ma est in ipo nūc. z de hac materia patuit in quarto de tē pore z ānto phȳsicoz. vbi agit de mutatōib⁹ z spēb⁹ ei⁹ sed in tpe nunq̄ ꝓtingit q; id qđ quieuit fm aliquid indi uisibile qđ est simul totū sit. q; si hoc ꝓtingeret in q̄escente tūc etiā ꝓtingeret in eo qđ ferk. q; ad eandē mensurā refe/rūtur id qđ q̄escit. z id qđ mouet. z sic esset dare pmū in q̄ esset quies z motus. sed hoc est impossibile. Et hoc mani feste est verum in motu locali. z in alijs motib⁹ etiā est ve rum. sed nō adeo manifeste. alteratio em̄ est quale ꝓtinue fluens z augmentū est q̄tum ꝓtinue fluens. Hec g̃ dic/ta sunt de diuisibilitate motus in infinitum

Vtrū omnis motus sit in tpe. ac oē qđ mouet sit diuisibile

¶ Et arguit ꝓtra pmuz. generatio z corruptio sunt mo tus z fiunt in nūc tempoze. ergo motus potest fieri in ip so nūc Confirmat. q; dicimus sortem nūc scribere. ergo in nūc potest fieri motus ¶ Secūdo sic. q̄cquid mouetur de extremo in extremū mouetur per mediū. aliq̄d aūt moue tur de ꝑterito in futurū. ergo aliq̄d mouetur per ipsuz nūc Cōsequentia ꝓbatur. q; nūc est mediū inter ꝑteritū z fu turum. Confirmat. alioꝫ motus potest esse in toto tem/pore. illud aūt qđ potest fieri in toto tempore fuit in parte eius. ergo aliq̄d potest fieri in nūc. ¶ Tercio sic. in quocū q; est finis motus in illo est quies. q; quies est finis mot⁹. sed in nūc est finis motus. ergo in nūc potest fieri quies. et p̄ ꝓsequens motus. cuz opposita habeant fieri circa idem. ¶ Contra secūdū arguit sic. est danda minima pars ig/nis que nō est ampli⁹ diuisibilis. q; entia naturalia sunt ad maximum z minimū determinata. z tm̄ illa pars ignis mouebit ad suū totum. qm̄ idem est motus ignis z vni⁹ scintille eius. cū ergo illa pars sit indiuisibilis. seqūtur q; nō oīne qđ mouetur sit diuisibile. Cōfirmatur sic. sicut se hz nūc in tempore. sic se habet mobile in motu. vt habet quar to huius. sed nūc in tpe est indiuisibile. ergo illud qđ mo/uetur in motu est indiuisibile. ¶ Secūdo sic. forma accī/dentalis in suo subiecto sicut caliditas aut aliqua alia foz ma est mobilis. z tm̄ est indiuisibilis. g̃ zc. Probat. q; ta/lis forma fluit de potentia ad actum. g̃ est mobilis. Cō/firmat de pūcto qui fluit in linea. z fluxu suo causat lineā Et siliter nūc in tpe. z tm̄ non est diuisibile. g̃. Pro in/telligentia istius questionis ponūtur duo discursus. quoz maior ꝑmi est ista

Nūc dictū ꝓprie qđ reperitur in oī tpe est p se primo indiuisibile. Minor Oīs mo tus proprie dictus est diuisibilis fm ꝓus z po sterius Conclo Jgit incōuenīēs est aliq̄d in nūc moueri. cū motus fit in tpe diuisibili

¶ Maior pz ex his q̄ dicta sunt in quarto. z etiā ex tex/tu iam expolito. ¶ Minor pz. qm̄ motus diuisibilis ē ad diuisionē spacij. z tps ad diuisionē motus. z q; mot⁹ nō habet esse ꝑmanens. sed successiuū. g̃ partes mot⁹ sunt ꝓ/ius z posterius. Preterea illud qđ mouet aliter se hz ꝓus q̄ posterius z ecōtra. Et dr notāter in ꝓpōne motus p/prie dictus. ꝓpter mutatōem que fit in instāti fm ei⁹ essen tiā. q̄uis nō fm eius esse. cū sic sit mutatio ꝓprie dicta. sc̄z generatio z corruptio alteratōi īmixta ¶ Conclusio seq̄/tur ex premissis Maior alterius discursus

¶ Omne mobile partim est in termino a quo z partim in termino ad quē Minor Hoc tm̄ nō est referendū ad partes mobilis. sed q; mo/bile est in medio mot⁹ qđ participat cū ambo bus extremis Conclo Jgit cū termini mo tus sint diuisibiles. oz ipm mobile eē diuisibile

¶ Maior pz. q; cū mobile est in termino ad quez nō am plius mutat. z p ꝓsequēs illud qđ mutat siue mouet non pt esse totū in termino ad quē. nec illud qđ mutat pt eē in termino a quo. Nā illud qđ siliter se hz nūc z pus fm se et fm suas partes nō mutat. sed sic habet se mobile quā/do mutat dūmodo adhuc est in termino a quo. g̃ ibi non mutat. neq; illud quod mutatur est in vtroq; termino fm actū. q; sic esset simul mutatū z nō mutatū. Nec pt dici q; illud qđ mutat nullo⁹ sit in aliquo terminoz aut in neutro q; qđ nō est in aliq̄ terminoz. hoc nō mouet. qm̄ em̄ mobi/

le est in medio p qđ duo termini distãt. tñc nõ đr eẽ in neutro terminoꝝ. sed partim in vtroqꝫ. ḡ. Preterea dũ mobile mouet de vno termino in aliuꝫ nõ statim est in vltimo motus qđ est terminus ad quẽ. sed ꝓus mutat in medũ antecꝫ mutet in illud. sicut cũ quis mouet de albo in nigrum ꝓmo puenit ad fuscũ aut blauũ qꝫ in nigrũ, ḡ medium necãrio ꝑticipat aliqđ de vtroqꝫ extremoꝝ. ꝛ p ꝯns sequtur q dũ mobile sit in medio dũ mouet ꝑtim est in termino a quo ꝛ partim in termino ad quẽ. Medium aũt per qđ fit motus nõ est medium p abnegatõem sed p participationem. nõ qđẽ per ꝑticipatõem respectiuã. sed p participi partõem absolutã. nec etiã per qđcũqꝫ medium per ꝑticipationem absolutã. sed p medium qđ nõ est determinate spẽi Uñ medium per ꝑticipatõem absolutã est duplex. qꝫ qđdam est medium qđ differt spẽ ab extremis sicut medius color existẽs in determinata spẽ. vt rubedo q̃ differt ab albedine ꝛ nigredine fm spẽz. ꝛ tale medium nõ est ꝓprie medium motus. sed magis termin⁹. qꝫ in illo motus terminat. Aliud est medium inter extrema qđ nõ differt spẽ ab extremis. sed se hz ad extrema fm intensionẽ ꝛ remissionẽ. ꝛ fm hoc ab illis differt. ꝛ tale est medium motus qđ nõ est determinatũ ad esse actu in spẽ. sed hz in se vtrũqꝫ extremoꝝ et nõ hz in se rõnem extremi. ¶ Minor pz. qꝫ mobile nõ đr ꝑtim in termino a quo ꝛ partim in termino ad quem. qꝫ ps ei⁹ est in termino a quo ꝛ pars eius est in termino ad quẽ. qm̃ id qđ mouet equalr se hz fm ꝑtes ꝛ totũ. vñ sicut totũ partim est in termino a quo ꝛ partim in termio ad quẽ. ita silr eius ꝑtes. ꝛ ideo referendũ est ad ipm motum aut ad medium motus. qđ partim hz naturã termini a q̃. ꝛ partim naturã termini ad quẽ. nõ qđẽ sic q mot⁹ sit ꝯposit⁹ ex vtrisqꝫ terminis fm esse perfectũ. sez ex termio a q̃ ꝛ ex termino ad quẽ. sed qꝫ debilit hz naturaꝫ termini a q̃ ꝛ etiã naturaꝫ t̃mini ad quẽ. qm̃ termin⁹ a q̃ ꝛ t̃min⁹ ad quẽ sunt pfecte ꝛtrarij. q fm esse pfectũ nõ pñt eẽ in eodẽ. ¶ Concło pz ꝯtũ ad ꝑmã eius ꝑticulã. sez q termini mot⁹ sunt diuisibiles. qm̃ termini mot⁹ saltẽ ad quos sunt q̃litas ꝯtitas ꝛ vbi. tales eñ sunt diuisibiles. ḡ. cẽ. Preterea termini mot⁹ sunt ꝛtrarij. ꝛtraria aũt intensionẽ ꝛ remissionẽ suscipiũt. ḡ termini mot⁹ sunt diuisibiles. ¶ Sed diceres. t̃min⁹ est idiuisibil. sequtur q termin⁹ ad quẽ motus est indiuisibilis. qꝫ hz rõem vltimi. sz vltimũ est indiuisibile. Ad hoc đm est. q liez termin⁹ formalr acept⁹ sit indiuisibilis. materialr tñ bñ est diuisibilis. Pro intellectu scđe ꝓtis est sciendũ. q oẽ illud ad qđ fit mot⁹ ẽ diuisibile p se. aut p accñs Dicit eñ p accñs diuisibile qđ diuidit ad diuisionẽ alteri⁹. sic̃ q̃litas existens in subiecto est diuisibilis ad diuisionẽ subiecti. ꝯtitas p se est diuisibilis. Et qꝫ nihil est susceptiuũ diuisibilis nisi illud qđ est diuisibile. cũ ḡ terminus ad quẽ q̃ partim habeat in motu sit diuisibilis. sequtur q mobile p hoc q ꝑtim ẽ in illo ẽ diuisibile est. qꝫ nõ esset in termino ad quẽ nisi esset susceptibile ipsius. ꝛ ideo demõstratio ꝓbat bñ ꝓcedit q si illud qđ mutat ꝓtim est in termino a q̃ ꝛ ꝑtim in termino ad quez ncẽ est ipm esse diuisibile. Qꝫ aũt oẽ ad qđ fit mot⁹ sit diuisibile pz p inductõem. qꝫ q̃litas. ꝯtitas. ꝛ vbi sunt diuisibilia. ꝛ sicut đr de termino ad quẽ. ita etiã ꝑt dici de termio a q̃. qꝫ cũ sint termini ꝛtrarij in eodẽ gñe reponibiles si vni ꝓpetat diuisio ꝛ etiã alteri

Ad obiecta in oppoſi.

Ad ꝑmũ đm est. q generatio ꝛ corruptio nõ sunt mot⁹ ꝓprie dicti. sed cõiter dicti Sic etiã đm est de illuminatione. ¶ Sed diceres. motus ꝑt videri. sed visio fit in istãti. ḡ mot⁹ fit instãti. Ad hoc đm est. q visio fit in instãti ibi nõ capit instãs. p idiuisibili tpis. sed capit. p valde paruo tpe in q̃ ꝑt fieri mot⁹. Et ad ꝓfirmatõem đm ẽ. q in nũc fm alterũ bñ ꝑt esse motus. qꝫ illud đr ꝑñs tpis in nũc tñ fm se nõ ꝑt fieri mot⁹. ¶ Ad secũdũ patuit soło in declaratõe maioris. Ad ꝓfirmatõem đm est p interemptõem ꝓñe. qꝫ nũc nõ est ps tpis loquẽdo de nũc ꝓprie dicto. ¶ Sed diceres. potẽtia ad mouẽdũ est passio corpis mobilis. ḡ ꝓuenit sibi in indiuisibili tpis. ꝛ p ꝯns sequtur q aliqđ ꝑt moueri in nũc. Ad hoc đm est p distinctõem ꝓñtis. qm̃ nũc ꝑt determinare hoc ꝑbũ ꝑt. ꝛ sic cõcedit ꝓñs. Alio mõ ꝑt determinare hoc ꝑbũ moueri. ꝛ illo mõ negat ꝓñs. Uñ liez vnũ mobile in nũc indiuisibili habeat potentiã ad mouẽdũ. nõ tñ optz q illa potentia reducat ad actũ in ipso nũc eo mõ quo ꝓuenit mobili. sz solum reducit ad actũ successiui. ¶ Ad tercũ đm ẽ. q nõ qlibet finis motus aut cessatio đr q̃es sed solũ finis mot⁹ in eo in q̃ mobile est aptũ natũ moueri đr q̃es. mõ in nũc nihil ꝑt moueri. vt dcm̃ est. ideo finis mot⁹ nõ đr q̃es

¶ Sed diceres in nũc nõ fit mot⁹. ḡ in in ipso nũc fit q̃es ꝓña. ꝑbat. p locũ a ꝑuatiue oppositis. sed mot⁹ ꝛ q̃es opponũtur ꝑuatiue. Ad hoc đm est. q ibi nõ arguit p locũ a ꝑuatiue oppositis. qꝫ ad hoc q bñ arguat requirit subiectum susceptibile respectu talis mensure in q̃ ipm subiectũ est susceptibile talis habitus. iam nũc nõ est talis mẽsura in q̃ mobile est aptũ natũ moueri. ¶ Ad ꝑmũ ꝯtũ ad secundũ quesitũ đm est. q illa ps ignis nõ sit ampli⁹ diuisibilis diuisione physica. i qua partes diuise manẽt sub eadem spẽ ꝛ sub aliq̃ forma naturali. tñ est diuisibilis diuisione mathematica. qꝫ adhuc est corpus. qđ sufficit ad ꝑpositũ. qm̃ hic ꝓbat ꝑs diuisibilitatẽ mobilis incꝫtũ cõtinuũ est in quo ꝓuenit cum entib⁹ mathematicis. ꝛ nõ solum vt ens naturale. Et ad ꝓfirmatõem đm est. q liez mobile in motu sit indiuisibile fm substãtiaꝫ fm q mouet vnũ ꝛ idem. tñ est diuisibile fm suũ esse. qm̃ fluxus ei⁹ est diuisibilis. ¶ Ad secũdũ đm est. q liez forma accñtalis fluat de impfecto ad pfectũ. tñ nõ đr proximũ moueri tanꝫ qđ. sed ꝛne mouet tanꝫ quo. Uñ fluxus ꝛne attribuit forme ipsi. qm̃ de rõne forme est fluere ꝛ nõ de ratõe materie. ꝛ tñ moueri sibi nõ attribuit. Etiam forma substãtialis scz aia nõ mouet per se. sed per accñs ad motũ totius ꝓositi. ¶ Et si diceres. aia quãdo est a corpore seꝑarata p se mouetur ꝛ tñ est indiuisibilis. ergo indiuisibile ꝑt p se moueri. Ad hoc đm est fm ꝓncipia naturali ꝑhi. qm̃ aia est a corpore separata non mouet p se nec angel⁹. qꝫ ꝑhus in ꝑsenti libro đr. q indiuisibile nõ ꝑt per se moueri. Et qũo đm est fm fidem pz p theologos. Et ad ꝓfirmatõem đm est. q pũctus in linea fluat fluxu imaginario. ꝛ non fluxu reali. nisi capiat in materia sensibili. sed illo mõ nõ mouet nisi p accñs. Hoc tñ verum est q talis fluxus est realis mathematicus. qm̃ motus realis physicus hz ꝓo subiecto aliqđ diuisibile ꝯtinuz. vt pz p Aresto. in textu. Et sic pz q pũctus suo fluxu causat lineaz. ꝛ non vna linea alia saltez in eodem subiecto. qm̃ sic duo accñtia vnius spẽi essent in eodẽ subiecto. etiã sequeretur q idem esset ꝓpius cã. Silr nũc in ꝛne fluit ad motũ mobilis primi motus

Incidũt dubia quorũ

primū est. An verū sit q̄ oīe mobile ptim est in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem. ¶ Et videtur q̄ nō. qm̄ tunc sequeret q̄ idem haberet simul mutatum esse ⁊ et nō esse mutatū. ¶ Solo q̄ sic. vt tactū est in maiore sc̄ cūdi discursus. Et intelligit q̄ mobile sit partim in termino a quo ⁊ partim in termino ad quē ptib⁹ terminoꝝ ⁊ formaꝝ inter quas est motus. nam mobile in motu ē in medio qđ pticipat naturā vtriusq̄ terminoꝝ. ⁊ nō intelligit de partib⁹ quātitatiuis mobilis. sic q̄ mobile p̄us ſm vnā partē eius transmutet ⁊ acquirat terminū ad quem q̄ſ ſm aliā. licz hoc qnq̄ ꝛingat q̄ mobile p̄us altereť ſm vnā partē q̄ſ ſm aliā. aut q̄ moueat localiter ⁊ c̄ſs.

¶ Et ad obiectū in oppositū dōm est. q̄ licz mobile sit partim in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem. nō tm̄ est in actu pfecto sub vtroq̄ terminoꝝ. ⁊ ideo nō sequit q̄ habeat mutatū esse simplr. sed q̄ moueat

Secundum dubiuz est.

An subiectum mutatōis instātanee sit diuisibile. ⁊ sic sit partim in termino a quo ⁊ partim in termino ad quē. Pro solone istius dubij est sciendū. q̄ est duplex trāsmutatio. Quedam est supnaturalis. que fit ab agente supnaturali infinite virtutis. in qua nullū p̄supponit subiectū vt est creatio. Alia autem est naturalis. illa scz que fit ab agente naturali finite virtutis. Et hec est duplex. scz instantanea. vt generatio ⁊ corruptio. Alia est successiua. vt augmentatio aut calefactio. cui conuenit rō motus. ꝓprie dicti. Per hoc dōm est dimissis varijs opinionib⁹ q̄ illō quod dictū est intelligitur de mutatōe successiua in q̄ reperit medū participās naturā vtriusq̄ termini. ⁊ non de mutatōne instantanea. que potius vt ōt Auerrois est finis mutatōis q̄ſ mutatio. ⁊ hoc ex eo. q̄ phs solūmō hic ostendit demōstrare q̄ mot⁹ successiu⁹ est diuisibilis.

Utrū ꝓueniens sit Aristotelis doctrina de mot⁹ diuisionib⁹ tradita

¶ Et arguit̄ p̄mo q̄ non de mobili. qm̄ si motus diuiderek ad diuisionē mobilis. sic q̄ motus ⁊ mobile equaliter ꝓdiuiderentur sequeretur q̄ finitum ⁊ infinitū equaliter diuiderentur. hoc aūt falsum est. Nam motus celi est infinitus ⁊ ipsum celum est finitum. ergo si celum et motus diuidārur equaliter etiā finitum ⁊ infinitū diuidūtur equaliter. Confirmat. qm̄ ōt Aristo. q̄ motus est diuisibilis ad diuisionē mobil. q̄ mobile totuz simul mouetur et vna ps illi⁹ nō mouet motu distincto a motu alteri⁹. ḡ sequitur q̄ motus nō diuiditur ad diuisionē mobilis Consequētia p̄z. q̄ in tali diuisione oporteret distinctos mot⁹ esse partū mobilis ¶ Secūdo vnūqđq̄ accīs ad diuisionem sui subiecti diuidit. tempus aūt est accidens ḡ diuiditur ad ipsius motus diuisionem. ⁊ p̄ ꝓsequens mot⁹ nō debet diuidi ad diuisionem temporis. ¶ Tercio. motus diuidit ad diuisionem mobilis. ergo nō diuidit ad diuisionem temporis. Cōsequētia p̄z. qm̄ vnū non diuidit ad diuisionem plurū. In oppositū est doctrina phi in textu. Et ponūtur duo discursus Maioꝛ p̄mi est ista

¶ Sicut se habet totus motus ad totū mobile. ita partes motus ad partes mobilis. Minoꝛ Tempus est ꝓpria mensura ipsius motus ipsi motui ꝓdiuisibilis. Conclo Igit mot⁹ est diuisibil ad diuisionē mobilis ⁊ tpis

¶ Maioꝛ patuit in p̄mo tractatu huius sexti ¶ Est tm̄ notādū. q̄ motus duob⁹ modis potest diuidi. Uno mō ſm q̄ntitatem extensionis. ⁊ hoc mō motus diuidit ad diuisionem magnitudinis aut mobilis. ⁊ sic ipse diuiditur i plures partes. que habēt simul est. quemadmodū quodlibet accīs ad diuisionē sui subiecti diuidit. Unde motus manus ⁊ pedis bene simul sunt in suo subiecto. Alio mō do diuidit motus ſm q̄ntitatem sue durationis. ⁊ talis diuisio sumit penes relatōem ad tempus ⁊ in tali diuisione nō possunt accipi plures partes mot⁹ simul. sicut nec tēporis. Ex parte mobilis iterū duob⁹ modis motus potest diuidi. Uno mō sic q̄ mot⁹ p̄mo ꝓueniat vni parti mobilis. ⁊ deinde alteri. ⁊ hoc mō nō debet attendi diuisio motus penes mobile p̄mo. qm̄ motus p se cōuenit toti. ⁊ ex ꝓsequenti ptib⁹ ⁊ secūdario q̄ talis diuisio magis sumit penes tpis successionem ⁊ per relatōem ad temp⁹. Alio mō potest intelligi q̄ diuidat in plures ptes sui mobilis in q̄bus reperitur motus. sicut vnūqđq̄ accīs diuiditur diuisione sui subiecti. ⁊ hoc mō intelligit diuisio mobilis ex parte mobilis. ¶ Minoꝛ quo ad p̄mā eius partem patet p̄ phm quarto physicoꝝ. Secūda pars ptz ex his que dicta sunt i .vi. Conclo sequitur ex p̄missis. ⁊ fuit sufficienter declarata in p̄cedentib⁹

¶ Motus nō p se sed per accidens est de continuoꝝ genere Minoꝛ Motus est inter duo indiuisibilia ipsum terminātia in quorum tm̄ nulla est ratio motus vera Conclusio Igit ꝓueniens est Aristotelis doctrina de diuisionib⁹ motus tradita

¶ Maioꝛ est phi quarto huiꝰ. Etiā oīe diuisibile ē de genere ꝓtinuoꝝ. motus aūt est diuisibilis. ḡ est de genere ꝓtinuoꝝ. Et ōt p accīs. qm̄ accipit suā ꝓtinuitatē a magnitudine. ⁊ sic nō est de genere ꝓtinuoꝝ. quasi sit spēs q̄ntitatis ꝓtinue. sed q̄ attinentiā hz ad q̄ntitatem ꝓtinuam. hoc tm̄ verū est q̄ alique eius spēs mot⁹ augmentatio ⁊ diminutio sint q̄ntitates p se. ¶ Minoꝛ p̄z. q̄ oīe ꝓtinuum finitū est inter duo indiuisibilia ipm̄ terminantia. vt linea inter duo pūcta. motus tm̄ nō est in aliquo illoꝝ indiuisibilium. q̄ motus est q̄ddam ꝓtinuū successiuū qđ incipit ab vno ⁊ terminat ad aliud. ⁊ sic vnū est ante motuz ⁊ aliud post ipsum. sicut etiā linea nō est in pūcto. q̄ pūctus non est pars linee. ⁊ vnde linea incipit a puncto ⁊ terminatur ad p̄nctum. In hoc tm̄ est dīa inter lineaz ⁊ mōtū qm̄ linea est p̄manens. ⁊ sic habet p̄ncipiū ⁊ finem in se p̄manentia. Sed motus est fluxus q̄dam ꝓtinuus a p̄ncipio vsq̄ ad finē. ⁊ sic nō datur aliqđ p̄ncipiū intrinsecū in motu. sed datur bene vltimū mutatū esse. qđ est sicut p̄mū nō esse motus. q̄ motus incipit a p̄uatōe ad habituz a potentia ad actū. Conclo p̄z p̄ phm in textu

Ad obiecta in oppositū

Ad p̄mū dōm est. q̄ licz motus celi sit infinitus ſm q̄ntitatē durationis ſm phm. tm̄ nō est infinitus ſm q̄ntitatem sue extensionis quam habet in suo mobili. ⁊ quo ad illam extensionem diuidit ad diuisionem mobilis ⁊ non penes suam durationem ſm quā est infinitus. Aut dōm est ſm alios q̄ Aristo. intelligit dictuz suū de mobili qđ mouet

motu recto. ꝛ nō de mobili qō mouet motu circulari. qm illud qō mouet motu recto hz sp hz nouas ptes spaciꝫ circa quas mouet ꝛ quas ꝓus nō habuit. ꝛ nō reiterat eadē ps sicut in motu circulari. ¶ Ad ꝓfirmatōem dōm est. q ꝯdu motus est vnus mobile est vnū. si tñ mobile diuiderek ibi fierent plures motus ꝑticulares partiuꝫ ipsius mobilis ¶ Ad secūdū dōm ꝙ motus nō diuidit ad diuisionē ꝑtis. sic ꝙ diuisio ꝑtis sit cā diuisiōis motus. sz magis ecōtra diuisio motus est causa diuisionis ꝑtis. sed diuidit ad diuisionē ꝑtis. qm illa diuisio est verum signū diuisionis motus. ¶ Est ḡ duplex ꝓtinuitas. q̄dam est intrinseca ꝛ formalis. ꝛ illam nō accipit ꝑs a motu. qm motus nō est ꝓtinuꝰ tali ꝓtinuitate. qz sic ꝓtinuū est cuius ptes copulant ad aliquē terminū ꝓmunē. ptes aūt motus non habent talē terminū ꝓmunē. Alia est ꝓtinuitas materialis aut effectiua. ꝛ illā ꝑs accipit a motu. ꝛ motus a magnitudine. ¶ Ad tertiū dōm est. q̄ non est inconueniens vnū diuidi ad diuisionē plurū. dūmō sit hoc diuersimode. sic aūt est in ꝓposito. qz motus aliter diuidit ad diuisionem mobilis. ꝛ aliter ad diuisionem ꝑtis. Vñ motus diuiditur ad diuisionē mobilis fm partes extensionis. ꝛ ad diuisionē ꝑtis fm ptes durationis

Incidūt dubia quorū

ꝑmū est. An motus diuidatur ad diuisionē illius in q̄ est. ¶ Et videt ꝙ nō. Nam illud in quo est motus aut est magnitudo circa quam fit motus. vt in motu locali. aut forma ad quā est motus. vt in augmētatōe aut alteratione. sed motus nō diuidit ad diuisionem magnitudinis. qz sic sequeretur ꝙ motus inequales equaliter possint diuidi. Nam sup equales magnitudines possunt fieri duo motus vnus in die ꝛ alter in anno. si ergo illi duo motus diuidantur ad diuisionem magnitudinis. illi motus inequales equaliter diuidātur Nec etiam ex pte forme ad quā est motus. quoniā forma que est terminus motus est indiuisibilis. cum sit terminus continui. ergo ad diuisionē eius non diuiditur motus. ¶ Solo. ꝙ sic. et per id in q̄ est potest intelligi vtrūq; in diuersis motib. scz potest intelligi magnitudo in motu locali. ꝛ in alijs forma terminat ad quem ¶ Ad obiectū in oppositū ꝯtūad ꝑmaz ipprobationem dicendum est ꝙ illi duo motus quo ad quantitatem extensionis sunt equales. ꝛ illo modo equaliter diuiditur ad diuisionem magnitudinis. licet tamen sint inequales quo ad quantitatem durationis. que attenditur ex parte temporis. et quo ad illam inequaliter diuidūtur per respectum ad inequalia tempora. Et ad aliā ipprobationem dōm est. ꝙ quāuis in aliquib motib forma terminat ad quem sit indiuisibilis fm essentiam. tamen quelibet est diuisibilis fm suum esse ꝛ ratōe sui subiecti. quod est diuisibile. ꝛ per hoc ꝙ esse forme variatur penes perfectum ꝛ imperfectum

Secūdum dubium est.

An in oī motu possit dari ꝑmū mutatum esse ¶ Et videtur ꝙ sic. nam sicut se habet pūctus in linea. sic se habet mutatuz esse in motu. in linea em a parte anteriori potest dari primus punctus. ergo in motu potest dari ꝑmū mutatum esse ¶ Secūdo sic. vbicūq; est dabilis primus terminus motus perfecte motum terminans. ibi datur primum mutatum esse. quia mutatum esse non est nisi finis motus. sed in aliquo motu potest dari primus terminus ad quem motus. ergo in ipso potest dari primuz mutatum esse. ¶ Tercio sic. primum mutatum esse est finis ꝑme partis motus. finis autem ꝑme partis motus dari potest. ergo et primum mutatum esse. Minor ꝓbatur dupliciter. Primo quoniam prima pars motus non est infinita. ergo habet finem. Secūdo signata magnitudine decem pedum motus supra primam partem magnitudinis pedalem est prima pars motus totius. et tamen potest dari finis illius ꝑme partis

¶ Solutio. ꝙ non. vt patet per Aristotelem in textu probantem ꝙ non posset primum mutatum esse dari ex parte temporis. quia nō est dabilis prima pars temporis. cum tempus sit diuisibile. Nec ex parte mobilis. cum mobile sit in infinitum diuisibile. Nec ex parte magnitudinis. ꝓpter eandem causam

¶ Et ad obiecta in oppositum. Ad primum dicendū est. ꝙ in aliquo est simile de puncto in linea. ꝛ de mutato esse in motu. et in aliquo est dissimile. Simile est in hoc q̄ nia sic pūct⁹ terminat lineā sic mutatū ee terminat mutari. Sed dissimile est in hoc. quia pūctus terminans non semper requirit lineam a parte anteriori. vt patet de puncto a quo fluit linea. sed semper mutatum esse in motu p̄ supponit mutari. ratione cuius non potest dari primū mutatum esse in motu sicut primum punctum in linea. Et quāuis omnia indiuisibilia sint ḡne eiusdem rationis specifice et essentialis. non tamen accidentalis. quoniam aliqua sunt indiuisibilia in motu que habent moueri precedens vt indiuisibila continuantia ꝛ etiam terminantia et illa solū vocant mutata esse. cuius ratio est. quoniā hoc nomen mutatum esse cōnotat ordinem ad moueri precedens. Aliud est indiuisibile in motu quod non habz aliquod moueri precedens. sicut est indiuisibile initians motum. ꝛ hoc non debet vocari mutatum esse. eo ꝙ cōnotatum istius termini nō ꝓuenit sibi. ¶ Ad secūdū dōm est ꝙ ꝑmū duob⁹ dicitur modis. Uno mō ꝺr ꝑmū negatiue. qō est ꝑus alio. ꝛ nihil est ante ipsum. Alio mō ꝺr ꝑtiū cui ꝓuenit aliqd ꝑ ꝓ se ꝛ nō gratia ꝑtis siue ꝑ alterum et illo modo accipitur ꝑmū quādo queritur an in motu sit dandū ꝑmū mutari. Et sic primuz mutatum esse ꝺr duobus modis. vno modo ꝺr ꝑmum mutatum esse perfectum in quo primo est perfecta mutatio. ꝛ hoc modo ꝑmum mutatuz esse est finis vltimus alicuius totius motus qui est in termino ad quez. ꝛ talis finis potest dari in aliquo motu. Secūdo modo ꝺr ꝑmū mutatuz esse in quo primo mobile incipit mutari. ꝛ illud est primū mutatum esse imperfectum. ꝛ ꝺr finis ꝑme partis motus. sed nō potest dari finis ꝑme partis motus. ergo nec primū mutatum esse imperfectum ¶ Ad tertiū dōm est ꝑ interemptionē minoris. scz ꝙ possit dari finis ꝑme ptis mot⁹. cuz ipse sit infinit⁹ in diuisione. Et ad aliā ꝓbatōem ꝺr. ꝙ dividendo magnitudinē ꝛ motū in partes eiusdē ꝯtitatis ḡne daretur ꝑma pars motus ꝛ etiam ꝑmū mutatū esse sed diuidendo motum per partes eiusdem proportiōis scz ꝑ duas medietates. ꝛ iterū ꝑmā medietatem ꝑ duas medietates. ꝛ sic deinceps. Sz diceres est dandū ꝑmum ḡnatū esse. q̄ est dabile ꝑmū mutatū ee in motu. Ad hoc dicendū est. ꝙ uis in mutatōib est ḡne dandū ꝑmū mutatum esse ꝑfectū. nō tñ est dandū ꝑmū mutatū esse imꝑfectum. ꝛ hoc vult text⁹ dicere. vñ generatū esse est mutatū esse ꝑfectū in mutatōib instātaneis. nō aūt in successiuis

Tertium dubium est.

An ante omne mutari sit mutatū esse et econuerso. Et videtur q̄ non q̄m mutatū esse est finis ⁊ terminus motus. terminus autem rei non precedit illud cuius est terminus siue finis q̄z finis ē vltimū rei. igitur mutatū esse nō precedit mutari. Secūdo oīe q̄d est in motu aut est mutari aut mutatum esse. sed p̄incipiū motus est in ipso motu ⁊ non est mutatū esse. ḡa sequeret mutari. et sic ante p̄incipium motus esset motus. ergo illud p̄incipium est mutari ⁊ ante ip̄m non est aliquid mutatum esse. igitur non ante oīe mutari est mutatū esse Tertio. si ante oē mutari esset mutatū esse ⁊ ecōtra sequeretur q̄ oīs motus esset infinitus. ḡa nō est danda p̄ma pars motus nec̄ vltima hoc aūt falsum est cum omnis motus est de termino a quo in terminum ad quē. igitur omnis motus est finitus. ⁊ per cōsequens nullus erit infinitus Solutio q̄ sic. vt patet per Aresto. in textu. p bantem q̄ ante omne mutari precedit mutatū esse. ⁊ aī oīe mutatum esse est moueri ⁊ in dubio fit mentio de mutato esse inperfecto Et potest a simili ostendi q̄m si⁹ aut p̄ctus se habet in linea sic se habet mutatum esse in motu. sed quacūc̄z linea data inter duo p̄cta terminantia possunt dari infinita p̄cta que nō terminat in actu. sed solum in potentia. sic etiam in quolibet motu inter terminum a quo et terminum ad quem possunt dari infinita mutata esse que non actu motum terminant. sed solum in potentia quāc̄z in ipsis vt dictū est nō sit oīmoda similitudo Ad obiecta in oppositum. Ad p̄imuz dicendū est. q̄ mutatū esse non precedit illud mutari cuius est terminus. sed precedit mutari quod fit in sequenti p̄te motus. ⁊ q̄m in diuisione motus est p̄cessus in infinitum ideo non posset alicȝ quenire ad aliquod mutari ante q̄d nō precessit mutatū esse. Ad secūdū dicendū est. q̄ si capiatur p̄incipium motus p̄ principio sui esse in quo habet esse motus. tūc illud non est dandū. ḡa dato quocūc̄z esse motus illud iterū est diuisibile. ⁊ sic illo non dabitur p̄imū. ⁊ si illo modo capiatur tunc in ipso dabitur mutari et mutatum esse. sed hoc est impropꝛie capi p̄incipium motus. sed si accipiatur p̄incipiū motus p illo a quo incepit sc̄z p termino a quo illud nō est in motu nec̄z in ipso est mutari nec̄z mutatum esse

Ad tertium dicendum est. cūius motus sit infinitus p̄m diuisionem in potentia. tamen actu finitus est

Quartum dubium est.

An in motu sit dare p̄imum et vltimū Solutio motus duobus modis potest comparari. Uno modo cōparatur ad partes subiectiuas. et tunc habet simpliciter p̄imum et vltimum. quia dabilis est p̄ima species motus et vltima. Alio modo cōparatur ad partes quantitatiuas hoc iterum duob⁹ fit modis. Uno modo de p̄tibus p̄m equalem diuisionem acceptis que appellantur partes eiusdem quantitatis. et sic est dabile p̄imum et vltimum in motu sicut in quolibet continuo vt in ligno tetracubito p̄ima ps eius est p̄mus cubitus ⁊ vltima est vltimus cubitus. et in tempoze vnius diei p̄ima hora est p̄ima ps et vltima est vltima pars. Et eodē̄ mō est in motu qui condiuiditur proportionabiliter magnitudini et tempoꝛi Secūdo modo vt de partibus motus eiusdem proportionis ⁊ sic non est dare p̄imuz nec̄z vltimū in motu. q̄m oportet motum esse in tempoze diuisibili et in spacio diuisibili et in mobili diuisibili. igitur sicut continuum diuiditur in infinitum. ita q̄ quacunc̄z parte data versus p̄incipium aut finem dabitur prioꝛ pars versus p̄incipium et vltenoꝛ versus finem. Sed quo ad terminos dicitur vltimuz in motu sed non p̄imum. quia est dabile mutatum esse perfectum siue completū ⁊ hoc est terminus indiuisibilis motus. sed nō datur p̄mū ex parte termini a quo. Et q̄ in motu est dare p̄imum et vltimū patet. quia in continuis successiuis fit p̄ocessus de potentia ad actum. et sic actus est solum in termino ad quem. et sic ex parte finis est dabile vltimum indiuisibile in actu. sed nō potest dari p̄imū puta terminus a quo. quia tale indiuisibile non habet oꝛdinē ad motum cum nō sit initium motus. sed indiuisibile in termino ad quem est terminus motus. et sic motus bene terminat in indiuisibili. sed non incipit in indiuisibili In continuis vero permanentib⁹ secus est. quādo ibi terminus est vtrobiq̄z in actu ex parte p̄incipij et finis. vt patet in linea que habet duo puncta terminantia.

Quintum dubium est.

Quō debent exponi p̄opositiones de incipit et desinit vt dicendo motus incipit. motus desinit Solutio q̄ diuersimode in his que incipiunt per motum successiuuz et que incipiunt per mutationem. In his em̄ que incipiunt per motū successiuum. vt habet Petrus hyspa. intractatu syncathegoꝛematū datur ieepcie p vltimū nō esse ex pte inceptōis. et illo modo ista ꝓpositio motus incipit debet sic exponi motus iam non ē et statim post hoc erit. Ex parte vero desitionis datur desitio per p̄mū non esse. quia in illo indiuisibili termino motus nō est motus et ante ipsum fuit motus. et hec ꝓpositio motus desinit debet sic exponi motus nunc non est sed statim ante hoc fuit. In his q̄ incipiunt et desinūt in instanti aliter sunt exponende p̄opositiones de incipit et desinit quantum ad inceptionem q̄m inceptio datur per p̄imum instans esse et sic debent exponi affirmatiue. vt homo incipit esse. hoc est homo nunc est. et statim immediate ante hoc non fuit. Et ratio ad hoc est. quia in instantaneis simul sunt fertur et factuz est. sic aut ē non est in successiuis. igitur dicit p̄hus in octauo huius. q̄ mutatio tenet se cuz passione siue forma exteriori que acquiritur. igitur ab illa debet denominari sicut quando embꝛio coꝛrūpitur ⁊ homo generatur. tunc debet fieri denominatio ab homine. et ergo exponitur per p̄imum instans ipius esse. Et istud satis patet. quia ex quo generatio vnius est coꝛruptio alterius cum contrarie forme nō possint simul materiā informare quādo aliquid generatur tunc per totū tempus q̄d precedit vltimū instans est materia sub forma p̄ori q̄ ab ea abicitur ⁊ in vltimo instanti est sub forma que per generationem acquiritur et ergo datur p̄imū instans esse sequentis forme quod est vltimum instans p̄ioris motus. et illa forma que generatur non fuit ante hoc instās in materia Et istud q̄d iam dictum est debet intelligi de generatione et coꝛruptione p̄m essentiam acceptis. quia sic p̄opꝛie appellantur mutatōes sed si accipiantur p̄m esse inc̄ztum sunt imixte alterationibus p̄euijs tunc p̄opositiones in eis de incipit et desinit debent eodem modo exponi sicut in motibus sc̄z per vltimum non esse quo ad inceptionē. et p p̄imum non esse ex pte desitionis.

Sextum dubium est.

An in desitione forme sit vniuersaliter idem modus et positionis So° q non. q3 aliqñ aliq̃ forma p corruptionem desinẽte sequitur noua forma in materia positiua. vt qñ homo corrũpitur generatur forma tabulatis que est positiua. et tũc debet desitio exponi negatiue per primũ instans nõ esse. vt socrates desinit esse. hoc est socrates nũc nõ est et statim ante hoc fuit. q3 generatio et corruptio sunt in eodem instanti. q3 alias staret materia nuda sine forma saltem specifica. Nam si in vno instanti abiceret forma et in alio acquireret forma tũc cũ inter q̃libet duo instãtia sit tempus mediũ materia p3o illo tpe staret nuda cũ nec haberet p3iorẽ formã nec posteriorem q3 ergo in illo instanti ineſt forma posterior que per generationem acquirit et due forme substantiales nõ pñt simul informare materiã. oportet exponere desitionez p3iotis forme per primũ instans non esse. qñ vero desinente p3iori forma nõ generat noua forma tũc desitio dz exponi affirmatiue per vltimũ instans esse. vt lumẽ desinit esse iam in aere et statim post hoc nõ erit

Septimum dubiuz est.

An ista spacium tempus mobile et motus eodẽ modo se habeant penes finitũ et infinitũ Et videt q nõ q3 aliquod mobile potest moueri per potentiaz diuinã p spacium fm ptes cuiusdẽ ꝓportionis et ille ptes sunt infinite igit mouebit mobile finitũ p spaciũ infinitũ Secũdo quies infinita non requirit subiectũ infinitũ. igit nec motus infinitus requirit mobile et spaciũ infinita. Solo q sic. q3 vbicũq3 sunt eadem ꝓncipia ibi sunt eedẽ passiones cũ passiones a ꝓncipijs oriant. sed ratio ẽtitatis in qua fundatur finitas et infinitas est vna in istis. q3 deriuatur ẽtitas a magnitudine ad motũ et ad tẽpus qõ ẽ motus passio. igit habebũt easdẽ passiones Ad obiecta in oppositũ. Ad primũ dõm est. q hoc est impossibile scz q moueat aliquod mobile p ptes euiusdẽ ꝓportionis in ꝓtinuo cũ tales sint solũ in potẽtia. sed oportet q ps supra quam mobile mouet sit in actu. q3 actu tangitur p mobile. si ergo moueret aliq̃d mobile fm partes euiusdẽ ꝓportionis tũc ille ptes essent in actu. q3 p eas fit motus et nõ sunt in actu q3 sunt ptes euiusdẽ ꝓportionis. et sic aliquid idẽ simul esset in actu et in potentia qõ implicat cõtradictionẽ Ad secũdũ dõm est. q nõ est sile qm̃ terra in infinitũ quiescit et tñ ipsa nõ est infinita qa qõ quiescit per totũ manet in eodẽ loco. illud aũt qõ mouetur mutat ꝓtinue locũ. et ex illa mutatõe surgit diuisio in ptes tam mobilis q̃ tpis q̃ spacij. cũ igit ptes hinc inde debent ꝓportionari sic scz si vnum est infinitũ etiam alterũ erit infinitum. ergo si partes mobilis sunt infinite oportet motum esse infinitum.

Octauum dubium est.

An in quiete sit dabile primũ et vltimũ Et videtur q nõ. q3 in termino indiuisibili motus est quies. igitur est dabile primũ in quiere So° q non. q3 quies fit semp in tpe. igit dato tali tpe dabit ꝓtior pars in eodẽ tpe Et eadem ratio de hoc quo ad stare. ẽtuis em̃ stare et quiescere vulgariter videant esse multũ ꝓpinqua in fcato. tamen fm veritatẽ multũ differũt qm̃ stare est ad quietem rendere. et ideo stare est moueri. quiescere aũt nõ est moueri Et ad obiectũ in oppositũ dõm est. q in indiuisibili termino motus nõ est motus nec quies. q3 motus et quies solũ habent fieri in tpe. h̃ aũt vltimũ est indiuisibile temporis. ergo in eo non põt esse quies nec motus Est autem quies statim post hoc indiuisibile assignatũ in tpe sicut motus fuit ante h̃ indiuisibile p totũ tps. et tõ dat inceptio quietis per vltimũ nõ esse sicut inceptio motus Debet igitur sic exponi quies incipit esse hoc est quies iã nõ est. sed statim post hoc erit. Et q3 paret. q idẽ est indiuisibile qõ est primũ nõ esse motus et quod est vltimũ non esse quietis.

¶ Zeno aũt deratiocinatur et ꝑalogisat. Si em̃ sp dicit quiescit oñe aut mouet cum sit fm equale Erit aũt sp quod fertur in ipso nũc imobile esse sagittã que fertur hoc autem falsuz est Non em̃ componitur tempus ex ipsis nunc indiuisibilibus sicut nec alia magnitudo vlla

¶ Iste est tertius tractat9 et vltimus huius sexti in quo phs remouet quozũdam antiquoz errores quos habebant circa motũ. Et diuidit in tria capitula. In quoruz primo reprehendit zeno qui negabat motũ penitus. In secũdo reprehenditur democritus qui dixit imobile moueri. ibi. Ostensis aũt his. In tertio cõfundit eraclitus qui dixit ꝓtinue oia moueri. ibi. Mutatio aũt neq3 vna Et diuidit istud capl'm in tres ptes In quarũ prima ponit quatuor rones zenonis qbꝫ nitebat destruere motũ localem. In secũda ponit vnam rõnem ad excludenduz motum inter contradictoria. ibi. Neq3 igit fm mutationem. In tertia pte ponit vnã rõem ad destruẽdũ motũ circulare. ibi Ite i circulo. prima ps diuidit in duas pticulas in q3 prima ꝓponit vnã rõnem q̃ ptinet ad illud qõ statim de motu et quiete dictũ est. In secũda ꝓsequitur intentũ ibi. ẽtuor aũt sunt rones. Quantũ igit ad primã pticulã dt q zeno paralogisat seip̃m et alios et deratiocinatur fm equocationis sophisma occultũ. Et est ratio ista. Omne qõ est aut mouet aut quiescit qñ est fm eq̃le sibi spaciũ in magnitudine. sed impossibile est. q moueatur quãdo est fm equale spacium sibi eo q motus ẽ ꝓcessus de vno loco ad alium. vnus aũt locus et ali9 nõ sunt equale aliquid rei mote sed maius. ergo qõ est fm equale sibi in spacio nõ mouetur. ergo quiescit. fm q fertur in ipso semp quiescit fm equale sibi in spacio. Quod aũt id qõ fertur sit in nũc ꝓbat zeno ex hoc. qa nunc non est aliud nisi nũerus eius quod fertur in motu. sicut tempus est nũerus loci mutationis. vt patet ex quarto hui9 Et ex his etiam est tragedia hoc est increpatio cõtra eos qui motũ esse asserebant. Inferebat zeno. et sagittaz que velocissime videtur ferri imobilem esse. Sed ista argumentatio falsum supponit. quia supponit q id qõ deficit quiescat in nũc hoc autẽ falsum est. vt paret ex tractatu precedẽti. qa credebat q sicut est ꝓuatio motus q ita etiam esset ꝓuatio mẽsure motus que est tempus. hoc autem falsum est. q3 ꝓuatio non ꝓuat nisi id qõ ei opponitur. tempus aũt nõ opponitur ei et tõ non ꝓuat tempus ipm. paralogisat aũt zeno semsum penes fallaciam equiuocationis qñ dicit. q id quod est fm equale sibi in spacio nõ mouetur. sed id qõ videtur ferri est fm equale sibi. ergo non mouetur; in maiore stat equale sibi p loco determinato fm actum et sic verũ est. q est fm equale sibi in spacio non moueri. sed in minori stat p equali fm potentiã. q3 id qõ ferr nõ est fm equale sibi in spacio nisi

fm potentiã.et sic mediũ in tali argumẽtatõne equocat.

¶Quatuor aũt sunt rationes de motu zenonis habentes difficultatem soluentibus. Prima quidem de eo qđ nõ mouet,ppter hoc q; prius in mediuz oportet accedere qđ fertur q̃ ad finẽ de qua diuisimus in poziby rõniby.

¶Hic phs in scda pticula exequit intentũ suum ponẽ do quatuor rõnes.quas pcipue zeno inducit ad ,pban/dum q; nõ est motus que ingerũt difficultatem volen/tiby illas soluere. Est igitur prima Omne qđ mouet p spaciũ aliqđ oportet prius accedere p motũ ad mediũ illi9 spacij q̃ accedat ad finem eiusdẽ.ergo eadem rõe prius accedet ad mediũ illius medij q̃ ad finẽ eiusdem. z ite rum ad medietatẽ illius medij z sic in infinituz.ergo i tẽ pore finito in quo dicitur aliquid moueri ptrãsit infinita fm numerum. Ex infinitis aũt p nũez cõponit infinitũ p vltima.ergo in tpe finito id qđ mouet ptrãsit infinitũ ꝛ hoc est ipossibile.igit. Et hec ratio debet sic solui ad hoiem.qz infinitũ vt patz ex prioribz accipit dupliciter. Uno modo ,p infinito in potẽtia sicut in diuisione con/tinui z tale infinitũ põt vtiq; ptransiri in tpe finito Alio modo accipit pro infinito in actu vt est infinitũ fm vlti/ma z tale non potest ptransiri.posterius patebit alia so/lutio fm rem.

¶Secũda aũt vocata achilles. Est aũt hec nã qđ tardius nequaq̃ iungetur currẽs a velocis/simo. Nã necesse per sequẽs ire. vnde nouit fu giens. Quare semper aliquid habere necesse ẽ tardius. Est autem eadem ratio in decidendo in duo. Differt aũt in diuidendo nõ in duo ac ceptã magnitudinem Non quidem igitur con iũgi tardius accidit ex ratione. Fit aũt ad idez in duo desitioni In vtrisq; eñ accidit nõ iũge re ad terminũ diuisa quodãmõ magnitudine. Sed apponit in hoc quod neq; velocissimum qđ cũ tragedia dictuz est in psequendo tardi9 Quare necesse est esse eandẽ solutionem: vel/le autem q; precedens nõ iungat falsuz est. Cũ eñ precedit nõ ꝓiũget.ꝛ tñ ꝓiũget.siquidẽ da bit trãsire finitã. De quidẽ igit rõnes sunt due

¶Hic ponit phs tertiam rõem zenonis quã phs ,ppter fortitudinem sue ꝓclusionis vocauit achillem.eo q; esset inuincibilis vt ipe arbitrabat et est ista. Si motus loca lis esset.tunc sequeret q; mobile velocissimũ posteri9 mo tuz nõ posset ptingere mobile tardissimũ prius motum sed hoc est falsuz.igitur illud ex quo sequtur. Sequla ptz qñ illud spacium quo mobile tardissimũ pcessit mobile velocissimũ est infinitum Infinitũ eñ nõ ptingit pertrã siri.igit nõ contingit aliquid localiter moueri.z sic equ9 velocissimus nũq̃ in motu potest cõsequi limacẽ. Cui9 exemplum est.vt ponat q; limax ptransisset in spacio leu cam z postea velocissimus equus insequit limacez tunc voluit zeno q; equus nũq̃ consequi posset limacem. ꝺa necesse est q; sit aliqua ꝓportio motus equi ad motũ li/macis.tunc eñ qñ equus ptrãsit leucã limax fuit ante equũ.z sic ptrãseat millesimã ptẽ leuce ylterius in spacio et qñ equus ptransit illã millesimã tũc limax iterũ ptrã sit millesimã millesime et sic in infinitũ igit sp limax ẽ añ equũ ğ tardissimũ nũq̃ assequit velocissimo seqnte qđ est incouenies.ğ nõ est motus. Est aũt hec rõ eadez re cũ pcedenti.qz fundat super illam q; illud nunq̃ sequit nisi per diuisionẽ spacij quaz zeno actu opinatus est fieri in motu.sed differt ratio hec fm sermonẽ.quia non vtit in eadem diuisione in duo media z iterũ diuisione medij in mediũ.sed vtit velocissimo z tardissimo. cũ tñ ex rõe diuisionis sequit velocissimũ nõ posse cõprehendere tar dissimũ.et ideo hec rõ eadẽ fit illi que est per diuisionis rõem i duo media magnitudine accepta sup quã fit mo tus. In vtraq; aũt harũ rationũ accidit q; nõ potest con iungi terminus magnitudinis ,ppter hoc q; modo quo/dam alio diuidit in infinita ab eo qđ mouetur sup eã ac/cipiendo medias ptes ante vltimã. Sed ipse apponit in secũda rõne q; neq; id qđ est velocissimũ ꝓsequit tardis/simũ et hoc potius est tragedia hoc est vituperia eoruz q; motũ esse aliud dicunt q̃ q; variat mediũ rõnis prio/ris. Et ideo necesse est q; ad vtrãq; rõnũ solutio sit ea/dem. Et ideo falsum est quod dicit q; velocissimũ non cõprehendit tardissimũ. z hoc patet ex ratione velocis et tardi prius posita velox eñ est.qđ in equali tempore mouetur plus q̃ tardũ.ꝺa omne qđ in eodẽ tẽpore moue tur plus aliqñ cõprehẽdit id qđ mouet minus.ğ velox aliquãdo ꝓprehẽdit tardũ. Uerũ tamẽ est. q; in q̃tum istud precedit et illud sequit non cõprehendet.si vtrũq; accipereret hoc modo ea potentia sunt in spacio sicut di/cit zeno.sed nõ sic accipit.sed potius determinatũ z finẽ tum accipit q̃titatem habẽtia.z hoc modo plus accipit de spacio velox q̃ tardũ in equali tempore.z ideo nõ cõ prehendet.id eñ qđ fertur nõ transit per spacia hoc mõ diuidendo sicut fit diuisio in infinitũ. qz tũc oporteret q; in secũda hora motus sui minus transiret q̃ in ꝑma. si/cut qñ diuidit cõtinuũ in infinituz.ꝑma diuisio relinq̃t maiores ptes q̃ secũda.et secũda maiores relinquit p/tes q̃ tertia.et sic in infinitũ. Non aũt sic fertur id qđ fer tur p spaciũ siue regulariter siue irregulariter moueatur Si eñ moueat regulariter ptib equalibus accipit ptes equales spacij sicut mouent celestia Si aũt irregulariter moueat tũc forte ,pcessu tpis accipit maiores. In motu violento aliqñ maiores.sicut post ꝓncipiũ motus.z ali/quãdo minores sicut circa finẽ mot9. igit manifestũ est q; accipit ptes aliquotas spacij z determiatas z finitas et sic nccario id qđ est velox aliquãdo cõsequit tardum Aut dicendũ est.q; si velocissimuz et tardissimũ in sensu cõposito capiant tunc velocissimũ sequens nunq̃ attin get tardissimũ pcedẽs ꝛ bñ si accipiãtur in sensu diuiso et he quidẽ igit sunt rõnes due zenonis.

¶Tertia aũt q̃ nunc dicta est.qñ sagitta q̃ fer tur stetit. Accipit aũt fm q; accipit tempus cõ poni ex ipis nunc.non dato enim hoc non erit syllogismus.

¶Hic phus ponit tertiam rationem zenonis.nihil mo uetur qđ est in loco sibi equali. sed omne qđ mouetur est in loco sibi equali in quolibet nunc. igitur non moue tur Minor patet.quia sagitta que fertur stetit. Sed ista ratio non procedit nisi dicatur tempus componi ex

indiuisibilib⁹ scz ex ipsis nunc. et motus aggregatio mo mētorū. et id qō ferk sit p vices in equalib⁹ sibi in spacio et si hoc nō concedak nō potest facere syllogismū. qualiter aūt hoc sit patet ex prehabitis.

¶ Quarta autem est ex his que mouētur stadio ex cōtrarietate equaliū magnitudinū iuxta equalia horum nāq; quidem a fine stadij: illorum autem a medio equali velocitate: In quo accidere opinatur equale tempus duplici medio. Est autem deceptio in eo q; hic quidem. secus motum illud autem secus quiescēs equalem magnitudinē velle eq̄li velocitate fm eq̄le fieri tempus hoc aūt falsum est vt sint stantes equales fieri magnitudines in quib⁹ sunt a aa alie aūt in q̄bus ipsa b b b. incipiētes a medio equalis fm nūez his entes et magnitudinem Alie aūt in quibus ipsa c c c ab vltimo equales nūero his et magnitudine eque veloces ipsis b. Contingit igit primū b. simul cum vltimo a. esse. et primum c. secus inuicē motorum Accidit aūt ipsum c iuxta oīa a trāsisse ipm aūt b. secus media a. quare mediuz esse tēpus. equale eīm vtrūq; est secus vnūqq; Silr autē accidit ipsum b secus oīa c transactū esse. Simul ei erit primū b et primū c. in cōtrarijs vltimis in equali tpe ad vnūqq; factū ipoz b. q̄ntum quidem ipoza vt ait propter ambo equali tpe secus ipsa a fieri Ratio quidē igit hec est accidit aūt dictā falsitatem

¶ Hic phs ponit quartā rōem zenonis que est ex silitudine eoruz q̄ mouenk sicut hoīes mouentur super stadiū quorū vnus currit cōtra aliū. ita q; equales magnitudines moueank iuxta equales magnitudines quiescentes quarū q̄dā mouenk a fine stadij moti. z alie a medio stadij quiescentis z moueank equali velocitate sz in hac positiōe opinak seq̄ inconueniens q; scz dimidiū equale fiat duplici tpi. Aut pōt rō sic formari. si motus localis sit moueank duo mobilia eque velocia in aliquo tpe. vnuz mobile super spaciū quiescens et aliud mobile supza spaciū ptra motū tūc idē qō mouek supza spaciū ptra motū ptingit in eodē tpe transire spaciū duplū ad spaciū qō p transit mobile motum supza spaciū quiescens et hoc erit in duplo tpe et sic idem tēpus erit dupluz z dimidium ad seipm. et sic tempus dimiduz erit equale duplo. Ot soluit phs istam rōem dicens. q; nō oportet tempus eē duplex in quo duplex spaciū ptransik nisi cetera sint paria qualiter nō est in proposito. qm̄ vnū mobile ponitur moueri supza spaciū quiescēs et aliud supza spaciū ptra motū tūc nō possunt ptransiri equales magnitudines in tpe equali Ot empli gratia vt sint due magnitudines sic directe piuncte z quiescētes p. a. a. a. et piūganki pūcto cui p̄ notak media a ita q; sit q̄si magnitudo vna Alie aūt magnitudines signenk p. b. b b piūcte in b media q̄si sint magnitudo vna z sint mote ita q; motus earū incipiat a media lrā a. in qua signak piūgi due magnitudines quiescentes z moueank ad vnā partē quācūq; volueri/mus. verbi gratia versus dextrā. sint q; magnitudines quiescentes et mote per oīa equalia iste igitur magnitudines mote mouētur in quiescentib⁹ z nō ptranseūt nisi dimidiū magnitudinū quiescētiū. z iō si in toto tpe magnitudo mota transit totam magnitudinem quiescentem tunc in dimidio tpe transit mediā. cū positū sit esse equalis velocitatis et regularis motus. Sunt iterū due alie magnitudines mote q̄ prosignenk litteris c c c. que etiaz sunt equales numero et q̄titate prioriby z sint mote eq̄velocit cū illis q̄ signank per tria. b b b Tali em̄ ypotesi facta pcigit necessario. q; qñ pmū b qō est simul sub primo c. eo q; c positū est moueri sup ipm est sub vltimo a. quod tūc est etiam sub eodem. primū c. sed vltimū a vocatur nō qō dispōne est vltimū in figura sz potius in q̄ est vltimū b sicut in fine motus mouek z hoc quidē accidit inter duas magnitudines que ab inuicem mouentur ita q; vna cōtra aliam econtrario. qz vna mouek ad dextram et alia ad sinistram. Accidit aūt in hac positione q; ipm c. qō est magnitudo mota super magnitudinē contra se motā transit id quod est iuxta oīa. a a a. z accidit in eodem tempore q; magnitudo b. que etiam magnitudo mota non transit nisi media spacia que signank p a. a. a. z sic conuenit fm zenonē duplum tempus esse equale dimidio. eo q; positū est q; vtrūq; spacioz motorum equale sit ei ad vnūq qō motorum spaciorū z quiescentium. et ideo vnū debet esse tēpus motus eorū. Sequik em̄ q; c c c est cum vltimo a quod tunc translatum est p oīa. c c c. z sic in eodem tēpore in quo transit dimidiuz spaciū a a a transit totū spaciū. c c c. quia in cōtrarijs motibus in vno et eodem momento primū b. et pmum c. simul sunt in cōtrarijs finib⁹ siue vltimis. quorū vltima sunt fm oīa. b b b. que sunt tanta fm nūerū z extensionem quātū est vnūqq; eorum q̄ sunt. a a a. Hec autez oīa obscure posuit zeno sicut recitat Aresto. in textu. Igit dicit phs q; retenta positione et figura suppositis hec positio dicitur esse nota per se. q; si alia magnitudo regularis motus in toto tempore aliquo transit totum spacium aliquod q; in dimidio illius tēporis transit dimidium. Ot iam hec est p se nota q; due magnitudines eque veloces duo equalia spacia transeunt in tēpore vno et equali Ot his sic arguitur. q; si magnitudo. b b b. trā sit totum spacium. a a a in toto tempore aliquo. in dimidio illius temporis transit dimidium spacium eiusdem sed iam positum est. q; incipiat moueri a medio a. igit in dimidio tpe trāsiuit medium magnitudinis sz eq̄les sz magnitudines a et b. z eq̄lis velocitatz sz b et c magnitudines. g̃ in equali tpe trāsit magnitudo b tota magnitudinē a. z magnitudo c totam magnitudinē b. sicut dicit secūda ꝓpositio propositōne aūt superiori retenta q̄ primū b est sub vltimo a in figura. tūc vltimū b. est sub prima a eiusdem figure. Sed quando primum b est sub vltimo a tūc primū c est sub vltimo a moueri motu contrario. sed quando vltimū b. est sub primo a tūc primū c est sub eodem primo a. ergo cū vltimo b. igitur c tūc transiuit per oīa b. ergo in tepore in quo b transit per dimidia a in eodem c transit p dimidia sed in dimidio tempore b transit per dimidia a. ergo totum tempus duplum equale est dimidio. Hec igitur ratio zenonis peccat penes fallaciam a dicto fm quid ad dictū simpliciter. quia zeno arbitratur simpliciter esse verum in omni spacio. tam contra id quod fertur motu q̄ quiescente z non est

verum nisi in spacio quiescente qm̃ si aliquis vadat colo niam et ponat q̃ eque velociter vt ipse peragit spacium veniat contra illum ille dimidio tempore veniet colonia q̃ veniret si spaciū staret.

Neq; igit̃ fm mutatōem in ꝓtradictōne no bis nullū erit ipossibile. vt si ex nō albo in albū mutet̃ z in neutro est. Tanq̃ ergo neq; album erit neq; non albū. Nō em̃ si in nō totū in quo libet est non dicet̃ albū aut nō albū Albū enim dicit̃ aut nō albū. Non q̃ totū sit hmōi. sz quo plures aut magis ꝓprie ptes. Non aūt idem est nō esse in hoc et nō esse in hoc totū. Silr̃ ät est z in esse. et in nō esse. et in alijs q̃ fm ꝓtradi ctiōem sunt. Erit quidē em̃ in necessitate in al tero oppositoꝝ. in neutra aūt semp totum.

¶ Jsta est secūda pars huius capituli in qua phs ponit vnā rōem ad excludendū motū inter ꝓtradictoria Et est ista. si esset motus hoc est mutatio inter ꝓtradictoria tūc illud qđ mutatur de nō esse in esse. aut est in eē vt ge neratio. aut in nō esse vt corruptio. aut in neutro illoꝝ aut in vtroq; sz nullum istoꝝ dici põt. Maior ptz a suf ficienti diuisione. Minor ptz. q̃ nō est in esse q̃n mutat̃ q; esse magis est quies q̃ mutatio et iō res tūc mutata est q̃n est. Nec etiā est in nō esse. q; cū mutat̃ iam recessit ab eo et res nō est in eo a quo mutatur. Non in neutro q; alterū ꝓtradictoriorū ineſſe necesse ē Nō in vtroq; sil. q; tūc ꝓtradictoria verificarent̃ de eodē. Ost sili mō pro bat̃ q̃ nō ē emutatio inter cōtraria q̃m mutatio nō ē in eo ex quo est. q; a illo recessum est. Nō etiā est in eo ad qđ est. q; cū est in illo quiescit Nō põt esse in neutro. q; vnuz illoꝝ ponit̃ vt principiū mutatōis z alterū vt finis. sz il la duo sunt essentialia cuilibet mutatōi. eo q̃ alias essent infinita ꝓter qđ nēcariū est ista ineē rei mutate q̃ē sub iectū mutatōis Nec põt dici vtrūq; illoꝝ ineſſe subiecto qđ mouet̃. q; tūc ꝓtraria ineſſent eidem. Dis igit̃ rōni bus ꝓbant nullā esse mutatōem neq; inter ꝓtradictoria neq; inter ꝓtraria dicentes q̃ si aliq̃d ex nō albo in albū mutet̃ et in nullo istoꝝ esse põt vt videt̃ esse ꝓbatum. q̃ tūc neq; albū neq; nō albū erit qđ est inconueniēs cū iste mutatones sint rei essentiales. et iō oz ipsas ineſſe ei cui ineſt mutatio. Solutio aūt istius rōnis est fm phm illd qđ mutat̃ est aliq̃ mō in vtroq; termio. magis tñ in eo ad qđ est motus hoc est magis in termio ad quē q̃m in termi no a quo. vt q̃n aliq̃d mutat̃ de nō albo in albū aliq̃ mō est nō albū z aliq̃ mō est albū: sed tñ magis est albū. ḋa nō solū illud ōr albū qđ in toto hoc est ꝓfecte est albū ℔ est qđ hz albedinē in toto a nigrationis ꝑmixtione sepa tam. q; albū aut nō albū ōr aliq̃n z nō qđ totū et ꝓfecte sit hmōi. sed qđ habet plures ptes aut magis ꝓprias al bedinis. Ost sic nō est idē dicere q̃ aliq̃d nō est in hoc et q̃ aliquid nō est in hoc totū et ꝓfecte. z sic cū res mutat̃ inter ꝓtraria in vtroq; est quodāmō fm eē impfectū. sz ꝑ motū plures accipit ꝓtinue ptes et magis ꝓprias ei⁹ ad qđ mouet̃ Nec ex hoc sequit̃. q̃ ꝓtraria sunt i eodē q̃n simpliciter nō insunt neq; fm actū sz fm potentiā sicut in fieri. z hoc mō ꝓtraria bñ põt esse in eodē. eo q̃ vnum est sicut exiens. z alterū sicut intrans. z ideo vtrūq; ē in potentia aut in actu q̃ potentie est ꝑmixtus vt est mot⁹

Similiter aūt est de mutatōe q̃ est inter ꝓtradictoria q̃ est inter esse et non esse. Et hec mutatio que vere muta tio et motus est. est ímixta alterationi et fm hūc moduz ꝓsideratū illud qđ mutat̃ neq; ꝓfecte est in esse neq; ꝓfec te in nō esse est tñ magis in altero oppositoꝝ ad q̃ est mutatio sed in neutro est totū sp et perfecte. Et hec qui dem perfecta est solutio rōnū zenonis q̃uis q̃dā dicant hanc esse q̃stionē ꝑ se circa motū et mutatōem. fm em̃ q̃ est q̃stio per se certificās. An id qđ mutat̃ sit in eo ex q̃ est mot⁹ aut in eo ad qđ aut in vtroq; aut in neutro. taz per ante dicta patuit solutio in quinto huius sed hic est inducta non ꝓpter se sed ad destruendum motum et mutationem.

Jtem in circulo et sphera et oīno que ī ipis mouent̃. quia accidet ipa quiescere et i eodē lo co fm tempus q̃dam sunt et ipsa et ptes. Quā re quiescūt simul z mouebunt̃ primū quidē em̃ ptes nō sunt in eodē nullo tpe. postea z totum mutat̃ semp in alterū. Non em̃ eadē est ab ipo b z c z aliorꝝ vnoquoq; signoꝝ nisi sit musicus hō et homo q; accidit. Quare mutat̃ sp altera in alterā et nequaq̃ quiesceret. Eodē aūt modo est et in sphera et in alijs q̃ in ipis mouent̃

¶ Jsta est tertia pars huius capli in qua phus ponit vnam rationem ad destruendū motum circularez. quia sicut dixit in his que mouētur motu recto q̃ accidit q̃n quiescūt dum putātur moueri. similiter dixit in circulo et sphera et vniuersaliter in oībus que mouent̃. q; oīa talia ꝑ syllogismū accidit quiescere dum putant̃ moue ri. Ost est ratio eius ista. ḋa quecūq; fm ꝓtinuum aliqđ corpus sic se habent q̃ ipa z ptes sunt in eodē loco qui escūt sed circulariter tm̃ sphericemota fm ꝓtinuū tem pus in eodē loco sunt. et illa et ptes. q̃ quiescūt. Maior patz q; circulus et sphera circa idem centrū in eodē loco sunt igitur semp quiescunt. et iō quiescere ea putant aut si po nant̃ moueri tunc simul quiescūt z mouētur qđ est incō ueniens. Nanc em̃ rōnem phs duab⁹ solutionib⁹ soluit Primo em̃ eā soluit ꝑ interēptōem vni⁹ ꝓmissaꝝ sui sy logismi sez ḋa ptes circuli z ptes sphere nunq̃ aliq̃ con tinuo tēpore sunt in eodem loco licet totū fm subiectum sit in eodem loco z illa est potius solutio ad hoiem q̃ ad rem. Ost ideo phs fm veritatem dat istam solutionem dicens. q̃ in circulo et in sphera totum continue ꝓcedit ad aliū z aliuz locū. Sz est duplex totalitas circuli. z du plex alietas loci. Una est totalitas circuli fm materiā et subiectū et hec nō refertur ad motum circuli z locum nisi per accidens. accidit em̃ ei talis motus in q̃tum foz ma circularis est in eo. Alia est totalitas circuli fm foz mam ꝓuexi et ꝓcaui quod est in ipo. eo q; figura circula ris habz duas superficies. sez ꝓcauam et ꝓuexā. sicut sa tis clare paret in pelui in qua exterior superficies qua cō tingit terram appellatur ꝓuexa. et interior in qua fundi tur aqua. concaua. et ideo si aliquis imaginetur in con cauo siue in conuexo puncta vocata litteris a. b. c. d. et sic de alijs circulis circunductis describet tot circulos fm formam quot puncta fuimus ymaginati signari in

ꝑcauo vel ꝙuexo eius Et hoc sic ostēdit. qz cum eleuat
a pūcrū et redit in vbi in quo eleuabat. z similiter est de
c z de oīb⁹ alijs. et cū forma circuli descripta ꝑ a pūctū ē
ꝙpleta. nō dū ē ꝙpleta forma circuli descripta p. b z̄cīs
sed vna descriptio ꝓtinue ꝙpletur post aliā. z sic manife
stum est. q in circulatione circuli continue talia pūcta si
bi succedūt. z vnus semper est vt pellens et alter vt pul
sus post alium. et ita ꝓtinue se pellunt et pellunt. igitur
ꝓtinue forma descriptōis circulorū formaliter variatur
et p̄cipue in circulo naturaliter mobili in quo est oriēs
et occidens z dextrū et sinistrū. g̃ ꝓcedit ꝓtinue circul⁹
in formas multorū circulorum licet subiecto sit vn⁹ Si
militer aūt est de loco. locus em̄ motus circuli est supra
centrum. et q̃uis ille locus idē sit subiecto tū formaliter
variatur. locus em̄ vn⁹ forme circuli descripti nō ꝙplet
cū descriptione alterius circa centrū. Est em̄ formaliter
locus circularis vbi in quo ꝙpletur descriptio circuli. et
ergo circulus tot⁹ formali totalitate ꝓcedit de loco ad
locū. z de circulo ad circulum continue in motu circuli.
et ist̄i circuli nō sunt idez formaliter ſz subiecto sicut idē
nūero sunt. et ꝑ accīs homo et homo musicus. et ideo
per se mouentur circulariter de loco ad locuz. et per acci
dens est in loco vno et ergo falsum est. q ptes mutāt lo
cum et totū manet vt quidā dicūt. qz tūc circulus nō mo
ueret nisi per accidens z nō ſm se. Etiam falsum est qđ
dt Auicenna q motus circuli sit ſm situ z non ſm locū
motus. qz in situ nō est motus nisi ꝑ accidens. eo q ē fo
ma indiuisibilis. Etiam situs nō est sine eo qđ est ad ali
quid z in illo nō est motus nisi ꝑ accīs. Verū tamē est
q circul⁹ ꝓcedit ſm ptes de situ ad situ ſz h̄ ꝙuenit etiā
ei qđ mouet ſm motū rectū. q̃uis in recte motis sit di
uersus loc⁹ et sit⁹ z forma et substātia Sz in circulariter
motis locus diuersus est ſm formā sed nō ſm substan
tiā et illud est ꝓpriū eoz. q̃ mouent ſm circulū. Et sicut
dcīm est de circulo q variat ſm formas circulorū ꝓpter
puncta orientia z depressa ita eodem modo dām est de
sphera si signētur super eā semicirculi aut pūcta inter po
lum et polum ex ptē dextre sphere. vñ est motus. qz illi
actus ſm pūcta ꝺducta variāt formaliter z describūt ꝓti
nue spheras diuersas i forma. z cū hoc ꝓtinue fiat i mo
tu sphere ncēe est q locus descriptōis vnius differat for
maliter a loco descriptōis alterius ꝑ eādē q̃ de circulari
one est inducta rōem. et ideo tota sphera ꝓcedit de lo
co ad locū formaliter licet substātia maneat in eodē lo
co. Sphera ei est qđ generat z describit semicirculo idu
cto vt ait euclides. Hoc em̄ ncēario habet tria pūcta i
mobilia scz centrū z duos polos. igit sphera sp muratur
ab altera sphēralitate in alterā ſm forme siue totalitatez
et nequaq̃ quiescit. et sic circulus de vna circulatiōe i ali
am ſm ꝓtinuū motū q̃ circulario vocatur Sic aūt ē de
oībus q̃ mouent in ist̄is q̃ sunt circulus z sphera. et hec
aliq̃ dicunt in seipsis moueri. qz nō egrediuntur eundē
locum ſm substantiam

**Ostensis aūt his. dicimus q imptibile nō
cōtingit moueri nisi ſm accīs vt corpore mo
to aut magnitudine in qua est. sicut vtiq; erit
qđ i naui mouet a nauis motu aut pars toti⁹
motu Imptibile aūt dico qđ est ſm q̃titatem
indiuisibile. et nāq; ptium motus alī sunt ſm
q ptium z ſm q totius motus. Videbit aūt
in sphera aliquis maxime differentiam. nō em̄
eadē erit velocitas eorū que iuxta centrū sunt
et que extra et q̃ totius. sicut nō vnius existen
te motu Sicut igit dicebā. sic quidē contingit
moueri imptibile sicut in naui sedēs naue eun
te per se autem non contingit.**

¶ Istud est secūdū capl'm in quo p̄hs ponit opiniones
democriti dicētis imobile moueri quā reprehendit Et
diuidit istud capl'm in duas ptes. In quaꝝ prima resu
mit aliqua q̃ in pte dicta sunt in principio quinti. In se
cūda ptē p̄hs probat quatuor rōibus q indiuisibile nō
p̄t moueri. ibi. Dutet igit. Quantū igit ad primā ptez
p̄hs facit qđ dictū est Et dt p̄hs q ꝓcedendū ē q indi
uisibile mouet ꝑ accīs sicut motu corporis aut magni
tudinis in qua est idiuisibile sicut terminus z hoc est si
cut si aliqs moueat in naui a nauis motu p̄ter id q mo
uet in naui a nauis motu extrinsecū est centia nauis. Et
ideo sile magis est id qđ mouet extīs in corpore aliquo
a motu illius corporis in quo ipsuz est. sicut pars moue
tur motu totius corporis z indiuisibile ad motū diuisi
bilis in quo est Nice em̄ motus in hoc silis est motui ac
cidentiū qz sicut accīntia nō mouentur ex se ſz motu sub
iecti ita neq; ꝑs q̃dū ꝓuicta est tori ex se mouet ſz mo
tu sui totius. Imptibile em̄ dr illud qđ oīno ē indiuisi
bile ſm q̃titatē. Et est hec distinctio necessaria. qz licet
pars nō habeat nisi motū totius tū motus idez ꝑ accīs
ꝙueniens ipi aliq̃ sicut in sphera mota habz alietatem
velocitatis et tarditatis in ptib⁹ diuersam a motu toti⁹
qz motus totius vniformis est in toto. z tū in sphera ma
xime iudicat esse definita in ptes. qz ꝙnque centro aut
polo ꝓpter hoc q transeūt quos circulos in eodē tpe in
quo ptes remote a polo aut centro transeūt magnos. ne
cesse est esse tardioris motus q̃ illas. z ideo stelle iuxta
polū in austro et aquilone tardi sunt. et motus et stelle
iuxta equinoctialem q̃ est vnus magnoꝝ circulorū sphe
re sunt velocis motus. z sic iuenitur triplex diuersitas in
ptib⁹ a motu totius. qz q̃ cū sit intus in centro aut polo
quiescit. z que iuxta centrū aut polū tarde mouētur. et
sic q̃ sunt remota ab vtroq; polo et centro velociter mo
uentur et cū iste motus est per se vnius totius et ꝑ accīs
ptiū. igit multo magis et in his in quib⁹ motus ptiū est
eiusdē velocitatis cū motu totius. et cū ptib⁹ alīs mot⁹
attribuit ꝑ se toti et ꝑ accidens ptib⁹ Igit ꝓcludit p̄hs
q nō ꝙuenit moueri imptibile. cuz sphera sit in alio nisi
sicut mouet i naui sedēs naui eūte. ꝑ se aūt nō ꝙuenit ipi
ipsum moueri. qz ꝑ se dr moueri cū motus ꝙpetit per se

**Dutetur igit ex a b in b c siue ex magnitu
dine in magnitudinē siue ex specie in spēm siue
ſm contradictōem Tempus aūt sit in quo p̄ri
mo mutatur in quo est d. ergo necesse est ipsuz
ſm q mutatur tēpus in a b. esse. aut in. b. c aut
aliquid quidē buius in hoc aliud vero in alte
ro. Omne em̄ qđ mutat sic se habuit. In vtro
q̃ quidem igitur nō erit aliquid ipius. ptibile
em̄ vtiq; esset. Atuero neq; in b. c. mutatū em̄
erit. concessum est aūt mutari. Relinquit igit
ipm in a b esse ſm q mutatur tempus quiescit**

ergo. In eodem igit esse ꝑ tempus q̄ddam q̄/escere. Quare non ꝓtingit impartibile moueri neq; oīno mutari. Solū em̄ sic esset ipsius motus si tps esset ex ipsis nūc. Semp em̄ in ipo nūc est motū esse ⁊ mutatū. quare moueri q̄dez nequa q̄ est. motū aūt esse semp Hoc aūt q̄ impossibile sit ostensum est. neq; em̄ ex ipsis nunc tps neq; linea ex ipsis punctis. neq; motus ex momentis est. Nihil em̄ aliud facit hoc dicēs aut motū ex indiuisibilib. sicut si tps ex ipis nūc aut magnitudinē ex pūctis. Amplius autez ex his manifestū q̄ neq; pūctum neq; aliud indi/uisibile nullum ꝓtingit moueri.

¶ Jsta est secūda ps huius capli. in qua phs ꝓbat q̄tuor rōnib. q̄ impartibile nō ꝑt moueri ꝓtra ipm Democri/tum q̄ dixit impartibile id est indiuisibile moueri. Posu it em̄ ipse corpa aromalia multa. ⁊ illa posuit ꝓncipia cor/poz. ⁊ ꝑ ꝓsequēs dixit illa localiter moueri. Quaz ꝓma est. si indiuisibile mouerek. tūc seq̄rek q̄ indiuisibile essz di/uisibile. sed hoc est incōueniens. g̃. Seqla pz q̄ oīe quod mouek est a quodā in q̄ddā. ⁊ illud est diuisibile. Minor pz deducendo ad impossibile. signek em̄ motus trāsitus eius ꝑ lineā. a. b. c. cuius ps ꝓma ex qua est mot⁹ sit. a. b. et secūda ps in qua est motus sit. b. c. ⁊ accipiak motus ge neraliter ad motū in loco ⁊ ad motū q̄ est ex magnitudi/ne in magnitudinē. sicut est motus augmenti diminutio nis ad motū alteratōis. q̄ est ex spē in spēm. ⁊ ad mutati onem ꝓūctā alteratōi que est inter ꝓtradictoria. sicut est generatio ⁊ corruptio ¶ Secūda. rō est. oīs mot⁹ fit i tpe indiuisibile em̄ si mouerek nō mouerek in tpe. sed in nunc tpis. g̃ indiuisibile nō ꝑt moueri. Minor ꝓbak. q̄ tps dz ꝓportionari ipsi mobili. g̃ si mobile indiuisibile esset. g̃ tē/pus esset indiuisibile. tps aūt ꝓpriū ⁊ ꝓmū huius motus. quo mouek impartibile sit signatū p. d. in isto tpe fm q̄ mu tak si est fm ꝓmū ⁊ ꝓpriū tps necesse est ipm impartibile. aut esse totū in. a. b. ex quo est motus eius. aut totū esse in b. c. q̄ cū in mutatōe nō sunt nisi hec tria. oꝑtz q̄ omne qd̄ mutak vno istoz modoz se habeat. sed nō ꝑt dari q̄ tercio mō sit aliq̄d ipsius in vtroq; tam seq̄z in eo ex quo est mo/tus q̄ in eo ad qd̄ est motus. q̄ in quinto ⁊ etiā in p̄senti libro ꝓbatū est. q̄ oīe qd̄ est partim in vno termio ⁊ par tim in alio ē diuisibile. ⁊ tam suppositū est id qd̄ mouek sit indiuisibile. Nec ꝑt dici q̄ sit mot⁹ in. b. c. in qd̄ est mot⁹ q̄ cū est in eo ad qd̄ est motus tūc est tam mutatū. ⁊ posi/tum est ipm mutari. Jgit relinq̄tur q̄ totū sit in eo ex quo est motus. hoc est in. a. b. ꝑ totū tps qd̄ signak p. d. Et seq̄ tur ex illo q̄ quiescat ⁊ non moueak. q̄ illud dz q̄escere qd̄ dz in eodē fm vbi aut fozmā manere ꝑ totū tps aliq̄d. sz positū fuerat q̄ mouek. Ex q̄bz oīb. seq̄tur manifeste q̄ impossibile est q̄ impartibile moueak aut vlter mutek fm aliquā spēm mutatōis. Et rō huius est. q̄ oīe mobile ē ꝓtinuū ⁊ diuisibile. ⁊ ꝓtinuitas ei⁹ est cā ꝓtinuitatis mo/tus et tpis. Vñ nō posset esse motus eius qd̄ est indiuisi bile nisi hoc mō q̄ tps ꝓponerek ex indiuisibilib. seq̄z ex ip sis nūc. ⁊ motus ex momētis. q̄ sunt fines motus. q̄ ei⁹ qd̄ est indiuisibile est motus indiuisibilis ⁊ spaciū indiui/sibile. ⁊ illius mensura nō possz esse diuisibilis. sed mensu ra eius esset indiuisibile nūc. sed hec oīa sunt impossibilia.

eum in nūc nō ꝑt fieri motus neq; q̄es. sed potius mōtz esse in nūc. ⁊ ideo si tps esset ex nūc in oīnib. aut nūc essz id qd̄ est indiuisibile in motum esse ⁊ nūcz fuisset in moueri. q̄ moueri nō est nisi in tpe. ⁊ sic motus esset in fine ⁊ nūcz fuisset in via ad finem. que oīa sunt impossibilia etiam ad intelligendū. Neq; em̄ ex ipsis nūc est tps. neq; linea ex pūctis. neq; motus ex momētis. q̄ qui dz q̄ impartibile mouek nihil aliud facit nisi q̄ dz motum esse ex momētis. aut lineam ex pūctis. ⁊ tps ex ipsis nūc. sed hoc est ꝑ impossi/bile. cū nullum coz habeat aliquā q̄titatē. q̄ q̄z nō cō ponit ex nō q̄tis. ⁊ ꝑ ꝓsequēs pz manifeste q̄ nullū indi/uisibile possit moueri.

Omne em̄ qd̄ mouek impossibile est ꝑus ma/ius moueri ipsius q̄ aut equale aut min⁹. Si igitur hoc manifestū. q̄ ⁊ pūctum minus aut equale mouebik ꝓmū. Oīe aūt indiuisibile est impossibile est minus moueri ꝑus. equale er/go ipsi quare erit linea ex pūctis: Semp em̄ ꝑ equalem motū omnē lineā pūcti mensurabit. si autem hoc impossibile est ⁊ moueri indiuisibi le impossibile est

¶ Hic ꝓbus ponit terciā rōnem. ⁊ est ista Oīe qd̄ mo uek ꝑus ꝑtransit spaciū minus se. ⁊ deinde spaciū equa/le. ⁊ postea spaciū maius se. sed nō est aliqd̄ spaciū minus indiuisibili. g̃ nō ꝓtingit indiuisibile moueri. Minor ptz. q̄m si esset aliqd̄ spaciū minus indiuisibili tunc esset aliqd̄ minus minimo. etiam tūc esset diuisibile. ergo oporteret q̄ transeat equale sibi. Et ex hoc sequitur vlterius. q̄ linea spaciꝰ ꝑ quā transit ꝓponak ex pūctis. q̄ cuz id qd̄ fertur transit per spaciū. tūc per equalia sibi ministrando. reddit q̄titatem spaciꝰ. ⁊ ex illis ꝓponit. Equale aūt puncto est pūct⁹. ⁊ ideo linea ꝓponerek ex pūctis. sed hoc est impossi bile. vt patet ex ꝓdictis. igitur impossibile est q̄ indiuisi bile moueatur

¶ Amplius aūt si oīe in tpe mouek in ipo nūc nihil: Omne aūt tps indiuisibile erit vtiq; ali quod tempus min⁹ quolibet coz que mouenk in quo mouetur q̄tum ipm motū est. Hoc q̄/dem em̄ erit tps in quo mouetur ꝓpter id qd̄ mouetur esse in tpe. Tēpus aūt oīe diuisibi/le esse ostensum est ꝑus. si igitur punctū mouek erit aliqd̄ tps minus in quo ipm motū est sz im possibile ē. Jn minori em̄ necesse est min⁹ mo ueri. quare erit diuisibile in min⁹ diuisibile si/cut ⁊ temp⁹ in tempus. Solūmodo em̄ moue tur impartibile ⁊ indiuisibile si erit in ipso nūc possibile moueri atomo. Eiusdem em̄ ratiōis est i ipo nūc moueri ⁊ idiuisibile aliqd moueri

¶ Hic ꝓbus ponit quartā rōnem. que est ista. si oīe qd̄ mouek in tpe mouek ⁊ nihil mouek in ipso nūc. ⁊ oīe tem pus est diuisibile. vt pz ex ꝓdictis. tūc necarium est ex q̄li/tate tpe quod est alicuius motus accipere aliqd̄ tempus minus illo. q̄ tempus est diuisibile in infinituz. ⁊ pars est minus toto. ergo si indiuisibile mouerek oporteret q̄ mo/

uerek in tpe. eo q̄ oīe qđ mouek mouek in tpe 7 ē diuisibi/
le. si g̃ pūctum moueak. optz q̄ sit accipe tempus minus
illo qđ est p̄mū 7 p̄xū tps motus sui. sed hoc est impossi
bile. qz si aliq̄d mouek in aliq̄ tpe regulariter oz q̄ ipm di
midium mouetur in medietate illius tpis. eo q̄ cōtinui/
tas mot⁹ sicut a p̄ma cā est a p̄tinuitate mobilis in eo q̄
mobile et p̄tinuitas tpis est a p̄tinuitate mot⁹. 7 sic opor
teret q̄ esset accipe aliquid minus pūcto. 7 sic id qđ est in
diuisibile esset diuisibile in minus sicut 7 tps diuidit in
tpa minora se. Hoc eīm solo mō seq̄tur diuidi id qđ est ato
mū 7 indiuisibile si possibile esset q̄ mouerek in ipso nunc.
qđ est atomū. Eiusdem eīm rōnis est in ipso nūc moueri.
qđ est indiuisibile moueri 7 moueri ex ipso

¶ Mutatio aūt nō est neq̄ vna infinita. Dis
eīm erat ex quodam in quiddā et que est in con
tradictione 7 in p̄trarijs. Quare eorū que sunt
f̄m p̄tradictōnem affirmatio et negatio termi
nus est vt generationis quidē esse. corruptōis
aūt nō esse. Eorū aūt que sunt in p̄trarijs p̄tra
ria. Hec eīm vltima sunt mutatōis quare 7 al/
terationis oīis. Ex p̄trarijs eīm quibusdā est
alteratio. Siliter aūt 7 augmenti 7 decremen
ti. Augmenti q̄dem terminus est qui est f̄m p̄
priam naturā pfecte magnitudinis. Decremē
ti aūt que est ab hac remotio

¶ Jstud est terciū capl'm in quo phūs ponit opinionem
Eracliti. q̄ dixit q̄ p̄tinue oīa mouenk quā ipe phs hic
reprobat. Et diuidit istud capl'm in duas ptes. In qua
rū p̄ma facit qđ dictū est In secūda parte remouet vnam
cauillatōem. ibi (Sed si sic) Dicit g̃ phūs q̄tum ad p̄
mam ptem. q̄ nō est possibile oīa p̄tinue moueri. 7 hoc p̄
mo pbat de motu ad formā. Et ad hoc est talis rō. oīs
motus qui est inter duos terminos quoz vnus est p̄nci/
pium ex quo est mutatio 7 alter est finis ad quem ipa ea/
dem est mutatio. nō p̄t esse p̄tinuus 7 ppetuus sed finit⁹
cum claudak terminis. sed quilibet motus ad formaz est
hmōi. g̃ nullus motus ad formā est perpetuus. 7 p̄ p̄ns
nihil p̄t p̄tinue moueri ad formā. Minor pz. qz oīs mo/
tus ad formā est de p̄trario in p̄trariū. aut est de p̄tradic
torio in p̄tradictoriū. iam oīis mutatio que in p̄tradicti
one terminos habet. scz affirmatōem 7 negatōem. vt ge/
nerationis q̄dem que est ex non esse terminus in quo stat
est esse. 7 corruptōis. que est ex esse terminus in quē stat ē
non esse. Siliter que est inter p̄traria. qz in alteratōe ter/
mini sunt p̄trarij. vt pz de alteratōe calidi in frigidū. al
bi in nigrū. 7 cōis. Similiter pz de augmento 7 decremen
to. qz pfectio q̄titatis f̄m naturā est terminus augmenti
et in illo stat. qz oīe qđ naturaliter hz q̄titatem in mini/
mo maximo 7 medio f̄m naturā. sicut embrionis maxi/
mi 7 minimi determinati sunt in natura. Siliter homies
pfecti sunt minimi maximi 7 medij f̄m speciem homis
Et si inueniak q̄titas siue in embrionib⁹ siue in hominib⁹
maior aut minor q̄ determinatū est in spē embrionū aut
hominū. erit innaturalis res. 7 nō saluata. sed ad corrup/
tionem tendēs siue corrupta. Perfectio eīm q̄titatis ē il/
la q̄tas in qua virtutes q̄ti perficere possunt expedite
suas operationes. Diminutio aūt est que deficit ab hac
sic determinata q̄titate distantia determinata in natura
et sicut ex hoc diminuik corrūpitur quod diminuitur. Et
sic patz q̄ mutatio que est in quantitate est finita f̄m p̄n/
cipium 7 vltimum

¶ Loci aūt mutatio sic q̄dem nō erit mutatio
Nō eīm omnis in p̄trarijs est sed q̄tum qđ im
possibile decisum esse. eo q̄ nō p̄tingit decisuz
esse. Multipliciter dr impossibile: Nō eīm cō/
tingit sic impossibile decidi neq̄ oīno impossi
bile factum esse fieri. neq̄ mutari. impossibile
p̄tingit vtiq̄ mutari in qđ impossibile est mu
tari. Si ergo quod fertur mutatur in aliquid
et possibile est mutari quare non infinitus mo
tus neq̄ fertur infinito. Jmpossibile eīm est trā
sire ipsum. Q̄ quidē igit sic nō sit infinita mu
tatio. vt nō finiak tps manifestū est

¶ Nic phūs probat idem in motu locali. quāuis de loci
mutatione hoc mō nō p̄t probari q̄ sit finita. qz nō oīis
loci mutatio que etiā est recta est inter p̄traria. vt pz de
motib⁹ pgressiuis aialium que nō sunt inter p̄traria. 7 sic
oportz p aliam viam pbare loci mutatōem rectā non esse
infinitaz. sicut aliq̄d impossibile est decidi aut diuidi. qđ li/
cet f̄m genus suū decidi aut diuidi posset. tñ in spē accep/
tum f̄m quēcūq̄ pūctum in ipso diuidi non p̄t. Jmposši
bile eīm decidi siue diuidi dr multipl'r. Aliquid eius ex ge
nere suo indecisibile siue indiuisibile est sicut vox sonus 7c
qz nō sunt de genere q̄titatis. Aliud aūt ex genere suo ē
decisibile siue diuisibile. 7 tñ ex sua spē nūq̄ decidi aut di
uidi p̄t. qz decisio eius nunq̄ p̄t incipere. sicut celū cui⁹ ge
nus corpus est 7 clarū est q̄ omne corpus f̄m suū genus
est diuisibile. 7 tñ celū p̄ter formā suā nunq̄ recipiet diui
sionem f̄m aliquem pūctū acceptū in eo. Siliter etiā p̄tin
git impossibile mutari. qr aliq̄d impossibile est mutari. vt
pz de impartibilib⁹. Aliquiq̄d autē est impossibile mutari
nō oīno. sz sic sicut ponit mutari. hoc est. qz mutatio eius
qne attribuik ei nunq̄ p̄t incipere. 7 nō ita dr ipm imuta/
bile qđ f̄m suū genus imutabile sit. Ex quib⁹ pz. q̄ im/
possibile est aliquid mutari in hoc in qđ impossibile est ip
sum mutari. sed in infinitum impossibile est mutari. g̃ im
possibile est mutationē rectam esse que sit in infinitum Et
q̄ non est possibile aliquid in infinitum mutari sic patz. qz
nihil est actu infinitū. 7 ideo mutatio que est in infinitum
est in non finem. se qđ est in nō finem in nihil est. ergo mu
tatio que est in infinitū nunq̄ nihil est. 7 cū in secūdo hui⁹
ostensum sit. q̄ oīs mouentis est aliquis finis. seq̄tur ne/
cessario q̄ mutatio que est in infinitū nō habet motorē. et
si nō habet motorē nunq̄ incipiet. ergo mutatio que est ī
infinitum nūquam incipiet. 7 si nūquam incipiet impossi/
bile est eam esse. ergo est impossibile mutationem rectam
esse infinitam. Si ergo omne quod fertur recte semp mu
tatur in aliquid determinatum nō erit motus localis ex
istens rectus aliquis vnus numero infinitus. quia non
est possibile transire infinita. et per cōsequens talis muta/
tio finietur. ¶ Alij istum textum sic pertranseūt. impossi
bile est fieri quod impossibile est factum esse. sed impossibi
An genus sit equiuocum. ¶ Et videtur primo q̄ non Nam illud est vniuocum quod predicatur vno nomine z vna rōne de suis inferioribus. genus autem est huiusmodi. vt patet autoritate omnium logicorum ¶ Solutio q̄ sic. vt patet per philosophum in textu dicentem in genere latent multa. Et potest illa autoritas duob⁹ modis exponi. Primo mō sic in genere latent multa. hoc est multe species. quarum quelibet habet propriam rationem. ꝓpter quod dicit Arestoteles primo de anima. q̄ ratio animalis ſm vniq̄q̄z aial est altera z altera. et hoc mō ꝓpositio est vera. Alio modo potest sic exponi. in genere latent multa. id est propter similitudinem ad vnitatem generis logici latent multe equiuocationes. quia equiuocationuz sunt multa genera. qz quedam sunt multum distantes. sicuti patuit circa textus declarationem

¶ Ad obiectum in oppositum dicēdum est. q̄ est duplex vniuocatio. Quedam est vniuocatio metaphysica supra quā fundat vniuocatio logica z illa sumit ab vnitate forme que ſm se est vna vnitate ꝓncipij formalis. et per indifferentiam antequam in diuersis speciebus aut indiuiduis diuersificatur. Alia est vniuocatio physica. que sumitur ab vnitate forme in esse physico Cuius ratio est. quia ad vniuocationem requiritur vnitas nominis z rationis Et quia ratio dupliciter potest cōsiderari. Uno⁹ ſm̄ q̄ datur de re in eē metaphysico. z alio modo in esse physico. et ideo bene stat q̄ aliqua sint vniuoca ſm rationem logicaz. aut metaphysicam. que tamen non sunt vniuoca vniuocatione physica. cum non habeant eandem rationez physicam. Quia ratio physica includit materiam que non est eiusdem rationis in diuersis specieb⁹. Ex quo patz. q̄ genus ſm esse physicum quod habet in diuersis specieb⁹ nō est vniuocum. sed magis equiuocum. sed in esse metaphysico vt accipitur in prioritate nature qua precedit suas species et in esse logico dicit aliquid vnum ſm rem. vt patet quarto topicorum. Aut dicendū est. q̄ est bene vniuocum vniuocatione rationis. sed non est vniuocum vniuocatione realis. qualis est solius speciei ¶ Sed diceres species specialissima etiam diuiditur in plura. ergo nō est vniuoca ¶ Ad hoc dicendum est. q̄ duplex est diuisio. Quedam est materialis. z tali diuisione diuiditur species specialissima. Alia est diuisio formalis. z tali non diuiditur species specialissima. cum ergo species specialissima diuidatur diuisione formali. sic manet vnitas realis formalis in specie specialissima. sicut vnitas materialis aut numeralis est in indiuiduis. sed cuz genus diuidatur formaliter. sic non habet in se aliquam vnitatem realem. et ħ est quod dicit Theomixtius. q̄ genus est quidam conceptus sine ypostasi reali ex tenui similitudine singularium collectus. physicus tamen considerat de passionibus generis nō ſm̄ intentōem siue vnitatez generis. sed ſm q̄ inuenitur in suis speciebus. sed logicus de passionibus generis ſm q̄ huiusmodi. cum ei sic ꝓueniant passiones intentionales. de q̄b⁹ physicus oīno nihil ꝓsiderare habet

¶ Quoniam autē mouens mouet semper aliquid et in aliquo et vsq̄ ad aliquid. Dico autez in aliquo. quia in tempore vsq̄ autem ad aliq̄d quia ad quantam aliquam lōgitudinem. semp eñ simul mouet z mouit. quare q̄tum aliquid erit quod motum est et in quanto

¶Istud est tercium capitulum huius tractatus.in quo philosophus ponit aliquas regulas ꝓportionuꝫ .scz circa velocitatem ⁊ tarditatem in motibus. Et diuidit̃ tur istud capitulu in duas partes.In quarum prima h facit de motu locali.In secūda idem facit in alijs motib ibi.(Sic igitur in alteratione.) Et diuiditur prima ps in duas particulas.In quarum prima ponit penes que motus locales comparantur.In secunda colligit sex regulas.ibi(Sit igitur.a.mouens) Quantum ergo ad p mam partꝫ̃ dicit philosophus q in oī motu sem per est aliquid mouēs.⁊ in aliquo.⁊ vsq; ad aliquid. Dicitur em̄ in aliquo tempore.quia in aliquo tempore mouet omne mouens.Et dicit vsq; ad aliquid. qz in motu locali vsq; ad aliam longitudinē certam mouet omne mouens quod est corpus aut virtus in corpore. Omne em̄ tale mouens mouet motu recto.quia id quod circulari ter mouet est intelligentia que non diuiditur. ⁊ tale mouens semper mouetur.cum non moueat nisi motum.⁊ h in infinitum. Omne ergo qđ sic motum mouet est quantum aliquid ⁊ diuisibile.⁊ ita vtrunq; diuisibile est sicut et mouens.et hec omnia in sexto huius sunt demonstrata. Et quo elici potest.q si deberat fieri comparatio motuum localium q ibi sunt quatuor.scz mouēs. mobile.spacium ⁊ tempus

¶Sit igitur .a.quod est mouēs.b autez qđ mouetur quātacūq; autem longitudo mota c in quantocūq; est tempore in quo est d. in eq̄li igitur tempore equalis potentia ei in quo est a.medietatem ipsius b:duplicem ipsius c transibit.ipsum autem c in medietate ipsius d.sic em̄ erit analogia. Et si eadem potentia idez in hoc tempore tandem mouet et medietatem in medietate mouebit.⁊ media virtus mediū mouebit in equali tempore equale.vt ipsius a potentie sit et medietas que est ipsum c.et ipsius b r sit medium.Similiter igitur se habent et ꝑm analogiam virtus ad graue. quare equale et in equali tempore mouebit

¶ Ista est tercia particula istius partis.in qua ponit philosophus terminos generales huic doctrine competētes.que generalis est ⁊ non contracta ad aliquam speciale naturam mouentium ⁊ motorum .ex quibus eliciuntur regule .vt patebit in processu. Dicit ergo philosophꝰ q .a. littera significat nobis mouens quantum. b.autem significat mobile quod mouetur.⁊ est proportionatuꝫ ad suum mouens quod est.a.quantūcunq; etiam fuerit longitudo mota siue super quaꝫ est motus sit significata per litteram.c.⁊ motus iste expleatur in quantocūq; tempore aliquis voluerit quod significatur per litteram.d. Et ex quibus elicūtur alique regule.quaruꝫ prima est ista.Si aliqua virtus moueat aliquod mobile per aliquam longitudinem siue spacium in aliquo tempore.tunc eadem virtus aut similis mouebit medietatem illius mobilis ꝑ duplex spacium in eodem tempore.quia eadem est ꝓportio totius spacij ad totam potentiam ⁊ medij spacij ad mediam potentiam.si ergo diuidatur mobile tunc spacium duplicatur propter victoriam mouentis super mobile.⁊ sic mouebit in eodem tempore per duplex spacium Secūda.si aliqua virtus moueat aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore.tunc eadem aut equalis virtus mouebit medietatem mobilis per idem spacium in medietate temporis.quia si diuidatur mobile tūc mediatur tempus. ¶Tercia regula est.si aliqua virtus mouens mouet aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore.tunc media virtus mouebit medietatez mobilis per idem spacium in eodez tempore.quia in hoc seruatur analogia ⁊ proportio mouentiuꝫ ad mobilia .qz ꝑm eandem proportionem ꝑm quam se habet tota virtꝰ mouens ad totum mobile ꝑm eandem se habet pars virtutis mouentis ad partem siue medietatem mobilis. Et potest sic ostēdi in litteris.vt dicatur q medietas ipsius.a.quod est mouens sit signata per litteraꝫ.c.⁊ medietas eius quod est.b.quod mouetur sit notata per litteraꝫ 3.ꝑm em̄ analogiam qua se habet totum ad totum.habet etiam se pars proportionabilis toti mouenti ad proporti onabilē partem eius quod mouetur Causa huius est.qz omnis motus prouenit ex victoria virtutis mouētis super mobile.⁊ cum illa virtus mouet oportet potentiam passiuam eius quod mouetur sibi esse proportōabilem et cum non sit infinita oportet q sit in tempore. Si em̄ esset infinita tunc eius motus esset in nūc.quod est indiuisibile temporis. Et necessario surgunt tres proportiones siue regule.due ex diuisione solius mobilis vna cum additione longitudinis ⁊ non temporis.⁊ alia est cum temporis diuisione ⁊ sine temporis additione ꝑm duo que cadunt in diffinitione velocitatis.hoc em̄ eodem tempore q transit plus ⁊ in minori tempore procedit equale. Manifestum em̄ est q vna manens virtus mouens velocꝰ mouet dimidium cū integrum. Et super istas proportiones optima ⁊ pulcerrima fundantur theorematata ingeniorū et scientia de ponderib⁹ ⁊ in his que subalternantur ꝑm aliquid geometrie.⁊ ꝑm aliquid physice.quia ꝑm eandez analogiam virtus mouens regulariter se habet ad graue quodlibet regulariter motum.⁊ ideo equaliter graue mouet eadem virtus in eodem aut equali tpe.⁊ sic ꝓportōes elicite sunt ex ꝓportione totius ad totum.

¶Et si e ipsum z mouet in ipso d ꝑm c nō necessarium est in equali tempore e duplum ipso z mouere ꝑm medietatem ipsius c.Si vero a b mouebit in ipso d quanta est ipsum c. medietas ipsius a.que est in quo est e.ipsuꝫ b non mouebit in tempore in quo est d. neq; in aliquo ipsius d ipsius c ꝑm qđ est analogū ad totum e.sicut est a ad z.omne em̄ si contingit non mouebit nihil.Si em̄ tota virtus totum mouit.medietas non mouebit neq; quantam neq; in quocūq;.vnus em̄ mouere nauem si q dem nauem trahentiū decidit potentia in numerū ⁊ lōgitudinem quā omnes mouerunt

¶Hic philosophꝰ ponit duas regulas negatiuas.quarum prima est.que tamen est quarta in ordine regularū. q si concessum ab aliquo fuerit q medietas virtutis mouentis que est .e.mouet medietatem motꝰ que est.z.in toto tempore per totum spacium.e.tunc non est necessariū q eadem medietas mouentis que est.e.moueat duplum

moti quod duplum ad.z.et est eğle ipsi.b.integro in equali tempore ei quod est.d.fm medietatem spacij quod notatur per.c.hoc est tantū dici si aliqua virtus moueat ali quod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore.tūc non est necessariū ꝙ equalis potentia moueat duplex mobile per medium spacium in eodem tempore ¶ Quinta est. Si. a.mouens positum sit mouere.b.totum. in toto tempore.d.per longitudinem.c. non tamē oportet ꝙ medietas ipsius.a.mouentis moueat totum .b.in tempore quod est.d.in altam partem spacij que est.c. que pars ꝓportionem talem habet ad totum spacium.c. qualem habet proportionem.e.ad.a. hoc est medietas ad integrū totum.potest em̄ contingere ꝙ omnino nō mouebit ipm et in nullum spacium necz in magnum necz in paruuz. qz si tota virtus moueat aliquam quantitatem totam potest contingere ꝙ medietas illius virtutis non mouebit totum omnino necz in toto tempore.necz in parte temporis.necz in aliquo maiori tempore mouet fm aliquod spacium.quia contingit ꝙ triginta homines moueāt nauim.z tamen diuiso spacio in triginta partes stat ꝙ nullus illorum solus potest trahere nauim per aliquam partem spacij.quia vnus solus nō potest mouere nauim.qz non est necessarium si tota virtus mouens potest in totū mobile ꝙ pars virtutis mouentis posset etiam super totum mobile.

¶ Propter hoc zenonis ratio non est vera ꝙ sonet milij quelibet pars.nihil em̄ prohibet non mouere aerem in nullo tempore tantū quātum moueret cadens totus modius. Necz itaqz tāta pars quantacūqz mouebit cum toto si sit ꝑ se hoc non mouet. Necz em̄ non est nisi potentia in toto.

¶ Nic pbus ex predictis improbat opinionem quādā zenonis.qui voluit ꝙ si totus modius milij percutiendo aerem z mouendo facit tantum sonū ꝙ quelibet pars ꝑ se cadens faciet sonū proportionabilez sue quantitati. Hec em̄ positio non est vera.quia posset tantū diminui grauitas ꝙ nō esset sufficiens et potens diuidere aerem ad sonandum. vt videtur manifeste in paruis corporib⁹ terrestrib⁹. vtputa in atomis qui in aere cōmentur.qz non habent potentiā diuidendi aerem. cōuenit em̄ parti aliquid quando est in toto.quod non cōuenit sibi quando accipitur vt diuisa a toto.z sic virtus vnius partis est disponēs ad alteram.z illa ad terciam donec ex virtutib⁹ partialib⁹ colligitur virtus totius.z tūc vltima pars est ꝓplens dispositionem omniū partiū ꝑcedentiū vltimam z hoc ignorauit zeno.sicut patz in cauatione lapidis. Et hoc est dupliciter.scz diuisim z ꝓiūctim. Diuisim quidez in guttis lapidem cauantib⁹.qz vna illarum non cadit cum altera nec remanet cum ipsa.z tamen non quelibet radit aliquid de lapide.sed vna post aliam percutiendo disponit vt aliquid de lapide separetur.z cum sufficienter lapis dispositus est.tūc venit vna que tollit hoc de lapide quod dispositum fuit ad separationem. Cōiūctim autē sicut in modio milij sonante.quia quodlibet granum milij affert virtutem sonandi fm ꝙ coniūgitur cum alio.z id quod vltimo additum est complet mensure sonantis quātitatem. et illud cum alijs ꝑcedentib⁹ educit potentiam ad actum sonandi. Sed si accipiantur duo aut plura diuisim que sunt ad inuicem ꝓportionabilia fm ꝓportionem vnā que sunt mouentia z comūgantur diuisim mota in eadem ꝓportōne.tunc verum est ꝙ si duo mouent duo diuisim.ꝙ mouentia contūcta mouebūt mota coniūctim.ita ꝙ verum ꝙ ꝓiunctim mouet vtrūqz mobilium. Et hoc si sint in ꝓportione vna.qz srin diuersis accipiant tūc nō est verum

¶ Si vero duo z vtrūqz horum aut vtrūqz mouet tantum in tanto z composite potentie compositum ex grauibus equali mouebūt longitudine:et in equali tpe analogū nāqz

¶ Nic pbus ponit sextam regulam.istam scz.si ergo duoruz,mouentiū ꝓportiōabiliuz vtrūqz diuisim mouet tantam quantitatem per tantum spacium in tanto tēpore.tūc etiam ille potentie mouentes composite mouebunt illud quod compositum est ex quātis gravib⁹ motis per equalem longitudinē z in equali tpe.qz tūc sūs est analogia partis ad partē.z totius ad totum

¶ Sic igit in alteratōe z in augmento aliqd ꝙdem em̄ est augens.aliquid aūt z quod augetur. In quanto igitur tempore z quantum aliud quidem auget. aliud autem augetur. Et alterans quidem et quod alteratur similiter aliquid et quantum fm maius z minus alterata sunt z in quanto tempore:in duplo duplum.et duplum in duplo. Medium autem in medio tempore.aut in medio mediū.aut in equali duplum. Si aūt alterans aut augēs tantū in tanto tempore auget aut alterat nō necesse est. et medium in medio.z in medio medium. Sed nihil si cōtingit augmentabit aut alterabit sicut et in graui

¶ Ista est secūda pars huius capituli.in qua pbus idem facit in alijs motib⁹ dicens.ꝙ eodem modo dicendum est de alteratione z augmento. In omni em̄ augmentatōne est aliquid quidem augens z aliquid quod augetur.et in aliquanto tempore.z fm aliquam determinatam quantitatem auget augens z augetur auctum. sicut dictū est de motu locali. Similiter autē est in alteratione.quia in omni alteratione oportet ꝙ sit aliquid alterans z aliquid alteratum.z ibi est quantitas intensiua fm ꝙ magis z minus alterata eē cognoscūtur.z hec alteratio est in aliquo tempore determinato. His igitur suppositis tam in augmentatione cꝫ in alteratione sicut in loci mutatiōe potest fieri proportio que in loci mutatione habita ē. Nam si alterans alterat alteratum tantum in tanto tempore.tunc idem alterans alterabit medietatem alterati eiusdem in duplo passionis in eodem tempore. Et si in eodem tēpore alterat totum in toto tempore.tunc in duplo illius tēporis alterabit fm duplū intensionis qualitatis fm quaz alterat.z in medio illius temporis alterat totum fm medietatem intensionis qualitatis.aut etiam alterat in medio tempore medium.hoc est fm medium passionis. aut etiam in equali tempore alterabit tota virtus alterans dimidium alteratum fm duplum passionis quam induxit per alterationem. Quocunqz em̄ modo ponatur virtus alterans augeri super alteratū in tanto tpe poneretur crescere alterationis velocitas z tempus diminui z ecoīs

uerso si diminuatur necesse est velocitatem diminui ⁊ tē/pus augeri. Sed si concessum fuerit ab aliquo ꝙ alterās et augens que quanta sunt augent totum ⁊ alterant in ta li tempore totum. non necesse est propter hoc ꝙ mediū al/terantis virtutis aut agentis totum alteratum in medio illius temporis augeāt aut alterēt. ita ꝙ medium augmē ti ⁊ intensionis sit inductum in medio temporis. sed for/te nihil omnino de ipso augmentabit vel alterabit ꝑm ali quod tempus. sicut dictum est de graui circa proportiōez mobilis localis ad mouens localiter. Sed hoc est verum ꝙ si duo augentia aut alterantia in proportione vna exi/stentia augeāt vel alterent duo proportionabilia sibi ꝑm intensionem aliquam in tempore vno determinato. tunc illa duo coniūctim augentia et alterantia augebūt aut al terabunt coniūctim proportionabiliter sibi respondētib⁹ ꝑm tantūdem in equali tpe. ⁊ tm̄ de ꝓpatōe motuū

Verū regule de mouentium et mobilium comparatione a pho assignate sint vere.

¶ Et videtur primo ꝙ non. Nam si aliquis posset por/tare duas libras per vnum miliare vna hora non opor/tet ꝙ possit portare vnam libram in eodem tempore per duo miliaria. ergo non oportet ꝙ si mouens moueat ali/quod mobile per aliquod tempus ⁊ per aliquod spacium ꝙ moueat medietatem mobilis per duplex spacium. ⁊ p consequēs prima regula non est vera ¶ Secundo ar/guitur contra secūdam. quia si aliquis posset proijcere la pidem per aliquod spacium in aliquo tempore non opor tet ipsum proijcere medietatem lapidis per equale spaci/um in medietate temporis. quia quandocz stat ꝙ aliquis non possit proijcere paruum lapidem. sed melius possit maiorem proijcere. ergo. ¶ Tercio sic. si aliquod mouēs moueat aliquod mobile non oportet medietatem ei⁹ mo uere medietatem illius mobilis. ergo. Antecedens pro/batur. qz virtus vnita est fortior seipsa dispersa. ergo non oportet ꝙ cuius totum mouens moueat totuz mobile ꝙ pars eius moueat mobile ¶ Quarto sic. intelligentia est indiuisibilis que est mouēs celum. ergo impossibile est ꝙ medietas eius moueat medietatem celi. ¶ In oppositum est doctrina philosophi in textu ¶ Pro intellectu istius questionis mote ponūtur duo discursus. Quorum maior primi est ista.

¶ Fundātur he regule in proportiōe actiue virtutis mouentis et passiue mobilis Minor. Ad quarum vnitatem requiritur ꝙ mouēs sit simpliciter ⁊ absolute habēs virtutem actiuaz et mobile virtutem dūtaxat passiuam Conclusio. Igitur accipiendo motus naturales et animales in suo esse completo. tunc nō sal/uatur in his barum regularum proportio

¶ Maior patet per phm in textu. comparantez semper virtutem mouentem ad mobile. Et est hec comparatio analogica siue improportia. ⁊ non ꝓpria siue vniuoca. ⁊ ideo non oportet ꝙ virtus actiua mouentis conueniat genere aut specie cum virtute mobilis. sed sufficit habitudo act⁹ et potentie que plus differunt q̄ genere. ⁊ ideo non con/uenit eis comparatio proprie dicta. sed ꝓportio siue analo gia vt dicit phus in textu. ¶ Minor patet. nam si accipi antur mouens ⁊ mobile ꝑm ꝙ virtutibus actiuis ⁊ pas/siuis permiscentur. ita scz ꝙ in mouente non solum sit vir tus actiua. sed etiam passiua. Et similiter in mobili tūc ꝓ pter confusionem virtutum talium non potest seruari de bita proportio mouētis ad mobile. ⁊ ideo he regule non habent veritatem in motu violento animali ⁊ naturali. quando mouentia ⁊ mobilia in talib⁹ motib⁹ sic se habēt ꝙ virtuti actiue permiscetur virtus passiua. ⁊ econtra. In motu eīn naturali mouens plus dominatur mobili in fi/ne q̄ in principio. ⁊ in motu animali plus in medio. et in motu violento plus in principio. ¶ Conclusio patz ex predictis. Et habent se ꝓparatio ⁊ ꝓportio sicut supe/rius ⁊ inferius. Omnis eīn comparatio est proportio nō autem econuerso Nam ad comparationem triplex requi ritur vnitas. scz vnitas speciei specialissime. subiecti. ⁊ sus/ceptiui proximi. Ad ꝓportionem eīn que alio nomine ap/pellatur analogia sufficit vnitas analogie. Maior alterius discursus

¶ Velocitas motus causatur ex victoria mo/uentis supra id quod mouetur Minor. Ve locius eīn est quod plus pertransit in equali tē pore. et equeuelocius quod in equali tempore pertransit equale Conclusio Igitur regu le de mouentium et mobiliuz comparatione a pho assignate sunt vere.

¶ Maior patz. quia quanto mouens plus vicerit mobi/lis resistentiam. tanto minus motus retardatur ⁊ fit ve/locior. vt patz per phm quarto physicoruz in tractatu de vacuo ¶ Minor patz sexto huius ¶ Conclusio sequi tur ex premissis.

Ad obiecta in oppositū

Ad pmū dom est ꝙ interemptōem ꝓsequentis. qz ibi nō fit diuisio totius mobilis ad omnia illa que talem respiciūt ꝓparatōem. cum in tali motu sit resistentia. cū ibi non sit solum due libre. sed etiā corpus animalis qđ est de se gra ue. Et ideo vt iste regule efficaciam habeāt tres ꝓditōes requirūtur. Quarꝝ pma est. ꝙ sub virtute motiua ꝓpre/hendatur omne illud qđ actiue potest ꝓcurrere ad motū sicut sunt raritas ⁊ densitas medij. ⁊ etiā ꝙ nō fiat fatiga tio in mouente sic ꝙ teneat eandē dispōnem ad mouēdū. et ꝙ mobile intelligit omne illud qđ quocūcz modo pōt passiue ꝓcurrere ad motum. Secūda ꝓditio est. ꝙ iste cō ditiones dūtaxat valent ꝑm ꝓmunē rōnem mouentiū ⁊ mobiliū. qz si fiat descensus ad certa mobilia ⁊ mouentia tunc nō habent veritatē. ¶ Tercia est. ꝙ iste regule intelli gūtur de motu agentiū naturaliū. qz agēna volūtaria nō agūt ꝑm vltimū posse. sicut agentia naturalia. ¶ Ad se/cūdum dom est ꝙ ibi non remanet eadem virtus totalis respectu illius motus. qz ꝓiciens nō ꝑt causare tantū im petū ī aere cū paruo lapide sicut cū magno sibi ꝓpozōato ergo non remanet ibi totum illud qđ facit ad velocitatem motus. ¶ Ad terciū dom est. ꝙ quemadmodum dispe gitur virtus mouens ⁊ debilitatur. ita etiaz similiter de bilitatur mobilis resistentia qđ diuidit sicut ꝑtus mouēs ¶ Ad quartū dom est. ꝙ phs hic solū loquitur de mo uentib⁹ naturalib⁹ agentib⁹ ꝑm suū totum posse

Incidunt dubia quor

primū est. Quor sunt species mouentium. Solutio tres. Quedā em̄ sunt que mouēt que nec sunt corpora nec virtutes corporales siue virtutes in corpore sicut dixerūt peripatetici. et sunt illi motores indiuisibiles q̄ nō multiplicantur q̄titate corporis multiplicata. nec diminuunt q̄titate diminuta per se vel per accidens sicut intelligentie mouent celestia. et corpus humanū quod monetur ab intellectu. q̄dam aūt sunt mouentia q̄ non sunt corpora sed tm̄ sunt virtutes corporales. hoc est que crescunt et decrescunt multiplicata materia sua propria t diminuta. sicut est grauitas leuitas t hmōi. Alia mouentia sunt corpa que tantū mouēt p virtutes corporales in eis existentes. sicut talentū plūbi mouet brachiū libre p grauitatem q̄ est in eo. De mouentib⁹ em̄ primo modo dictis nō est ad ꝓpositum sed in fine octaui huius de eis venit dom̄ sz de mouentib⁹ secūdo et tertio modis dicēdum est in ꝓparatōe ad sua mobilia q̄m̄ que sic mouent diuidi possunt sicut t ipa que mouentur ab ipsis. et ideo cōparationes que hic facte sunt nō habent locū in motoribus celorum.

Secūdum dubium est.

An ꝓportio velocitatis in motib⁹ sumak penes ꝓportionē potentiarū motiuarū aut penes resistentiam mobilis Et videk q̄ ꝓportio velocitatz sumak penes ꝓportionē potentiarum motiuarū. Nam proportio effectuum sumitur penes suarū causarum ꝓportiōem potētia em̄ motiua est causa velocitatis motus. igitur ex ꝓportione virtutū mouentiū sumitur ꝓportio in motibus. Secundo arguik q̄ sumitur penes mobilis resistentiam. Nam dicitur in quarto huius q̄ talis sit proportio velocitatz in motibus qualis est ꝓportio medij ad mediū. a medio autem sumitur resistentia in motu. ergo ex proportione resistentiarū attēditur ꝓportio velocitatis in motibus.

Solutio q̄ duob⁹ modis accipitur ꝓportio. vno modo cōmuniter et sic est duorū cōparatorū in aliquo habitudo Alio modo accipitur ꝓprie t sic est duarū q̄titatū eiusdem generis penes equale t inequale habitudo Et hec diuiditur in proportionē rationalem t irrationalem Rationalis que est inter q̄titates conmēsurabiles. Et irrationalis que est inter quātitates nō cōmensurabiles Dicuntur em̄ q̄titates cōmensurabiles due quātitates inter se habentes vnā mensuram cōmunē qua queliber mēsurari potest. sicut duodenarius t nouem habent ternarū. Et incōmēsurabiles dicuntur que nō habent aliquā mensuram cōmunē qua possunt ad inuicem conmensurari vt diameter t costa quadrati. Et sic dicendum est ad quesitum q̄ proportio velocitatis in motu non sumitur penes ꝓportiōem potētiarum motiuarum absolute Nec penes resistētiam potētiarū. Nec penes ꝓportionem excessuum potentiarū attenditur ꝓportio velocitatis in motibus sed attēditur penes proportionem excessus mouētis supra mobile. Primū patet sz q̄ ꝓportio velocitatis in motu nō sumitur penes ꝓportionem potētiarū motiuarū absolute. Nam si accipiak virtus mouēs que potest mouere octo libras t alia que potest mouere quatuor. et prima applicetur ad septē et alia ad quatuor. tunc illi motus nō se habebunt in proportione dupla in velocitate t tamen potentie motiue se habēt in proportiōe dupla. igitur penes proportionem illarum virtutū absolute nō sumitur ꝓportio velocitatum ipsius motus. Secūdū patet sz q̄ ꝓportio velocitatū in motibus nō attenditur solum penes resistentiā potētiarū. qa si accipiantur octo libre ad virtutem que pōt in octo et quatuor ad illam que potest in quatuor tūc ille resistentie se habebunt in proportione dupla t tamē illi motꝰ fm̄ velocitatem non se habebunt in proportione dupla imo magis erūt equalis velocitatis. igik penes proportionem illarū potētiarum tm̄ non attenditur proportio velocitatis in motib⁹ Tertiū pz sz q̄ penes ꝓportiōem excessuū potētiarū nō attēdik ꝓportio velocitatz in motibus. quia si virtus potēs mouere octo applicetur ad sex tunc illi duo excessus potentiarū motiuarū se habent in ꝓportione dupla. et tamē velocitas motuū non erit in ꝓportione dupla. sed virtus ibi est excessus in vno velocius mouebit q̄ illa q̄ excedit in duobus. Igitur relinquitur quartum. Cuius ratio est qa quāto ꝓportio virtutis motiue supra resistentiaz mobilis est maior. tanto mouens velocius mouet et fortius. et quanto est minor excessus virtutis mouentis supra mobile tanto tardius mouet. igitur fm̄ illam ꝓportōnem excessuū virtutū ad resistentiā sumitur proportio velocitatū in motibus Et hoc dūtaxat intelligik in motib⁹ naturalibus qui fiunt ab agente naturali per volūtatē quia in talibus quādoq̄ fit motus velocior aut tardior manēte eode excessu virtutis mouentis supra mobilis resistentiam Ad obiecta in oppositū Ad primū dom̄ est. q̄ ꝓportio effectuū sumik fm̄ ꝓportōnem suarū causarū totaliū et vniuocarū q̄n virtus mouens nō est totalis causa respectu velocitatis motꝰ maioris aut minoris. sed requirik causa materialis cōcurrens ad illum effectum que diuersimode se potest habere ad causam efficientem. licet sit totalis causa efficiens. vt dictum est supra. Ad secūdū dicēdum est q̄ phūs quarto huius nō intelligit q̄ illa ꝓportio motuū sumatur ex parte mediorum absolute. sed ex pte mediorum supposita proportione excessus mouentium supra mobilia.

¶ Finitur septimus physicorum

¶ Incipit octauus physicorum Aresto.

Truz autem factus sit aliquando motus. cuz non esset prius. et corrūpik iterum. sic q̄ moueri nihil sit. aut neqz factus est. neqz corrūpitur sed erat semper et erit. et erit hoc imortale: et sine quiete existit in his que sunt. vt vita quedaz ens natura oibus subsistentibus.

¶ Iste est octauus et vltim⁹ liber phyſicoz in quo phūs determinat de pmo motu t pmo motore Et diuidit in q̄tuor tractatꝰ. In quoz pmo determinak q̄ motꝰ nūq̄ naturaliter incepit et nunq̄ desinet In secundo tractatu

ostendit primū motum specialiter non incepisse sed esse perpetuum et primū motorem esse immobilē. ibi primū aūt considerationis. In tertio ostendit quid et qualis sit primus motus. ibi. At vero aliquid facientes. In quarto ostendit que sunt proprietates et cōditōnes primi motoris. ibi. Oē aūt necesse ē. Primꝰ tractatus in quatuor diuidit capitula in quorū primo phūs mouet dubitationem de motus perpetuitate circa hoc recitando opiniones antiquorū. et de hoc cōsiderare multū est vtile non solum ad cognoscendū naturas rerū sed etiaz ad ꝯgnoscendū oīm rerū principiū primuz. In secundo phūs probat motū naturaliter nō habere principium et finem siue durationis. ibi Incipiemus autem. In tertio phs reprehendit antiquos diuersimode locutos de inceptione motus et mūdi. ibi. Sed non aliquando quod erat. In quarto soluit aliquas ratōnes propter quas videtur motus incepisse. ibi. Ocontraria aūt his. Primum capitulū diuiditur in duas partes. In quarū prima mouet vnam dubitatōnem. In secūda recitat opiniones antiquorū. ibi esse quidē igit Quantū igitur ad primam partē mouet hanc questionem. An motus aliquando sit factus aut generatus. ita ꝙ nō essz ante hoc in aliquo tēpore preterito id est ꝙ aliqō fuerit tempus preterituz in quo omnino nō esset motus in aliqua parte mundi. ita ꝙ primus motus qui est causa omnis motus tūc nō fuerit. aut motꝰ desinet aliquādo siue corrūpetur ita ꝙ residuum sit aliquod futurum tēpus in quo nihil moueri cōtingit oīno. eo ꝙ duraturus sit primus motus qui est causa oīnis motus in omnib⁹ mūdi partib⁹. aut oppositū istius questionis pro vtraq; parte sit verū scz ꝙ motus neq; factus est siue generatꝰ in aliquo tempore preterito. neq; corrūpetur in aliquo futuro sed erat semper ꝑm oīne preteritū tempus. et erit semp in oīni futuro. ita ꝙ aliquis motus continuus ꝑm oīne tempus ineſt entibus que ꝑm naturā sunt. vt īmortalis et inquietus. sicut vita ineſt his que subsistūt ꝑm naturam. Nā sicut in viuis est anima cuius actus cōtinuus in corpus est vita et non existēte anima nō existit in animalib⁹ vita. ita et motus vnius continuus et inquietus causa est influens omnibus transmutabilib⁹ continuitatem z inquietudinem per hoc ꝙ ipse primus motus immobilis ex suo motore. et inquetus ex simplicitate sui mobilis et incorruptibilitate.

Esse quidē igitur motum oīnes affirmant. de natura aliquid dicentes propter hoc ꝙ mūdum faciunt. et de generatōe et corruptōe esse oportet considerationem omnib⁹ ipis quā impossibile est esse nisi sit motus

¶ Ista est secūda pars huius capitulī in qua phūs recitat opiniones antiquorū vt veritas magis luceſcat. z primo in generali dicens. ꝙ oīnes illi phylosophi qui de natura naturaliter aliqd dixerūt affirmant motum esse. ꝯa ipi dicunt mūdū fieri siue generari. et dicūt omnib⁹ mūdis qui successiue fiunt ita ꝙ ex corruptione vnius sit generatio alterius ineſt consideratio de generatōne z corruptōne mūdorū. Impossibile em est generatōem z corruptionem esse nisi sit motus. quia generatio et corruptio sunt motus aut non sine motu. vt in prehabitis est ostensum. et sic ipsum motum esse presuppomit in scientia naturali

Sed quāti quidē infinitos mundos dicunt esse et quosdam quide fieri. quosdā aūt corrūpi. mūdorum semp dicūt esse motū. necessariū enim generationes et corruptōnes cum motu esse ipsorum.

¶ Hic phūs tangit diuersitatem illorū antiquorū ponēntium mundū fieri. vnde quidam phyloſophi quāri hoc est famosi posuerūt mūdos infinitos successiue generari siue fieri. ita ꝙ fiant quidam et quidam corrūpātur. cuz generatio vnius sit corruptio alterius sicut patet in simplicibus mūdi partib⁹ que sunt elementa. ꝯa corruptio vnius illorum cōtinue constituit generationem alterius Dicūt em esse perpetuū motū in genere z nō in numero aliquem esse perpetuum. et hoc est ꝙ perpetua sit motuuz successio z non vnius in individuo motus sit perpetuus. ꝯa isti dicūt semp esse motum. eo ꝙ necessariuz est generationes z corruptiones mūdorū esse cum motu. et generatōes z corruptōnes mūdorū per successionem sunt semper et perpetue.

Quicunq; autē vnū et nō esse semper et de motu apponūt ꝑm rationem. Si igitur cōtingit aliquādo moueri dupliciter necesse est hoc accidere. Aut em sicut anaxagoras dicit. inquit em ille simul oīnibus existentibus et quiescentibus in infinito tēpore motū facere intellectū et disgregasse Aut em sicut Empedocles in parte moueri et iterum quiescere. Moueri quidem cū amicicia ex multis faciat vnuz. aut discordia multa ex vno. Quiescere autē in medijs tpibus dicens sic. in quātū quidē ex pluribus vnum didicit nasci. inquātuz iterū ex vno geminato plurima perficiunt. Sic q; fiunt res ꝙ et nullo modo ipsius est seculū vnū Sic aūt permutātur. neq; simul perficiūtur. Sic autez semper sunt imobiles ꝑm circulum. Hoc em quod sic permutatur ab hinc inde dicere ipsuz opinandum est.

¶ Hic phūs ponit opinionem cōtrariā dicens. ꝙ quidam ponebāt solū vnū esse mūdum z hunc nō esse semp in omi tēpore ꝑterito. z illi dicūt de motu ꝑm eādē rōem ꝙ scz motus non fuit semp in omni preterito. z iste fuit Plato qui dixit mūdū incepisse in preterito et tempus incepisse cū ipso Quocūq; aūt modo dicta phyloſopho rum varientur circa motus perpetuitatē. tamen ad duos modos in cōmuni dicta corū reducūtur qui dicunt motum aliquando nō fuisse. et aliquādo non esse futurum. quia si motus aliquando nō fuit z incepit cū non fuerit hoc contingit dupliciter. aut ꝑm modum quē dixit anaxagoras italicus. aūt ꝑm modum quē dixit empedocles Inquit em anaxagoras ꝙ ꝑmo omib⁹ homogeneis simul existentibus in permixto illo in quo simul omnium forme latebant cuius actu essent et quiescentibus. hoc est sine motu existentibus in illo intellectus actuus; practicus et impermixtus facit moueri hoc mixtuz per

hoc quod ipse disgregauit latentia in ipso. et fecit exire in apertum per hoc q plura vnius rationis existentia dominari in aliquo vno ipsorum inceperunt. Istum autem intellectum intellexit esse intelligentiam que formis idealibus agit vnumquodq; de occulto in apertum producens Produxit autem intellectus illas res formatas postquam per infinitum tempus quieuerāt in eo quod dicitur latentia t hec fuerūt omia homogenia congregata. et tēpus infinitū esse dixit qđ ponitur ex infinitis t hoc infinitum actu esse dicebat t fine carere qđē in preterito sed non in futuro in quo dixit incipere motū. Nō ei potuisz dixisse q incipet mot⁹ si posuisz tēpus fm vtrūq; sz p̄teritū et futurū eē infinitū Et iste fuit intellect⁹ anaxagore. vt inquit dñs Alter. t patz ex his q̄ dicta sunt i sexto physicorū. ibi em dictū est. q nō est possibile ymaginari aliq̄d infinitū eē fm vtrūq; terminū Empe. aūt dixit incipe motū i pte tpis finita fm vtrūq; finē et iteruz post motū illū in alia pte tpis incipe quiete. Moueri em dixit empedocles q̄n amicicia vūs ex multis disgregatis in multas formas corrūpēdo facit vnū mixtū ex oibus hoc est cum oia p̄ticularia generata reducūtur ad vnū materiale mixtū ex oibus. iterū āt dicit incipere motum q̄n discordia vūs ex vno mixto materiali p̄ducit p̄ticularia generata. sed quiescere dicit res in medijs tpibus. cū em oia congregantur in vnū materiale mixtum p amicicia nō statim post congregationē pfectā incipit discordia p̄ducere ea in disparitatē generatoz. sed quiescunt i mixto aliquo tpe Eodē aūt modo cum discordia eduxerit generata in disparitatē formaz nō statim reducit ea amicicia. sed quiescūt aliquo tpe. t ita sunt duo tēpora quietis t duo tpa motus fm empedoclē. Qđ aūt induxit empedoclem ad hoc dōm q̄d dixit de amicicia t lite fuit q̄z didicerat q ex pluribz aptum natum est fieri vnū p resolutionem. et iterū ex vno geminato p formas et distincte didicerat fieri plura p cōpositōem. Sic em fiunt res t pficiunt. hoc aūt q̄d dictū est nullo modo p̄t eē ppetuū fm vnū modū siue ille sit congregatōis siue disgregationis. sz potius sic p̄mutantur ad inuicē t non pficiuntur hec simul. sed potius sp sic sunt mobiles fm circulum. q̄z congregatio causat disgregatōem p viam resolutionis multorū ad vnū. t ꝫ mō voluunt hec ad inuicē vñ absq; dubio opinandū est q empedo. sic dixit p̄ter hoc. q res huius mūdi. ad inuicē vidit p̄mutari. t ideo etiā iste nō dixit vnū motū esse eternuz. sed potius duos sibi sic succedentes continue.

Considerandū igitur de hoc qūo se habet pre opere em est non solum ad nature considerationem scire veritatem. sed ad scientiā de p̄incipio primo.

¶ Nic phs ostēdit necessitatē terminandi q̄stionē motā dicēs. q scire veritatē illius questionis nō est solū necessariū ad absolutā cōsideratiōem de rebus naturalibus. sed etiam ad sciēdum p̄mū p̄incipium. quia ip̄m nō ē cognoscibile a nobis nisi ex posterioribz se. t etiam metaphysicus in hoc p̄mū motum ppetuum a physico accipiens per motum p̄obat motore esse. quia ille non cognoscitur sub ratione qua primus motor est. nisi ex ipso primo motu

Incipiemus aūt primū ex definitis a nobis in physicis p̄ius Dicimus aūt motū esse entelechiam id est actum mobilis fm q mobile. Necesse ergo existere res possibiles moueri fm vnūquēq; motum. Et sine aūt motus definitione omnis vtiq; confitebitur necessarium esse moueri possibile moueri fm vnūquēq; motum. vt alterari alterabile. ferri aūt fm locum mutabile. Quare p̄ius oportet eē cōbustibile q̄z cōburere et cōbustiuū q̄z cōburere.

¶ Istud est secūdū caplm in quo phs p̄bat motū naturaliter non habere p̄incipiuz t finē siue duratōnis duabz rationibus t fm hoc diuidit p̄sens caplm in duas p̄tes quarū p̄ima sumit ex pte mouētiū et mobiliū. aī tamē illam rationē ponit vnā suppositionē. et sēda sumit ex p̄te tēporis. ibi. Adhuc aūt p̄ius et posterius. t aī illam remouet vnā tacitā q̄stionez ibi. alia quidē em. Suppositio aūt est. q ante oēm motum necesse est esse motiuū et mobile. t illa est manifesta ex his que de motu dicta sūt. cum mot⁹ sit entelechia hoc est pfectio mobilis siue eius qđ mouetur fm q mouet. Cū autē pfectio nō sit nisi in eo quod pficitur. igitur necessariū est esse ea q̄ possibile est moueri cuz ipsa sint subiecta motus fm quēlibet motum aut quietē. et hoc etiam sine resumpta definitione motus quilibet cōcedit t fatetur. quia per se notum est. q perfectio non est nisi in perfecto. et ideo ad hoc q motus sit necesse est esse mobile qđ mouetur motu illo qui dicitur esse perfectio ipsius fm quēlibet motum. Nō em alteratur hoc est alteratione mouetur nisi id quod est alterabile fm q alterabile est. nec ferri potest fm locuz nisi illud qđ est fm locū mobile. Sic autem est p eandem rōnem de mouente. quia motus etiam actus mouentis. licet aliter sit actus mobilis t aliter actus mouentis. et ideo sicut motu existente necesse est mouens esse. cuz mouens et mobile sint p̄incipia motus p̄ius natura vel tēpore vel vtroq; modo. necesse est esse motiuuz et mobile p̄ius q̄z motum. sicut cōbustibile p̄ius esse necesse est q̄z motū cōbustionis qui est cōburere. et per eandem rationem necesse est cōbustiuum esse p̄ius q̄z comburere. Hoc aūt dupliciter est. q̄a in omnib⁹ motibus qui sunt ad formam sicut est augmentum diminutio t alteratio. oportet q mobile sit ante motum fm duplicem potētiā. Quarū vna est ad esse. et altera ad motum. q̄a nō augetur nisi quod possibile est augeri. t nō alteratur nisi qđ possibile est alterari. t ante hāc potētiam oportuit illud quod augetur t alteratur esse. Non aūt est nec possibile fuit ip̄m esse si ipsum esse incepit eo q oīne qđ incepit esse a potentia essendi procedit ad actum. In motu autē locali id quod est fm formam substantialem statim operatur motum nisi aliquid sit quod p̄hibeat et ideo id quod mouetur localiter nō est p̄imo t postea mouetur localiter. sed statim localiter mouetur si nihil fuerit p̄hibens motum eius. ¶ Ex his omnib⁹ patet. q si motus localis qui est causa omniū motuum est perpetuus tūc etiam id qđ mouet est perpetuū fm substantiā et id quod mouetur est perpetuū

Ergo et hoc necessariū est aut facta aliquā do esse cū non essent aut perpetua esse. Si quidem igitur factū est mobiliū vnūq̄dq; necessa-

rium est prius accepta aliam mutatõem factã esse et motum fm q factũ est possibile motu eẽ aut moueri. Si aũt q̃ sunt preerãt semp motu nõ existente irrationabile quidem videt et ab inscientibus. Atuero sed amplius magis ingredientibus hoc necessariũ est accidere. Si ei alijs q̃dẽ mobilibꝫ exĩtibꝫ alijs motiuis aliquãdo quidem erit aliqꝺ primũ mouens Hoc aũt quod mouetur. aliquãdo quidem nihil sed quiescit oportet hoc mutari prius. Erat enim aliquid causa q̃etis. quies eñ ꝓuatio motus est. Quare ante primam mutationem erit mutatio prior.

¶ Hic phs ostendit ꝓpositum suum ex ꝓtemouentis et mobilis Nam si motus inceperit. aut ergo incepit ꝑ hoc q facta aliq̃ essent cũ nõ essent hoc est q mouens et mobile inceperũt de nouo. aut per hoc q mouens et mobile fuerunt ꝑpetua. Non potest dici primum q: scz oportuit prius fieri vnũc ꝺq̃ mobilũ ante suũ motum cũ mobile ponatur non esse tunc oportuit facturam illi⁹ mobilis esse fm processum de potentia ad actum sz factura illa generatio est. ergo generatio fuit ante illũ motũ qui ꝑ hypothesim positus fuit esse primus. Est aũt generatio finis motus. igit ante generatõem est motus. ergo etiam ante generationem primi mobilis est motus. igit etiam motus est ante primũ motuz qꝺ est impossibile. et per consequens nõ fuit causa q motus non esset semper in omni preterito tpe q oporteret primuz mobile prius generari in esse et postea moueri. ꝺa absq̃ dubio seq̃ret q quedam mutatio esset ante illaz que est accepta q sit prius omni motu fm quam mutatõnem factũ est id qꝺ mouetur primo motu qꝺ est impossibile et non intelligibile. Non potest dici scõm scz q mouẽs et mobile erãt in omni tẽpore preterito. ita tamẽ q nõ existebat motus quia sic mouens nõ moueret mobile ꝓpter aliquam dispositõem in altero aut in vtroq̃ inuentã qꝺ impediuit ne mouẽs moueret aut mobile moueret. z h̃ in ꝓmo motore et primo mobili sz hoc inscientibꝫ z imperitis videtur irrõabile. eo q ꝓmũ mouẽs et primũ mobile nõ pñt talibꝫ impedimentis subiacere. Etiam vulgus hoc dicit Et subiũgit phs. q si aliquis ꝑ subtiles rões magis ingrediat ꝯsiderãdo ꝓprietates primi motoris z primi mobilis tũc necessariũ est q illi magz videat irrõabile ꝺ qꝺ dictũ est. Si eñ dicatur q in primis z ꝑpetuis q̃dã fuerũt mobilia fm substantiam existentia et alia fuerunt mouentia existentia fm substantiã et eñ nõ erat motus. eo q impedimentũ erat mouendi in mouente vel mobili vel in vtroq̃. z tunc aliq̃ primũ mouens est mouens et aliq̃ non. et primũ mobile aliq̃ mouetur z aliquãdo nõ. sicut dixerũt anaxagoras et empedo. q aliq̃ ẽ mot⁹ et aliq̃ q̃es. tũc añ̃q̃ mouẽs moueat et mobile moueat vel vtrũq̃ disponat ad alterũ z accedit ad ipsum. oportet mutari per alterationẽ primũ mouẽs vel primũ mobile. vel vtrũq̃. oportuit eñ si aliquãdo mouit z aliq̃ nõ q aliqua fuit causa quietis Cũ aũt quies sit ꝓuatio motus oportuit q ante hãc quietẽ fuerit mot⁹. ergo ãte illum qui positus est esse prim⁹ mot⁹ esset alius motus ꝺ hoc est impossibile qz nulla causa esse pt q prima cã nõ sp moueremisi moueret aliq̃d ad q̃etẽ. et tunc oporteret illam dispositõem tolli per motum alteratõnis. sed alteratio nõ potest esse primus motus. vt patebit inferi⁹. ergo oportet aliũ motũ localẽ esse cãm huius alteratõis. et sic est aliquis motus localis prior motu locali primo q̃ hoc iterũ est impossibile.

Alia quidem eñ mouent singulariter alia aũt nõ et fm contrarios motus vt ignis quidẽ calefacit. frigefacit aũt nõ. Scientia aũt videtur contrariorũ esse vna. Videtur igitur et ibi aliquid esse simili modo frigidũ eñ calefacit cõuersum quodãmodo et abscondẽs. sicut et peccat voluntarius sciens quãdo ecõtrario vtitur scientia. Si igitur quecũq̃ sunt possibilia sunt facere aut pati. aut mouere aut moueri Hec ãt moueri nõ penitus possibilia sunt. sed sic se habentia et proxima alterutris sunt. Quare cum proximantur aliud mouet. aliud autem mouetur cum sint. vt sit hoc quidem motiuum illud vero mobile.

¶ Hic phylosophus remouet vnam obiectionem prẽdicte ratõni contrariam dicens. q duplicia sunt agentia Quedam sunt agentia que agunt et mouent singulariter hoc est ad vnum tm̃. sicut agentia naturalia. Alia eñ agunt et mouent fm contrarios motus. vt agentia per voluntatem z intellectũ. potentie eñ naturales non agunt nisi vnum. eo q natura est ad vnum tm̃. sicut ignis calore suo non nisi calefacit et nunq̃ infrigidat quãdo agit essentialem operatõem. Nix aũt infrigidat z nũq̃ calefacit eẽntiali actõne. Sz potẽtie rõales z ꝓphetice siue generaliter que sunt potẽtie anime ratõalis z sensibilis sicut scientia et rõ z hmõi sunt actiue cõtrariorũ. Ex empli gratia vnus et idem medicus per suam scientiam medicinalem potest interficere aut sanare. Et ideo ꝺa primũ agens est agens per intellectum et voluntatem. ideo ipm potest esse causa motus noui z quietis precedentis. et sic non oportuit remoueri causam quietis anteqũ inciperet motus cũ eadem esset causa motus z quietis. Sed ad istam obiectionem dicit phs in textu. ibi videtur igitur. q aliquo modo videtur esse simile de agẽtibus potẽtia naturali z ratõnali que dicuntur apprehẽsiue. Simile quidem aliquãdo est q vtraq̃ quandoq̃ est actiua cõtrariorũ. ꝺa frigidum aliquãdo calefacit per accidẽs. quãdo accipitur vt cõuersum z propellens z excellens ante se calidum circũstans et ambiens ipsum et cõstringens in vnũ locum in centro rei infrigiditate qꝺ dicitur fieri per antiparistasim. qũo ventres in hyeme et vere propter circũdans frigus loci et temporis sunt calidiores cuius istud sit per accidens sicut sciens per se recte cõsiderat tamẽ voluntarius peccat aliquando. quando non operatur fm eandẽ scientiam que est in ipso sed ab ipsa reuertitur z vtitur ea ad cõtrariũ. Dissimile quidem est quia agens naturale nõ agit per se nisi alterũ cõtrariorũ. sed agẽs voluntariũ potest per se z directe agere vtrumq̃ licet ꝓncipaliꝰ inmatum sit ei agere vnũ q̃ agere alterũ. Sed de his nihil ad presens nisi tãtũ q agẽtia naturalia ad vnũ sunt. z agẽtia volũtarie et ꝑpoi

siue ad opposita t illa q̄ sunt agētia naturalia nō pñt esse causa motus et q̄etis nisi mutent̄ p diuersas dispōnes. fm quas aliq̄n mouēt et aliq̄n non mouent. Illa enim que agunt per ꝯgnitōem vt videt̄ p̄o libito agūt t sunt aliquādo causa motus t aliq̄n causa q̄etis. eo q̄ in ipis est quiescere t moueri p̄ volūtatis arbitrio. Sed tamē hoc verum est. q̄ in illis oportet esse diuersas ꝯceptiones. si aliq̄n deberēt mouere t aliquādo non mouere. ꝯa vna nūero et eodem modo cōceptione manente non erit animal cā motus t quietis. Neq̄ manente vno numero appetitu fm speciē q̄ mouet appetitus. Diuersarum aūt conceptionum t appetituū cā est id qđ occurrit i varietate rēporis t motus pfecti per corpus. igit̄ aīa reno/uationem ꝯceptōnuz t appetituū erit motus in tempore t a corpore. Et ideo dicit p̄bus q̄ quecūq̄ siue animalia siue naturalia possibilia sunt mouere t moueri facere et pati. nō penit⁹ neq̄ omnīmodo sunt possibilia sicut mouere t moueri et facere et pati. sed oportet ea esse dispōsita t sic se habere. t p̄ma t ímediata eē. t sibi fieri quādo mouere t moueri incipiunt. Cum aūt hec nō mouerēt t mouerentur sicut necesse dicere habet q̄ motum nō dicit esse perpetuum tunc per alterationem fm dispōnes illas efficitur vnū motiū ū et alterum mobile et per illam alterationem inerit eis tanq̄ hoc sit mouens fm actum et alterū motum fm actum

Si igitur nō sp mouebatur manifestum est q̄ nō se habebant sicut nūc possibilia hoc quidem mouere illud vero moueri. sz oportuit mutari alterū illoꝝ Necesse em̄ in his que sunt ad aliquid hoc accidere: vt si cū nō sit duplum nunc aūt est duplū mutari. sz nō vtraq̄ alteruz. Erit ergo quedā p̄ior mutatio p̄ma

¶ Nic p̄bus ꝯfirmat solutionem positam dicēs. si dicatur q̄ motus nō semp fuerit t tamen mouēs et mobile semp fuerūt. tūc oportet dicere q̄ mouēs et mobile non semp sic se hñt vt sufficienter dispōsita ad hoc q̄ vnū sit mouēs et alterū sit mobile fm actum. ita sc̄z q̄ vnum sit nūc actu mouēs et alterū sit nūc actu motum. tūc manifestū ē q̄ incepit mot⁹ fm actum q̄ oportuit mutari fm dispōnes illas mouēs t motum vel alterum eoꝝ. et tūc fm rationem p̄dictam oportebit motum esse aī p̄imum motū. Preterea mouens t mobile fm actū accepta dicūtur ad aliq̄d. ea vero q̄ sunt ad aliquid necesse est aliquo modo mutata vel ad mín⁹ necesse est alterū eoꝝ aliter se habere q̄ p̄ius et mutari. Si igit̄ mouēs nō sp mouit fm actū t mobile nō sp fuit motuz. necesse est q̄ facta sunt mouentia et mota p trāsmutatōem q̄ mouēs aliter se habet q̄ mouet. et sic sequeret̄ q̄ ante p̄mū motum esset mutatio p̄ior. et si est mutatio ante p̄imū motum tunc etiā erit motus ante p̄imum motum qui est causa illius mutationis.

Adhuc aūt p̄ius et posterius q̄o erūt tpe nō existente. Aut tempus nō sit motus Si igitur tempus nūerus motus aut motus q̄dā Si quidem tempus sp est. et motū necesse est ppetuum esse. Atuero de tpe extra vnū cōcorditer habentes videntur oēs Ingenitū em̄ esse dicunt et propter hoc democritus demōstrat tā/q̄ impossibilia oīa esse facta. impossibile em̄ est tēpus factū esse plato aūt tēpus generatū/lus. Simul em̄ cū celo factum esse celum autē factū esse dicit

¶ Ista est secūda pars capīs in qua p̄bs ꝓbat motū naturaliter nō habere p̄ncipiū t finē sue durationis ex pretxpis. autoritate et rōne. p̄mittēdo duo suppositā Quoꝝ p̄imū est. q̄ p̄ius et posterius nō pñt esse in reb⁹ nisi sit tempus. q̄z p̄ius et posterius p̄imo sunt in tpe. Et in reb⁹ nō motis nō videtur eē p̄ius et posterius nisi ex hoc q̄ ponitur tempus circa res illas. In reb⁹ aūt que mouentur sunt p̄ius et posterius per se. et ex hoc verificat̄ q̄ vbicūq̄ p̄ius et posterius p̄o/pe dicunt̄ q̄ ibi est tēpus. sed vbicūq̄ ponit̄ aliquid incipere illud est nunc et nō fuit p̄ius. igitur in oīm nouo qđ incipit ponit̄ p̄ius et posterius. et p ꝓsequēs tēpus fuit aī ipm in quo ipm nō fuit. et tempus fuit posterius illo in quo ipm nō fuit. et tēpus fuit posterius illo in quo ipm fuit. et incepit sēcūdū q̄ tempus nō pōt esse nisi motus sit. ꝺa tēpus est nūerus motus. vt patuit quarto huius et est quid ipi⁹ cū sit eius p̄ria passio igitur si tēpus est ꝑpetuū. q̄ et p̄ria ei⁹ passio q̄ nō est sine eo cui⁹ est p̄ria passio. Istis suppositis ꝓbat intētū suū autoritate t rōne. Autoritate. q̄z oēs p̄hi vno dēpto. Dixerunt tēpus sp fuisse et nūq̄ incepisse intantū q̄ vnus eoꝝ noie democritus culpauit oēs q̄ dixerūt q̄ oīa inceperūt aliq̄n et nō sp fuerūt sicut dixit anaxagoras et empedocles. et institit eis per tēpus qđ dixit impossibile esse q̄ sit factuz et in hoc erat mirū de antiquis. q̄z viderūt bñ tēpus sp fuisse sz nō motum. cū tñ tēpus sit nūerus motus oīs vel cuiusdam. et hoc ideo fuit. q̄z non viderūt ꝑfecte p̄riū subiectū temporis. sz acceperūt ipm ꝓut omnes res tales sunt in tē/pore sicut in quodā nūero. et non retulerunt ipm ad aliq̄d subiectū vnū. Ille aūt vnus qui dixit tēpus incepisse plato est. et ille vidit bñ q̄ erat passio motus. t ideo etiā dixit motū incepisse. q̄z dixit q̄ celum incepit esse et moueri et tēpus incepit esse et hec dixit facta ab opifice p̄/mo mundi.

Si igitur impossibile est esse dicere t intelligere tempus sine ipo nūc. nūc aūt est medietas quedam et p̄incipiū et finē habens simul. p̄n/cipiū aūt futuri tpis. finem vero preteriti neces/se semp esse tēpus. Ultimū em̄ finiti accepti tēporis in aliquo ipoz nūc erit. Nihil em̄ est accipere in tpe preter nūc. Quare q̄m̄ est finis et p̄incipiū ipsum nūc. necesse est ipius in vtraq̄ pte semp esse tēpus Atuero si tempus manifestum est. q̄z necesse est et motum esse. Si quidē tempus est passio quidē motus. Eadem autez ratio est. et de eo q̄ corruptibilis sit motus. si/cut de fieri motum accidit p̄iorem quandam esse mutationē. p̄ima sic hic posteriorem posteriori. Non enim simul quiescit. et quod mouet t qđ mobile est qđ cōburit et qđ ꝓbustibile

Contingit em̃ cõbustibile esse quod nõ cõburitur Neq; motiuũ et mouens. et corruptibile igitur indigebit corrũpi cũ corrũpatur. et huiusmodi corruptiuũ iterũ posterius. Corruptio em̃ mutatio quedã est. Si igit̃ hoc ipossibile manifestũ est q̃ est ꝑpetuus motus.

¶ Hic phus probat idem ratione q̃z si tempus incepit tunc incepit in ipo nũc. sed hoc nõ. igit̃ tempus non incepit. Minor patet. Nam certum est ex his q̃ dicta sunt in quarto huius. q̃ impossibile est intelligere tẽpus nisi per intellectum eius quod est nũc siue instans. ſz nũc ẽ finis preteriti. igit̃ ante ipsum est tẽpus preteritum ergo ante tẽpus fuit tẽpus qđ est impossibile. ergo tempus nõ incepit. Oportet em̃ q̃ quicũq; intelligit tps q̃ ad minus intelligat duo nũc inter que est tempus. q̃z q̃ copulat ipsa nũc nõ ꝓcipit tempus vt faciũt dormientes Non aũt intelligitur sicut quedã medietas inter preteritum et futurum hoc est sicut media dr̃ia. sic etiã medium mũdi indiuisibile in quo ꝓtinuant et distinguunt preteritum z futurũ et ideo accipit vt finis p̃teriti z inicium futuri. In toto em̃ tpe nõ est accipere aliquid actu exis nisi nũc et illud nunq̃ stat ꝓpter qđ instantis nomen accipit. z ideo nõ potest bis demonstrari sicut fit in puncto qui permanet z stat in cõtinuo qđ habet ꝓmanẽtiam et positiõem in suis ptib. z non põt intelligi nũc aliquo modo in rõne principij tm̃. z in rõne finis nisi accipiat per modum linee. z sic nõ potest accipi. q̃z sic deficeret tempus. cũ igitur ista sic se habeant. z si tẽpus potest incepisse tũc oporteret q̃ incepisset ialiquo nũc. ſz hoc improbatum est. igitur. Et eadem rõne quia ꝓbatur q̃ motus nõ incepit hoc est. est perpetuꝰ ſm omẽ tẽpus preteritum. ꝓbatur. etiam perpetuo duratur ſm oẽ futurũ ſm Aresto. qui princeps fuit secte peripateticorum. Ipsi em̃ dicunt q̃ motus incorruptibilis sit per eandẽ rõem q̃ ꝓbat esse ingenitꝰ. sicut em̃ sequit ad hoc q̃ si incepit motus in preterito q̃ motus alius precedat motum primũ. ita etiaz sequitur ad hoc q̃ si motus corrũpit. q̃ aliquis erit motus post motũ vltimũ. Et ꝓbatur ex hoc q̃ non sunt hec duo necessaria simul q̃ſtz cessare z quiescere a motu z cessare siue quiescere a mobilitate siue ab aptitudine illa qua natũ est moueri sicut ptz in eo qđ ꝓburit ſm actũ. z q̃ est cõbustibile. q̃ em̃ aliquid cessat a cõbustione ſm actũ nõ ꝓpter hoc necessario cessat vel quiescit a cõbustibilitate. q̃z frequenter inuenitur cõbustibile qđ nõ ꝓburitur. vt dictũ est de mobili. z de eo qđ aptum natum est mouere. q̃z nõ necessario aliquid cessat simul ab actu mouẽdi. ita q̃ nõ moueat. z ab aptitudine mouendi. ita q̃ nõ sit natũ mouere ſm actum ꝓpter aliqđ impedimentũ qđ accidit ei extrinsecus in seaut in eo qđ debet moueri ab ipo aut forte i vtroq; igit̃ si motus corrũpatur in aliquo tpe futuro q̃ hoc ꝓuenit altero duorũ modorũ. ſcz q̃z mouens et mobile aut alterũ ipsorũ corrũpitur. vel q̃z sunt ꝑpetua. z tm̃ non mouebunt aliquãdo. Si em̃ dicatur q̃ corrumpit̃ mobile aut mouens aut vtroq; ipoꝝ. tũc optet corruptiõem eorum esse post motus cessationem. sed corruptio est finis motꝰ igitur motꝰ erit cuius finis est corruptio post vltimum motũ. et oportet q̃ in illo motu aliq̃d sit mouens ad corruptiõem z hoc vocatur corrumpens. q̃ erit mobile aliquid z mouens z motũ post vltimũ motũ qđ non ẽ intelligibile. q̃z in illo genere potest intelligi q̃ aliquid sit post vltimũ. si igit̃ hoc est ipossibile. tũc manifestum est q̃ ex pte illa motus est ꝑpetuus

Vtrũ efficaciter demõstrat phylosophꝰ q̃ nõ icepit nec desinet motꝰ.

Et videtur q̃ nõ. Nam si essent demonstratiões certe tunc verũ concluderent iuxta sniam phi ꝓmo posterioꝝ hoc aũt esse nõ potest. q̃z cõcludũt cõtra fidem catholicã ponentem motũ incepisse cũ tpe z postea desinere Secũda oĩe illud qđ claudit̃ inter duos terminos finitos est finitum. ois em̃ motus inter duos clauditur terminos cũ ois motꝰ sit de quodam in q̃ddam. q̃ oĩis motus est finitus. z per ꝓsequẽs nõ est ꝑpetuus Tertio sicut est in minori mũdo scz in aiali sic apparet esse in maiori mũdo. q̃z ꝓueniunt in hoc q̃ vtrũq; mouet a principio intrinseco. sed in minori mũdo post vlem quietẽ põt incipere motus. igit̃ in toto vniuerso. Minor patet. q̃a animalia post oĩmodã quietem incipiũt moueri a seipis et añ talem motuz nullus fuit motus in ipis. ergo eadez rõne ꝓmũ mobile q̃ mouet seipsum põt aliq̃n incipere moueri z non moueri. z per ꝓsequẽs motus nõ est ꝑpetuus In oppositũ est phs in textu. Pro intellectu istius questionis ponunt duo discursus q̃z maior ꝑmi est.

Ex nature principijs nõ potest demonstrari inceptio aut desitio primi motus Minor De demonstratiões Aresto. stant in limitibus phylosophie naturalis. Conclusio Ergo constat phylosophũ bene probasse naturaliter nõ incepisse nec desinere motum

Maior patet. q̃ oĩis ꝓbatio que sumitur ex principijs nature illa sumitur aut ex pte cause efficientis aut ex pte ꝑncipiorũ mobilis. neutro em̃ horũ modorũ põt ꝓbari inceptio z desitio motꝰ. vt patet ꝑ phm in textu ꝓbantem motũ sic nõ incepisse. Preterea q̃cq̃d naturaliter incepit ꝑ motũ incepit et desinet. ante em̃ motũ ꝑmũ nõ est motus z post ipm̃ nõ est motus. igitur nõ potest ex principijs nature probari inceptio aut desitio motus Et intelligenda est hec de natura ꝓpria dicta z non de natura simpliciter naturante q̃ est ipe deus. Nam talis natura nõ agit necessario per motũ. imo potest produce re ipas res sine motu. Et dicitur notanter demonstrari. q̃z dialetice potest probari inceptio z desitio motus et etiam improbari. teste Aresto. ꝑmo thopicoꝝ q̃ sit ꝓblema neutrũ de ꝑpetuitate mũdi siue motus Nam eq fortes habet rõnes dialeticas ad vtrãq; ptem. Verum tamen q̃z idem potest materialiter esse ꝓblema z q̃ſtio scibilis sicut idẽ potest eẽ materialiter scibile z opinabile. ideo de ꝑpetuitate mũdi. z ꝑmi motus potest eẽ q̃ſtio vere scibilis q̃ est diuersimode terminabilis scientialiter em̃ aresto. hic demonstrat perpetuitatem ꝑmi motꝰ. igit̃ nõ potest ex principijs nature demonstrari eius inceptio aut desitio. Et tamen simpliciter incepit non per naturam sed per virtutem infiniti agentis. Minor patet. q̃a demõstratiões phi ex pte mouentis mobilis z tpis sumunt. Illa tamẽ que sumitur ex pte mouentis z mobilis a priori ẽ data. q̃ vero ex pte tpis a posteriori. Iste tm̃ rõnes nõ necessario ostendũt mũdũ z motũ nõ incepisse

per creatōem q̄ ē ex nihilo. ꝛ ꝯ ōt dō. Al. q̄ Aresto. ōt in libro de natura deoꝝ. mūdū a deo opifero incepisse. sed soluꝫ ostendūt mūdū nō incepisse p motū siue p generatiōez ¶ Conclusio pz p rōnes phi in textu. que physice loquēs do sz̄ sufficientes ita q̄ ꝓtrariū dicere est ipossibile. licz fi de ꝓtrariū teneri deberat. vt patebit infra. ¶ Maior alterius discursus

¶ Contra veritatē fidei nō militant rōnes phi

Minor Incepit mūdꝰ i esse in nūc tpis per simplicē operatōem ṗme cause Conclo Igitur cū hec ꝓpositas fidei nō repugnat phie noluit Aristoteles ꝓtrarium demonstrare

¶ Maior pz. q̄ rōnes phi in principijs naturalibꝫ quibꝫ dixit mūdū ꝛ motū naturalr nō incepisse sunt fundate. veritas em̄ fidei ostendit motū ꝛ mūdū simplr incepisse. nō quidē p naturalē transmutatōem. sed p simplicē operatiōnem siue emanatōem ṗme cause. talia em̄ nō habēt repugnantiā. cū nō tendant ad idē. ꝛ ideo noluit Aristote. vt apparet p suas rōnes simplr cōcludere q̄ mūdus nō incepit. sz̄ q̄ a naturali trāsmutatōe nō inceperit. ꝛ hoc pz p eūdem ṗmo topicoꝝ dicentē q̄ est ꝓblema neutrū. Et in xū. metaphysice. q̄ a deo dependet mūdus ꝛ tota natura Et in secūdo eiusdem. sicut oīs veritas depēdet a ṗmovero. sic omne esse a primo esse. ꝛ sic apparet intellexisse mundū ꝛ motū incepisse a ṗmo. Dīs tñ al. ōt q̄ si aliquis credat Aresto. fuisse deū. credit ipm nō posse errare. sed si credat ipm esse hominē. credit ipm posse errare. ꝛ ideo nō est impossibile q̄ intellexit motū nullo mō incepisse. Rōnes aūt phi supponūt q̄ motu existente ꝓpetuo mobile ꝛ mouens erūt ꝓpetua. Et si motus nō sit ꝓpetuus ꝓpter hoc ꝓtingit. q̄ mobile nō est ꝓpetuū sed q̄cūq̄ generatū. sicut dicebāt de mūdo Anaxa. ꝛ Empedo. aut q̄ motu existēte ꝓpetuo ṗm esse nō fuit in ipo dispositio mobilitatis eiꝰ que sufficienter disponeret ipsum ad hoc q̄ esset mobile licet em̄ hoc posset referri ad dispōnem primi motoris. tū nullus ita dubitauit de motore sicut de mobili. Si g̃ ōtatur q̄ mobile ꝛ motꝰ simul inceperūt. ita q̄ mobile cū motu suo educātur de nihilo. ita q̄ mobile nō p̄cedat motum tpe sed natura. sicut subiectū suā passionez que est in ipso qō inducte rōnes phi nō destruūt Et sic pz solo quo ad ṗmā rōnem. q̄ falsum supponebat q̄ oīne qō incepit incepit p motū. ¶ Minor pz quo ad ṗmā eius ptē. scz̄ q̄ mūdus incepit in esse p simplicē operatōnem ṗme cause. q̄ nō potuit mūdus incipe p naturalē ꝓductōem. cū illa sp aliq̄d supponat. g̃ ꝓcessit in esse p operatōem ṗme cause. ꝛ hec operatio est creatio mūdi q̄ rōne non valet ꝓbendi. et de hac ōt Damacenꝰ. libro ṗmo. capº. viij. q̄ creare est ex nihilo aliq̄d facere. ꝛ sumit ibi facere inq̄ntuz distinguit cōtra agere p operatōem imanētem q̄ ōt agere. mūdus em̄ ꝓductus nō est p operatōem imanentē. sed p operationem transeūtem q̄ in ꝓposito ōt factio. hec em̄ factio qua mundus ꝓductus est differt a factōne aliox artificū. artifices em̄ deliberando nō ex nihilo aliq̄d ꝓducūt. sed ex aliquo p̄supposito. q̄ agūt circa determinatā materiā quibusdam instrumentis. sed artifex alius q̄ est increatus scz̄ deus ad extra operatur p̄ imutabilem ꝛ infallibilē artem. sine deliberatione ꝛ instrumentis sine quocūq̄ defectu ex nihilo Creatio em̄ duobꝫ accipit modis. scilz̄ actiue ꝛ passiue. creatio q̄dem actiua est idem cū deo. passiua vero est acceptio esse post non esse. ꝛ nō distinguit realiter a creatura. vt q̄dam motus est. sicut em̄ non distinguit generatio a subā genita. ita creatum vt motus q̄dam est ad subam nō distinguit a re creata. ꝛ fundat realem relatiōem que est ipsius creature ad creatorē. Et ista ꝓpositio ex posita in definitione creatōis nō ōt circūstantiā cause materialis. sed circūstantiam ordinis. Ex quibꝫ pz. q̄ mūdus siue motus incepit p creatōem. ¶ Sed ꝓtra hoc arguit. oīs terminus creatōis hz̄ esse in instanti ꝛ in indiuisibili. motꝰ em̄ hmōi nō est. cū solum habeat esse in tpe. Confirmat. q̄ creatio fit nullo subiecto p̄supposito. sed ad esse motus p̄supponitur subiectū eius. g̃ motus nō incepit p creatōnem. Ad ꝟ dōm est. q̄ p creatōem aliq̄d ōt fieri duobꝫ modis. Uno mō p se ṗmo. ita q̄ sit imediatus terminus ꝛ eam terminet. ꝛ sic motus nō exiuit in esse p creatōem. nam eadē p ductōe fuerūt. pducta ṗmū mobile ꝛ motus. subiectū em̄ motus p̄us natura exiuit in eē q̄ motus. g̃ imediatꝰ terminat creatōem q̄ motus. Alio mō ex ꝓnti. ꝛ sic motus exiuit in esse p creatōem. q̄ ꝓcreatur illi sicut ꝓpria passio suo subiecto. Et illa ꝓmunis auctoritas phoꝝ dicentiū q̄ ex nihilo nihil fiat vera est p generatōem. sed vtiq̄ p actū causantis. hoc est p creatōem Et auerrois q̄ creationem negat ōt esse impossibile q̄ fiat alicuius rei. pductio nisi p generatōem. generatio em̄ est ex subiecta materia. Sed falsum ōt. nā si deus operatur p generatōem ex aliq̄ materia. tūc virtus eius essz̄ ꝓportionata potētie nature. ꝛ natura est effectus dei ṗm phos peripateticos. g̃ virtus cause q̄ est deus excellens ꝓportionat effectui suo. qō est ipossibile. cū causa ṗma sit superioꝝ narratōne. ꝛ deficiāt lingue a narratōe eius ꝓpter excellentiā ipsius esse. Utiq̄ tñ cōcedi p̄t q̄ si essz̄ impossibile deum operari sine materia. tūc operari cū materia subiecta nō essz̄ diminutio potentie eiꝰ. sed q̄ nō est impossibile sed potiꝰ necessariū deū sine materia operari. ideo ōt q̄ si semp̄ reḡeret materiā q̄ hoc sonaret diminutōem potentie eius aut minoratōem. q̄ tūc ꝓportionaret virtus eiꝰ virtuti nature. que est potētie mēsurate siue finite. ꝛ nō p̄t operari subito. nec etiam de nihilo. Oz̄ aūt sit necārium deum operari ex nihilo aliq̄d sic ostendit. q̄ ṗma forma que hz̄ eē in materia quocūq̄ mō siue potentiale siue actuale est ab aliquo efficiente ꝓducto aut p seipsam. Nō aūt p seipam. q̄ sic nunq̄ indigeret efficiente. q̄ si materia ṗma nō indiget. tūc secūda nō indiget. Nam vna ꝛ eadem rō est de oīi forma quo ad exitū in esse. inq̄ntum forma est. nisi q̄tum ad hoc q̄ secūda potentia est in materia. ṗma aūt forma nō p̄t educi de materia. q̄ si de materia educeretur. tūc opteret inchoatōem eius esse in materia. sed inchoatio eius est aliquid formē g̃ ante ṗmā formaz̄ est aliq̄d formē. qō est impossibile. g̃ oportz̄ q̄ ṗma materia sit ab efficiēte ṗmo. sz̄ manifestū est q̄ nihil p̄cedit ṗmā formā ex quo fiat. g̃ ipsa p actum causē ṗme educit de nihilo. ꝛ sic ꝓstat q̄ ṗmū oparur creando ex nihilo. ꝛ ideo cū sit sibi potentialis hec operatio minoratio ipsius potentie essz̄ si requireret in ṗmis creatis subiici sibi materiam. Secūda ps minoris pz. q̄ motus incepit in nūc tempis. q̄ sicut mūdus incepit ita ꝛ incepit mūdi duratio. ꝛ p ꝓsequēs dabile est ṗmū nūc ipsius tēporis qō est totius tpis initiū. ¶ Sed diceres. de rātione ipsius nūc est q̄ sit finis ꝑteriti ꝛ initiū futuri. Ad ꝟ dōm est q̄ est triplex nūc in tpe. sicut est triplex p̄ūctum in linea scz̄ nūc imitians. nūc ꝓtinuās. ꝛ nūc terminās. tam de rōne nūc ꝓtinuantis est q̄ sit finis ꝑteriti ꝛ initiū futuri. nō aūt de rōne nūc imitiantis ꝛ terminātis. q̄m nūc imitians est solum p̄ncipiū futuri. ꝛ nūc terminās est solū finis ꝑte

rti. z sic mūdus incepit in nūc initiante qō non hz ante se tempus. Et sic ōr do. Al. q veritas in hac materia est q oīa sunt simul creata. z q tps coeuū est celo z eius motui et a motu celi fit motus materie actiuoz z passiuoz q̄ sūt generabilia z corruptibilia. z hanc sententiā ꝓfirmāt multi peripatetici. ¶ Sed diceret aliqs. si esset p̄mū nūc. tunc ante hoc nihil esset. sed ante ōr tps. g̃ ante p̄mū nūc est tēpus. Ad hoc dīm est. q ante accipit dupl'r. Uno mō affirmatiue. z sic ſcat tps. sicut ōr iohānes venit ad domū ante petrū. hoc est in tpe ante petrū. z sic p̄mū nūc incepti/ onis mūdi z tpis nō definit ꝑ ante. Alio mō accipit negatiue p̄m q negat tps. z sic ponit ante in definitōe p̄mi nūc qō est initiū totius tpis. ¶ Conclo sequtur ex p̄missis. p/cedit em̄ pbus ex p̄ncipijs nature. z illo mō mūdus in eē nō ꝓcessit. sed quodā alt̄iori mō ex simplici opatiōe p̄me cause q̄ in esse ꝓstituit nō solū rem ipsam. sed etiā rei p̄ncipia. quare ōr rabi moyses q causa erroris quoꝝdā pboꝝ circa inceptiōez mūdi fuit q̄ idē iudicabāt de mō inceptionis quo p̄ncipia exiūt in esse. z quoꝝpleta ex p̄ncipijs incipiūt esse. z ideo p̄dicto mō rōcinātes silles sunt puero cuidā cui cū dicerek modus sue natiuitatis. scz q nouem mensib⁹ fuiſſz in vtero matris arguebat in ꝓtrariū. qz hō ꝑfectus sine respiratōe viuere nō posset. puer em̄ ille deceptus fuit putans esse eūdem modū inceptōis hois z hominis tam ꝓducti z viuentis. sic etiā pbi decepti sunt putantes eūdem esse modū p̄marie institutōis z ꝓpagatōis generabilium z corruptibilium

Ad obiecta in oppositū

Ad p̄mū pz solo ex ꝛclone secūdi discursus. z añ sui productionem mūdus siue motus fuit possibilis. nō q̄dez in potentia reali z physica. sed logica. ¶ Ad secūdū dīm ē q omnis motus clauditur inter duos terminos p̄m se totum aut p̄m suas partes. sed hoc nō oportz q omnis mot⁹ p̄m se totū clauđ inter illos terminos sicut est de motu circulari celi Et q̄uis partes illius motus sint inter illos duos terminos. tū possunt ꝓtinuari inter se z facere vnū totū numero. qz illi termini nō sunt ꝓtrarij. ideo ex duobus terminis p̄t fieri vnus. licz ex diuersis motib⁹ q̄ sunt inter duo ꝓtraria nō possit fieri vnus motus. cū non possint ꝓtinuari ¶ Ad tertiū dīm est p interemptiōem minoris. nam si animal incipiat moueri oportet q fiat aliqua mutatio in toto animali ab extrinseco. a quo potest causari alteratio in aiali aut ab obiecto appetibili. aut ab aliquo simili. nec simile est de toto vniuerso z de omnib⁹ et⁹ partib⁹. qz totū vniuersum habet aliquas partes que mouentur a seipsis. q̄m nūquam quiescūt. sed etiā alique partes eius mouentur a p̄ncipio extrinseco. z in his que mouentur ab extrinseco non est inconueniens q q̄dz mouebantur z quādoqz quiescāt p̄m q extrinsecū mouens q̄dz applicatur quandoqz non

Utrū consideratio de perpetuitate motus valet ad primū principiuz cognoscendum. quod durationē eternitatis precessit mundum

¶ Contra primū arguitur sic p̄mū p̄nciptū est penit⁹ immobile. de illo em̄ qō est oīno immobile nō hz ꝑsiderare physicus. ergo nō potest ex motu cognosci. Minor pz q p̄m secūdo huius vbi ōr q de mouentib⁹ nō motis non habet ꝑsiderare physicus ¶ Contra secūdū arguit̄ inter illa que semp fuerunt nō ꝓcessit aliud. sed tam motus q̄z p̄mus motor semp fuerunt. ergo ꝛc. Minor patz q̄m in qualibet parte tēporis fuit motus. ergo motus semp fuit et si motus semp fuit tūc etiā p̄mus motor ¶ Secūdo sic si p̄mus motor ꝓcessisset motū duratione. aut hoc fuisset q tempus finitū aut per tēpus infinitum. si q tempus finitum. tūc sequerek q p̄mus motor quandoqz incepisset. si per infinitū tēpus. tūc motus nūquam incepisset. qz oportuisset illud tempus finiri ad tempus inceptōis motus ¶ Tertio sic. qz aut deus ꝓducere potuit mūdū z motum ab eterno. aut nō potuit. si nō potuit. tunc nō fuisset semp omnipotēs. qō falsum est. si potuit ipm̄ ꝓducere ab eterno. tūc aut voluit ipsum ab eterno ꝓducere aut non voluit. si voluit tūc ab eterno. ꝓduxisset. q̄m quecūqz voluit fecit. si nō voluit z postea voluit. tūc fuisset mutatio in eius volūtate. qō est impossibile. cū volūtas eius sit immutabilis. ¶ In oppositū p̄mi est pbus in textu. In oppositū secūdi est. nam p̄ma causa mensuratur eternitatate. mundus aūt tpe. sz eternitas est mensura duratōis altioz z p̄oz q̄ tps. Et pro intellectu questionis ponūtur duo discursus. Quoꝝ maioz p̄mi est ista.

¶ Primū principiū a priori nec per seipsum cognoscere possumus. sed inuestigamus ipsum a posteriori per effectū Minor Primi motoris effectus posset ꝛuenienter dici motus perpetuus Conclusio Igit̄ eius cognitio valet ad scientiā de p̄ncipio primo q̄uis sint vie alie quib⁹ ipm̄ possumus cognoscere.

¶ Maioz quo ad primā eius partem patz. scz q ipm̄ cognoscere non possumus a priori. Nam quo nihil est pus a pōri nō est cognoscibile. primo em̄ p̄ncipio nihil est pus ergo a pōri ipsum nō est cognoscibile. Nec etiā primū p̄ncipiū est cognoscibile a priori. quali p̄ncipia notionalia que sunt ens necessariū. quēadmodū quidam dicūt ponētes deū sub latitudine entis ꝓpēdi. hoc em̄ falsuz est. naz sup ens est transcendēter acceptū z supra totā eius latitudinez. Cognitio em̄ a pōri est p̄ncipia rei cognoscibilis a posteriori vero est p effectus. z istud verum est loquēdo de cognitōe im̄ptum se tenet ex parte cognoscibilis. Sed ex pte cognoscētis sic distinguunt. vt scz dicat cognitio a pōri. q̄ē p̄ncipiū cognoscendi qō est. ꝓpria similitudo rei cognoscibilis. Sed a posteriori ōr illa q̄ nō est p. ꝓpriā similitudinem sed p similitudinē effectus Et p̄mū p̄ncipium a pbo vocatur p̄mus motor. z ab autore libri causaruz vocatur p̄ma causa. z duodecimo metaphysice vocat p̄mus princeps. z a theologis vocat deus. Secūda pars pz. qz infinitū a finito in se intelligi nō potest. p̄mū em̄ p̄ncipiū est infinitū. ergo ipm̄ p seipsum cognoscere nō possumus Maioz pz. qz necessariū est esse ꝓportiōem intelligentis z intelligibilis. finiti aūt z infiniti nulla est ꝓportio. z q̄uis p̄mū p̄ncipiū p se ipm̄ cognosci non p̄t a nobis naturaliter. est tū p seipsum cognoscibile nō a posteriori. cognitōe sez qualidem est p̄ncipiū cognoscēdi z ipm̄ cognitū. z hoc ꝓuenit ꝓpter simplicitatē z pfectionem essendi. parifoꝝmiter sicut lumen corporale est p̄ncipiū videndi z illud qō videt. vū lumen nō videt p similitudinē suā. sed p suā essentiā. z ita deus p seipm̄ est cognoscibilis. z sic p̄mū p̄ncipiū est a seipso

p seipm cognoscibile naturalit. a nulla tñ creatura ꝓpter infinitā eius pfectōem. vtiqꝫ tñ cognoscit a creatura cognitione beatifica qua cognoscit a beatis in patria. In patria em deus ipse est ꝓncipiū cognoscendi. z etiā illud qđ ꝓcognoscit cognitōe glorie. qm ipse supplet vicem spēi intelligibilis. z ita est illud quo mediāte fit cognitio. z etiaz obiectū siue ipm cognitū illabit. illabit em diuina essentia p modū spēi intelligibilis intellectui beati. z ita intellect⁹ beati p diuinā essentiā habentē modū spēi intelligibilis ipsum deū apprehendit z cognoscit. Dicit em apprehendit qz a nullo intellectu creato ꝓprehendi pt ꝓpter sui infinitatē. Vñ seipm cognoscendo nō ōt se ꝓhendere q̄si terminos eius ꝓspiciat cū terminos nō habeat. sed qz nihil eius est extra sui cognitōem. Circa qđ aduertenduz ē. q nulla creatura quātūcūqꝫ eminēs z pfecta poterit p suaz essentiā cognosci. ita scz q sit ꝓncipiū cognoscendi quo z res cognita. h em dūtaxat diuine entie videt ꝓpetere z ita nō pñt cognosci angeli p suā essentiā. sicut nec alia rōnalis. Contrariuz tñ ōt doctor scūs volens q spūales subste cognosci possunt p suas essentias. z hoc ꝓpter earūdē immaterialitatē. sed hoc nō videt ꝓbabile. qz nō soluz materia ꝓprie dicta cognitōem impedit verū etiā materia cōmuniter dicta siue potentia cuius minus. Tercia ps ptz qz ōt autor libri causaꝝ q p̄mū principiū solū a posteriori est cognoscibile. ꝓpter hoc dicens q p̄mū ꝓncipiuz est incognoscibile z inenarrabile. z q deficiāt lingue ab enarratione eius. lingua em loqtur qđ intellectus ꝓcipit. sed intellectus p̄mū ꝓncipiū nō ꝓcipit a ꝓori sed a posteriori p effectus scz. q̄ effectus ducūt nos in cognitōem p̄mi ꝓncipij. nō quidē pfectam. qz effectus finiti sunt. tñ aliquo mō primi ꝓncipij pfectio in effectibz relucet. Dimoz ps. qz motus ꝓpetuus a nulla cā q̄ a ꝑma cā descendere ōt p̄m doctorem. Alter. vt latius patebit infra ¶ Conclusio q̄tū ad p̄mā eius ptē ps. nam effectus ducit nos in cognitōem sue cause. sed p̄mus motus est effectus p̄mi mororis. q̄ ducit in eius notitiā. z sic p primū motū cognoscim⁹ primū ꝓncipiū vt primus motor est. Secūda ps ps. qz sex pñt colligi vie quibz p̄mū ꝓncipiū cognoscimus Quarū ꝑma est ex naturali instinctu. qm naturaliter insertū est nobis deū cē Est em nobis hec notitia naturaliter inserta in quodam ꝓfuso ita q solū experimentū sine pbatōe sufficit ad eius intellectualē z determinatā notitiā. dei em notitia inhabitu lucis intellectus agentis que est eius similitudo naturaliter inserta est intellectui possibili. z hec cōfusa notitia vt ad actū determinatū ꝓducatur nō exigit nisi experimentum tale quale sumit pro cā. hec em via est experimentuz effectus illius cause in tantū q ipse Aristo. in libro de natura deoz ōt q si essent hoies q̄ semper sub terra habitassent z postea deducerent extra terrā apud nos z eis diceret aliqđ numen spūale videndo scz mare. celū. z nutres. et solem z stellas. z motus eoz statim naturaliter cognoscerent p hmōi deū esse. Verum tñ est. vt inqt dñs Vlricus q hec dei notitia pt p abusum z malam viuendi ꝓsuetudinē abscondi. sicut legitur factū fuisse de illis de quibus psalmista ōt. Dixit insipies in corde suo nō est deus. Ex quo ps. q p̄ma ꝓncipia quoꝝ notitia est nobis inserta facilius a nobis cognoscūtur q̄ de⁹. qm p̄m phm ārto metaphysice illis ꝓncipijs mente ꝓtradicere nō possum⁹. primo tñ ꝓncipio possumus cōtradicere. erroze. oze. z mente Secūda via cognoscendi est via abnegatiōis qua cognoscimus deū p negatiōes pfectionū in creaturis. vt cognoscimus deū esse subam. qz nō est accūs. z esse spūale substantiam. qz nō est corporea suba. nō tñ est creata suba. ꝯ increata. z ideo est supra subam. quare negatiōes de deo dicte sunt vere. affirmatiōes vero incōpacte. hoc est vere sunt negatiōes quibz aliqđ negat de deo. sed affirmatiōes sunt impropie. Tercia via cognoscendi a pho secūdo p̄me phie sumit. vbi ostendit q in actiuis causis nō est processus in infinitū. sed est status in sursum. z sic est p̄mū efficiens summa forma z vltimus finis. in eo tñ non est forma informans sed formans. z est hec via. via causalitatis qua cognoscimus ex creaturarū pfectionibz que sunt p̄mi ꝓncipij pfectiones. qm quicqđ pfectiōis reperitur in effectibz. hoc est a causa. z a causa in effectū. z est in ipsa causa actu aliter z eminentiori modo. nihil em ducit aliud ad actū nisi sit actus. vt ōt phus nono metaphysice. Vñ sicut videm⁹ diuersas pfectiones esse in diuersis entibz. ideo oz deuenire ad vnū p̄mū qđ sit omniū pfectissimū cōtinēs vnite omniū rerū pfectiones. z hoc est p̄mū principiū. qđ est simpliciter pfectū cui simplr nihil deest. Quarta via cognoscendi sumit ex ordine possibilis z necessarij. qz oportz singula ꝓtingentia ad aliqđ vnū simplr necessariū reduci. sicut colligit pt ex sexto z nono metaphy. Et q̄ius contingens ex natura sua nō sit cognoscibilius necessario. pt tñ nobis aliqua cognitiōe esse notius necario. cuz nostra cognitio ex sensibilibz que sunt ꝓtingentia originem trahit. ¶ Sed diceres. ꝓtingens z necessariū sunt differentie entis creati. ergo p hmōi differentiā nō possumus deuenire in cognitōem p̄mi ꝓncipij. Ad hoc dōm est q̄ius p̄muz principiū nō sit necariuz necessitate entis creati que est necessitas p participatōem. est tñ necarium necessitate simpliciter dicta que precedit ens. Quinta via cognoscendi sumit ex gubernatōe entium. qz entia nolūt male disponi ergo ꝓtingit deuenire ad p̄mum principiuz qđ omnia gubernat. hoc est omnia in suos fines ꝓportionabiliter dirigit et mouet. Sexta via cognoscendi est quam ponit dñs Aluertus in libro de intellectu z intelligibili que stat in continua perfectōe intellect⁹ humani p̄m diuersos status. Vñ ipse ōt q humanus intellectus in ꝓncipio creatiōis est habitibz p̄moz principioz informatus. per studiū autē discipline z p gratiam inqsitōem. hoc est p visum z auditum cōsequēter fit in effectu discurrendo de noti notitia ad ignoti notitiā. hoc aūt ꝓtinue fit donec p̄m esse inferius omnia naturaliter cognoscibilia aliquo mō cognouerit. quo facto incipit pfici p̄m esse eius superius z quo ad se. ita scz q cognoscendo se z omnia que sunt infra se ōt esse intellectus adeptus. quoniā adipiscitur intellectus possibilis omnem naturalē pfectōem sibi naturaliter possibilē. Adept⁹ aūt existens pficitur ordinate lumine angelico. z ita fit angelicus. scz cognoscendo substantias separatas. qđ fit per hoc q lumen angelicū descendit p̄miscetur z cōtemperat lumini intellectus agentis. in cuius p̄mixtione descendit ad intellectū possibilē faciens ipsum potentez cognoscere angelos. non q̄dem a ꝓori ꝓprehensiue neqꝫ a posteriori p effectus alteri⁹ generis z in lumine alieno quēadmoduz nūc cognoscimus angelos. Unde solet distingui duplex cognitio Una q̄dem est in lumine ꝓprio. z alia est in lumine alieno. z postq̄ intellectus noster sic factus angelic⁹ fit assimilatus z diuin⁹. p hoc scz q lumen diuinū lumini angelico est permixtum. z sic deinceps lumen intellect⁹ agentis descendit ad intellectuz possibilem ipsum pficiendo. q hmōi em pfectōem intellectus noster possibilis cognoscit diuina z occulta q̄dam de deo z ipsum deum. z ita intellectus possibilis in lumine intellectus agentis p̄m se z que

sunt infra se. sed virtute luminis eiusdem sublimati ex cō tactu duplicis supioris luminis. scz angelici z diuini cognoscit ea que sunt supra se. scz deū z angelos. z ista via cognoscendi pmū pncipiū est pfectissima. Unde dr Auicenna q de mille milib⁹ vir vnus deuenit ad tales intellectū Et per has sex vias naturales sunt due alie vie supernaturales. quaruz vna est gratuita. z alia gloziosa. gratuita puenit per fidem viatoribus. z gloziosa puenit solū beatis in patria que via cognitōis est finis oīs cognitōis in quo pfistit quodāmō beatitudo Maioz secūdi discursus

¶ Eternitas. euiternitas et tempus dictū proprie sunt mensure rerū ab inuicem distincte Minoz Mūdus aut motus nō est pmo pncipio coeternus: Conclusio Igit psideratio de perpetuitate motus valet ad primū pncipiū cognoscendū quod duratiōe eternitatis precessit mūdum

¶ Maioz pz. qz mensure distinguūtur sicuti mensurata sed mensurata sunt ab inuicē distincta. g̃ z mensure Maioz patuit in fine quarti. Minoz pz. nā nullū creatū est primo pncipio coeternū. mūdus eī est creatus vt dictuz est illud aūt qd creatū est icp̃tum hmōi est ex nihilo. nam in hoc differt creatū a genito. cū omne genitum est ex aliquo Uñ sicut genitū hz pncipiū sui esse qd ipm p̃cedit videlz generans z pncipiū materiale ex quo fit qd etiam ipm tēporaliter p̃cedit. sic creatum pncipiū ante se habet suū pncipiū effectiuū. Et sic pz q creatū oīne nō solum hz pncipiū sui esse ante se. sed etiā principiū sue duratōnis. Et ꝫ stat vt dr do. Alb. fm dicta peripateticoz deū esse ante mūdū eternitate z cā. p hoc q dr deus p̃cedere mundum eternitate. ergo necārio pcludit deū p̃cedere mūdū duratione. cum eternitas duratio qdam sit indeficiens z oīno imutabilis. Et si q̃ratur an ista duratio que est soli⁹ dei eterni habeat extensionē in ptes simul stantes aut sibi succedentes. Ad hoc dōm est q non hz ptes simul stantes qz si sic tūc esset pticuū habens pmanentiā in suis partib⁹ cuz eternitas sit in genere mēsure. oporteret etiā q suū mēsuratum haberet partes simul stantes. eo q mēsura z mēsuratum ꝓportiū sunt eiusdē p̃dicamenti. z sic deus haberet ptes et esset p̃tus qd est falsum. Nec etiā hz partes succedentes. nam sic seq̃retur q haberet ptes eiusdem rōnis. qd est absurdū. Et si talib⁹ partib⁹ cōpereret diuisio tūc in nullo differret a tpe. sed hoc falsuz est. vt pz ex p̃dictis. Igit sequitur ineuitabiliter q cū pmū pncipiū hoc est deus duratōne eternitatis p̃cessit mūdū. q eternitas eius dicat nūc indiuisibile eternitatis quo sine pncipio esse p̃cessit mūdū. Et hoc qd dr q pmū pncipiū p̃cessit mūdū nō dr spaciū magnū aut paruū. aut diei aut alicuius tpis. sed potius ordinem eternitatis ad tp̃s. z cause ad causatuz. ꝓpter qd nihil querūt q̃ dicūt cur deus tam diu expectauit facere mūdum. aut quid fecit deus in tanto spacio eternitatis añ icp̃ faceret mūdū. qz in illa eternitate non est diu neq̃ cito. neq̃ spacium longū neq̃ breue. cum omnia hec dicāt distensionem q̃titatis alicuius per partes. sed iam ostensuz est quoniā eternitas dei indiuisibile nūc est qd nō est terminus alicuius pticui. sed potius ipsa substantia eternitatis. Ex his etiā eluceſcit q falsum dicūt qui dicūt volūtatem dei dilatoziam in creando mūdum. Dicūt eī deuz exīte ab eterno volūtate non nēcitate nature. pduxisse mūdū. z tō non ab eterno pduxisse qz volūtas ē eā q̃ pt differre pduct̄oem sui causati. Causam aūt q̃re distulit mundi creationem dicunt esse. ne mūdi duratio diuine durationi equaretur. Sed istud dictū est friuoluz. cū omnis dilatio fit respectu futuri. processio eī eternitatis nō est a tempore. Nec causa coz valet. qz impossibile est fm duratōnem causatū equari cause sue. quādo causa z causatū non sunt coessentialia. Et si aliquis dicat q aliquādo fuit verum q nūc est mūdus. z ante hoc instans fuit verum mūdum fore. sed ante primū instans mūdi nō fuit temp⁹. ergo cuz dicebatur mūdum fore hoc designabat aliquid eternitatis. z ita futurū z p̃teritū sunt in eternitate. z sic duratōne diuisibili z extensa deus p̃cessit mūdum. ¶ Ad hoc dicendū est fm dominū Albertū. q in primo instanti temporis fuit verum dicere mūdus est. z ante hoc nō fuit verum dicere mūdum fore. qz ratiōe illius nō fuit aliquid aptum enūciari p̃ ꝓpositionem. nec fuit aliqua temporis differentia. ¶ Sed diceres. q quicquid est verum de p̃senti fuit verum in futuro qđ ꝓtinuabat ad hoc p̃sens. Ad hoc dicendū est. q ante mūdum nō fuit futurū qđ ꝓtinuaretur ad p̃sens instans temporis. in quo fuit verū dicere q mūdus nūc primo est. z ideo non potuit tūc aliquid significari de futuro. ¶ Si dicas. si mūdum fore tūc nō fuit verum q eius ꝓtradictoziū fuit verum. scz mūdum non fore. z si ꝓtradictoziū fuit verum. q tūc aliquid de futuro fuit verum. z sic aliquid fuit futurū. Ad hoc dicendū est. q nec eius ꝓtradictoziuz tūc fuit verū. eo q non esset aliqua differentia temporis futuri nec aliqua ꝓpositio que notaretur componi aut etiam diuidi respectu alicuius temporis. z ante in illis locutionib⁹ non significat tempus. sz ordinem eternitatis ad tempus. Et sic patz qualiter deus precedit mūdum non spacio extenso sed eternitatis nūc indiuisibili z causa. causa eī non coessentialis z proxima causato hoc modo precedit causatum suū. ¶ Sed cōtra hanc veritatem quid ā sunt. sicut doctor sanctus z sui sequaces dicentes q omne creatū habet bene principiuz sui esse. sed non durationis. ponūt eī q creatum potest principio primo esse coeternū. nō quasi sit eadem mensura ipsius primi pncipij. hoc est dei creatoris z creati. sed q duratio creati semper esse potuit cum eternitate. Sed cōtra hoc est. nam ex illo sequeretur alterū incōuenientiuz. scz q creatura non esset vere creata. aut q ꝓtradictoria starent simul in veritate. vtrūq̃ aūt illoz est incōueniens. qm̃ si ponatur q mūdus nō habuerit sue durationis initium. tunc non p̃t dici q mūdus sit creatus. nā sicut nūc non dr mūdus creari. sic nec ab eterno diceretur creari. Unde creatus est participiū preteriti tēporis. ꝓpositio aūt de p̃terito nō potest dici vera nisi aliquando in presenti fuerit vera. z ergo oportz deuenire ad tempus aliquod anteq̃ mūdus fuit. Etiam ꝓseruare nō est creare. sed fm illum modū dicendi mūdus ab eterno esset ꝓseruatus. z nō creatus. ergo si dicatur q mūdus sit creatus tūc oportuit simul mūdum aliquādo fuisse z non fuisse. ¶ Et si dicatur mūdus est creatus tūc habuit initium sue durationis et si dicatur fuisse semper nō habuit pncipium sue durationis. Unde esse semper z aliquādo nō esse implicat contradictionem. z sic implicat mūdum esse factum siue creatum. z cum hoc esse primo principio coeternū Alij autem dicūt non implicare contradictionem ¶ Conclusio sequitur ex premissis.

Ad obiecta in oppositū

Ad primū dicendū est. q̄ cuius primū principium sit immobile. tamen bene cognoscitur ex motu q̄ est. 7 de immobilitate primi principij latius patebit infra. ¶ Ad primum ꝓtra secūdum dicendū est. q̄ ista est duplex. motus semp fuit. q̄ vel semper dicit distributionem solum pro oīb⁹ temporis partib⁹. 7 sic illa est vera. motus semper fuit. aut dicit distributōem cuiuscūq; durationis. 7 sic illa est falsa ¶ Ad secūdum dicendū est. q̄ duplex est duratio. q̄dam est tēporalis que est in ꝓtinua successione. Alia est que est in eternitate que est sine aliqua successione. sed est tota simul. quoniā eternitas nō habet aliquas partes. quia si in eternitate essent alique partes. aut ille essent permanētes aut successiue. si permanentes tūc causarēt vnum ꝓtinuū fm magnitudinē q̄d est impossibile. quia ipsum eternum nullam habet magnitudinem. si essent successiue tūc non esset differentia inter eternitatem. euiternitatem. 7 tēpus ꝓprie dictum. q̄d falsum est. vt ptz quarto huius. 7 sic patet q̄ in eternitate non est citius nec tardius nec ante nec post. quia non habet partes. ipsa tamen eternitas habet ꝑioritatem ad euiternitatem 7 ad tempus vt dictū est q̄rto huius. Per hoc dicendū est. q̄ primus motor precessit inceptōem motus duratōe eternitatis. q̄ esse primi motoris mensuratur eternitate. esse autē motus mēsuratur tempore. sed eternitas simpliciter precedit tempus. q̄ nō habet principium nec̄ finem. 7 tempus est tanquā principiatum ab eternitate. 7 ad ipsum ordinatur tanquā ad finem. ergo primus motor precessit motum duratōe eternitatis. primus tamen motor non precessit mūdum siue motum duratōe temporali. q̄ tempus est ꝓpria passio motus. ergo ante motum nō fuit tempus. 7 per cōsequēs primus motor nō precessit motum durationē temporali. et sic nihil est querere vt dictus est quare deus in vno determinato nūc voluit ꝓducere mūdum 7 motum 7 non prius. quia in illa mensura qua precessit motum non est ꝓius nec̄ posterius. 7 ideo illa questio fit ꝓpter ignorantiam nature eternitatis. 7 sic in illa questione supponit falsum. Ex quo patz q̄ primus motor non precessit mūdū aut motum nec per tempus finitum nec per tempus infinitum. eo q̄ non precessit ipsum durationē temporali.

¶ Sed diceres. primus motor est potentie infinite 7 non agit per partem aliquotam sue potentie. sed per totaz suam potentiam. ergo agit infinitum effectum in durationē. sicut est ipse infinitus durationē. Ad hoc dicendū est. q̄ illa rō multos achademicoz decepit. sed tamen facilis est solutionis. quia dicimus deus nūquam agere nisi tota potentia sua. cum sit sua potentia indiuisibiliter simplex. sicut est sua essentia. Sed ordo qui necessario ponitur inter causam 7 causatum exigit q̄ mūdus durationē inceperit aliquando. 7 ideo dixit Aristoteles q̄ actus cause efficientis que vere est efficiens 7 ꝓma causa precedit tēpore substantia 7 ratione. vocans tempus durationem indeficientem eternitatis. licz causando simul producat materiaz ꝑfectam sub forma. tamen non potest esse materia receptibilitatis infinite. q̄ non posset terminari talis receptibilitas. 7 ideo etiam mūdus quātitate finitus est sicut 7 duratione. 7 ideo licet deus agat fm potentiam infinitam. tamen impossibile est mūdum agi fm potentiā infinitam quo ad fieri. ꝓpter quod mūdum necesse est esse finitum. quia in nullo potentia dei proportionatur potentijs causatorum. ¶ Ad vltimū dicit ur. q̄ deus ab eterno potuit et voluit mūdum producere. ita tamen q̄ ab eterno determinat voluit 7 nō producere. Et ad ꝓbationem eius dicendū est. q̄ volens producere effectum 7 nō producit habet impedimentum aut aliquid expectat loquendo de agente particulari qđ agit ꝓpter aliquē finē extra seipm 7 nō de agente vll. qđ agit ꝓpter finem in se

Incidunt dubia quatuor

rum primū est. An motus ꝑmus sit quedam vita oīb⁹ deorsum subsistentib⁹. ¶ Solutio illa ꝓpositio dupliciter potest exponi. Uno mō vt sit locutio effectiua. vt sit sensus. q̄ motus ꝑmus in istis inferioribus causat vitam. 7 sic est vera. nec tamen ꝑbus videtur illum sensum in textu intendere. Alio modo vt sit locutio formalis. ita q̄ forma liter motus esset vita. 7 sic est falsa si sit locutio ꝓpria. sed si sit locutio metaphorica sic iterum est vera. 7 illa est intentio ꝑbi fm venerabilis dñi Alberti expositionem. Nam sicut in viuis est anima cuius actus ꝓtinuꝰ in corpus est vita. 7 nō existente anima non est vita in animalib⁹. ita ꝑ silitudinem motus vnus ꝓtinuꝰ 7 inquietꝰ est causa influens omnib⁹ transmutabilib⁹ ꝓtinuatē 7 inquietudinē per hoc q̄ ipse sit primus motus imobilis ex suo motore et inquietus ex simplicitate sui mobilis 7 incorruptibilitate. ¶ Sed diceres. cessante motu celi erit vita in omnib⁹ viuentib⁹. ergo ꝑma expositio est minus vera. Nam post mortuorū resurrectōem homines viuent. 7 tamen celum cuius motus ordinatur ad ꝓtinuationez generationū nō erit. q̄ tūc electoꝝ nūerꝰ est ꝓpletꝰ. ¶ Ad hoc dīm̄ q̄ cuius post resurrectōem homines viuent vita nobiliori 7 incorruptibili. que nullo indiget nutrimento. motus tamen celi est quedam vita omnib⁹ deorsum subsistentib⁹ 7 viuentib⁹ vita naturali 7 corruptibili. dicente ꝑho primo metheorum. q̄ necesse est hūc mūdum esse ꝓtinuū latio nib⁹ superioribus vt tota eius virtus inde gubernet

Secundum dubium est.

An motus esse sufficienter ostendit generatio. cū tamen generatio non sit motus sed mutatio. ¶ Solutio q̄ sic. quoniā licet generatio non sit motus. non tamen est sine motu. exquo generatio physica non potest esse in natura nisi precedente alteratione. q̄ est terminꝰ ꝓcomitans alterationē. ita q̄ in nūc quo finit alteratio fit ipa generatio

Tertium dubium est

An dictum Anaxagore potest aliquo modo sustineri ¶ Solutio. simpliciter loquendo Anaxagoras maxime fidei concordat. quia vt inquit dominus Albertus ꝑ intellectum segregantez intellexit intelligentiam primam que formis idealib⁹ agit vnūquodq; de occulto in apertuz producens. produxit autem intellectus illas res formatas postq̄ per infinitum tempus quieuerant in eo q̄ dicitur latentia. Tempus em̄ infinitum dixit quod componitur ex infinitis. 7 hoc infinitum esse actu dicebat 7 fine carere in preterito. sed non in futuro. in quo dixit incipere motum. Non em̄ potuisset dixisse q̄ inciperet motus. si posuisset tempus fm vtrūq;. sez preteritum 7 futurū esse infinitum. vt patz latius circa declarationem textus. Et ꝑ chaos intelligitur possibilitas rei siue nihil creabile qđ vocatum est per talem intellectum separatum ad actum

essendi. In hoc nihilominus errauit q̄ dixit entia omnia actu existere in illo confuso chaos. nisi forte chaos vocauit intellectum diuinum. ꝓpter eius inscrutabilitatez sicut in dictū illius intellect⁹ dr abissibile. hoc est, pfundū

Quartū dubium est

¶ An motus conuenienter probetur perpetuus ex eo q̄ primum mouens z primum mobile sint semper in actu

¶ Solutio q̄ sic ad intentionem philosophi Dicit enim phūs. q̄ primum mouens z primum mobile semper mutuam habeant proportionem naturalem. ita q̄ mouens naturaliter moueat mobilez nō libere illo aūt supposito manifestum est. q̄ si primum mouens z primum mobile semper fuerunt in habitudine eiusdem proportionis q̄ semper fuit motus. Cuius signū est. q̄ ignis applicatus cōbustibili statim ꝙburit. simpliciter aūt loquendo nō est verum. qz pmū mouens nō mouet neccārio sed libere.

Quintum dubium est.

¶ An sit irrationabile primum mobile prius esse in q̄ete q̄z in motu. ¶ Solutio q̄ sic. et hoc priozitate temporis. qđ est p se numerus motus et nō quietis nisi p habitudinē ad motum. vñ motus naturali ordine p̄cedit q̄etem

Sextum dubium est

¶ An noua relatio mouentis ad mobile adueniat p mutationem vnius tantū aut vtriusq̄. ¶ Et videtur q̄ nō quia ad relationem non est motus.

¶ Solutio q̄ sic. Nam non potest noua acquiri relatio nisi per mutationem vnius extremi vel vtriusq̄. Et videtur velle dominus Albertus q̄ non adueniat extremis referibilibus noua realis relatio nisi per mutationem vtriusq̄ simul. ¶ Ad obiectum in oppositum dicendum est. q̄ ad relationē non est motus formaliter fm esse eius ad. sed materialiter quo ad esse eius in. hoc est ad relationem vt huiusmodi non est motus. vt dicitur quinto phȳsicorum. cuius ad eam sit motus gratia fundamentorum

¶ Sed diceres. ad fundamentum relationis nō est motus sicut nec ad relationem. sed quia plerumq̄z relationis fundamenta sunt actio z passio. ad actionē em̄ z passionē nō est mot⁹. eo q̄ mot⁹ nō ē mot⁹. vt patz loco allegato

¶ Ad hoc dicendum est. quāuis ad actionem z passionem formaliter non sit motus. vtiq̄z tamen ad actionis z passionis principia. vt ad actiōem ignis nō est mot⁹ vtiq̄z tū ad calidū quod est p̄ncipiū agendi in igne

Septimuz dubiū est

¶ An tempus sit factum. ¶ Et videtur q̄ non. quia illud quod est factum. illud est terminus per se z intrinsecus factionis. sed tempus est coeuum.

¶ Solutio. q̄ tempus esse factum dupliciter intelligitur Uno modo per se aut per accidens factione naturali. et sic tempus non est factum Alio modo aliquid dicitur esse factum factione supernaturali qua mundus processit in esse. ex consequenti motus primi mobilis incepit z deinceps tempus ita sez q̄ creatio primo et per se ad esse mundi est terminata. z concomitanter ad naturalem operationem mūdi. sez ad motum z ad tempus.

Octauū dubium est

¶ Quid prohibet mundum non semper fuisse in preterito. cum tamen semper manebit in futuro ¶ Solutio q̄ illud. quia omne creatum ex proprietate sue intrinsece originis prius non est q̄z est. ergo suum esse non potest a parte anteriori esse infinitum. z quia vnumquodq̄z fm suam naturam natum est reduci ad suum principium. ideo quodlibet tale fm se est annihilabile. quare non permanet infinite a parte posteriori nisi pura bonitate prime cause. vt inquit autor libri causarum. que quidem bonitas secūdum Platonem in timeo est efficatior in custodiendo et conseruando q̄z est infirmitas creata ad annihilandum. Unde dicit Plato. O dij deorum quorum pater opifex q̄z ego sum natura quidem vestra dissolubiles estis. sed mea voluntate pmanebitis.

Nonum dubium est

¶ An mundus potest produci per actionem agentis naturalis. ¶ Et videtur primo q̄ sic. effectus finitus potest produci a causa finita. mundus autez est effectus finitus. ergo potest produci a causa finita. sed causa finita est creata z naturalis. ergo potest produci ab aliqua causa naturali ¶ Secundo sic. partes vniuersi mouentur ab aliquo naturali agente. ergo totum vniuersum. ¶ Tercio sic. virtus corporum celestium potest agere in animaz rationalem. ergo multo magis in omnia alia corpora. et per consequens potest producere mundum. Antecedens patet. quia affectiones anime rationalis mutantur penes mutationem corporum celestium.

¶ Solutio q̄ non. quoniam agens naturale producit aliquid per motum naturalem. mūdus autem non producitur per motum naturalem. ergo cē. Minor patz. nā in illo quod producitur per motum naturalem p̄supponitur materia. que est subiectū talis motus. sed mūdus nō potest habere aliquam materiam ante sui pductionem. qz materia non est sine forma. ergo si presupponatur materia sic mūdus esset anteq̄z produceretur. illud autem incōueniens est. ergo cē. Preterea. nihil potest producere seipsum. omne autem agens naturale ad istum mūdum spectat sicut eius pars. ergo si agēs naturale produceret mūdum tūc mūdus seipsum produceret. Ex quo patet q̄ mūdus solum per creationem est producibilis. qz in creatione producitur tota substantia simul. quia materia producitur simul cum forma

¶ Ad obiecta in oppositū Ad pmū dōm est. q̄ dupl'r ꝙducit finitus effect⁹. Uno mō p naturalem mutatōez. q̄ est ex materia psuppositā. z sic est verū q̄ effectus finitus ꝙducitur a causa finita. sicut hō qui est effectus ꝙducitur ab homine qui est causa finita. Alio mō ꝙducit effectus finitus mō supnaturali. scilz sine materia psuppositā. sicut p creatōez. z sic effectus finitus necessario ꝙducit a causa infinita aut a virtute infinita. nō tamē ꝓpter rem ꝙductaz sed ꝓpter modū producendi. ¶ Ad secūduz dōm est p̄ interemptōem cōsequentie. qz non est simile. quia vna pars vniuersi pōt alteri pexistere fm naturalem virtutē z potentiam. z sic potest naturaliter alia partez mouere vt nūc de facto celū mouet ista inferiora. cū virtus celi prevalet viribus aliox corpox. tortem̄ vniuerso nihil preexistere potest in rerum natura creatum

Ad tertium dicendum est. q̄ dupliciter aliquid agit in alterū. Uno modo directe quādo scz ipsum patiens recipit in se formā agentis ⁊ sic celum nō potest agere in aiam rationalē. ḡa qualitates per quas agit in ista inferiora sunt corporales vt calidū frigidū que non possunt recipi in aiam rōnalē. Alio modo aliquid agit in alterū indirecte q: scz agens agit in alterū cui reliquū ꝓiungit et sic celum potest agere in animam quia agit in sensus interiores quibus anima cōiungitur et quorūz obiectis et operationibus vtitur.

Sed non aliquādo quidem erat aliquando aūt non. Et nāq̄ assimilatur sic dicere figmento magis. Similiter aūt et dicere q: aptuz natum sic est et hoc oportet opinari esse principiū sicut videtur vtiq̄ empedocles dicere q̄ tenere et mouere amicitiā in ꝑte et discordiaz inest rebus ex necessitate. quiescere autem mediū tēpus Fortassis aūt et vnū principium facientes sicut anaxagoras sic vtiq̄ dicerent

¶ Istud est tertium capitulum in quo phūs reprehendit antiquos diuersimode locutos de inceptōne motus et mūdi. Et continuatur textus ad precedētem postq̄ phūs posuit rationes ostendentes motus perpetuitatez hic phūs reprobat cōtrarium ponentes. Et diuiditur istud capitulum in duas ꝑtes In quarū prima reprobat positōnem eorū et subiungēdo cōparatōnem opinionis anaxagore ⁊ empedoclis. In secūda excludit phūs quādam falsam resp̄ōsionem istorum antiquorū. ibi. omnino em̄. Quantum igitur ad primā ꝑtem dicit phūs ponere. q̄ motus aliquādo sit et aliquando non sicut aliqui philosophi scz Empedocles ⁊ Anaxagoras posuerunt hoc ꝓculdubio stultum est et figmēto assimilatur. Et q̄ dictum ipsius empedoclis assimilatur figmento q̄ scz motus aliquando quidem sit ⁊ aliquādo non sit nō esset aliqua causa huius nisi quia sic aptum natum est esse in natura vniuersali rerum. ⁊ q̄ nō oporteat querere causam huius. sed oportet opinari hoc esse principium cuius causa nō est inquirenda. sicut dixit empedocles. q̄ oportet amiciciam tenere ipsas res ⁊ mouere in parte temporis. ⁊ q̄ oportet in alia parte tēporis discordiam inesse rebus ex necessitate. ⁊ q̄ oportet quiescere in aliis mediis tēporū sicut dictū est prius q̄ empedocles nullā dixit huius causam. nisi quia casu fiat. eo q̄ nō dominatur amicicia. nec semper dominat lis. Et licet dixit mobile esse vno modo quod vocat mixtum. non tamē semp dixit motū esse vno modo. sed quādoq̄ dicit motum esse. quandoq̄ quietem ⁊ huius causa nō est inquirenda. sed supponēdum est illud tanq̄ principium. eo q̄ vicissitudo amicicie ⁊ litis principia entiū sunt quorū dominio dicto modo sibi succedit. sed istud dicere non sufficit ad probādum quare sic natum est esse. quia illa que sunt a natura habent causam. ⁊ ideo nō est illa ratio sufficiens quare quādoq̄ motus est ⁊ quandoq̄ non est. sicut non sufficit q̄ terra mouet deorsum q̄m sic natum est esse. sed ḡa grauis est Fortassis aūt et anaxagoras qui dixit q̄ ꝑncipium effectiuum generatōnis ⁊ motus post tēpus infinituz vnū solū fuit quod est intellectus agens ⁊ non dixit factiua esse duo sicut de principio motus dixit empedocles Nam si quereret ab eo quare agens intellectus expectauit tempus infinitū ⁊ postea mouit plus in quodam tēpore q̄s in alio. non poterat respondere nisi q: vbi intellectus agens principium est. ⁊ ideo nō debet queri causa actionis eius. quia principia non habent causas. sic ergo probatur q̄ motus sit incorruptibilis ⁊ q̄ alia dicta nō sint conuenientia.

¶ Nic pbus reꝓbat terciũ modũ istũ sez.entiũ quedaz ꝓtinue mouenf.⁊ quedã ꝓtinue quiescunt. ⁊ nihil sit oino q aliquando moueaf ⁊ aliqñ quiescat.qz illud dictuz re/ pugnat sensui.qz videmus in eisdem rebꝫ fieri mutatõem que necessario stant in suis finibꝫ.ergo talia qñq̃ mouenf et qñq̃ quiescũt. Preterea per hoc etiã tolleret oñis mo tus violent⁹.qz aliquid ꝺt violẽter moueri.qu ãdo expel litur a loco suo in quo naturaliter quiesit. si ergo ponaf q illud quod quieseit semp quieseit in suo loco naturali. tũc nõ potest moueri ꝓtra naturã suã.g̃ nõ ꝑt moueri violen ter. Tercio excluderẽtur generatio ⁊ corruptio.qz si illud qõ quieseit semp quieseit ⁊ nõ ꝑt moueri. ergo illud qõ q̃ escit sub nõ esse sicut in corrupto non ꝑt generari.qz alꝫ moueref.qõ est ꝓtra hypotesim. Nec etiã illud qõ quieseit sub esse sicut ipsuz generatũ poterit corrũpi. Quarto tol/ leretur vliter omnis motus ⁊ moueri.qz in oñi motu est quedam generatio.eo q motus alteratõis finis est gene/

ratio. t motus localis causat alteratōem. Similiter aūt opinio ꝓmunis est q̄ in oīm motu sit fieri quoddā t generari quoddā t quoddā corrūpi. Nā in motu est generatio forme post formā. siue vbi post vbi. t corruptio eius qō abūcit. t ideo illud qō mutat fit ꝓtinue dur āte motu hoc in qō mutat. sicut albū vel nigrū vel alia forma in quā est ipsa mutatio. aut si nō est motus ad formā sed ad vbi. tūc hoc qō mouet fit in hoc vbi ad qō mouet. t corrumpit ab eo ex quo est motus. t si hec est forma tūc corrūpitur hoc qō est albū vel nigrū qō mouet aut corrūpit ab ipso si motus est ſm locū. q; locus nō fit id qō mouet in loco. Cuz aūt motus est ad formā tūc id qō mouet fit ſm aliqō eē suū. t ideo hō fit sanus Nā vt dictū est in q̄nto. id qō mouet dr denoīatiue fieri hoc ad qō est motus.

¶Oīnia aūt velle aliqn̄ q̄escere aliqn̄ autē mouerī. hoc aūt ad copulādū ad antiquas rōnes Principiū aūt iterū faciendū a nūc determinatis idē qō q̄dem incepim⁹ ꝓus Aut eīm omnia quiescūt. aut oīnia mouent. aut hec quidē quiescūt. hec aūt mouent eoꝝ q̄ sunt. Et si alia quidem quiescūt. alia vero mouētur coꝝ que sunt necesse esse. aut omnia aliquando quidē q̄escere. aliqn̄ ꝓo moueri. aut q̄dā semp q̄escere. alia ꝓo moueri ipsoꝝ. aut alia aliqn̄ sistere. aliqn̄ vero moueri. Q̄ quidē igit nō possibile sit omnia quiescere dictū est ꝓus. dicem⁹ aūt t nūc. Si eīm ſm veritatē sic se hz sicut quidā dicūt eē q̄ ē infinitū t īmobile. sed nō aliqd videt ſm sensū sed mouētur multa eoꝝ que sunt.

¶Hic pbs reprobat quartū modū siue quartā opinionem. scilz q̄ vlter oīnia mouētur aliqn̄ t aliqn̄ quiescunt ita q̄ nihil sit q̄ semp moueat t semp quiescat. sicut dicebāt Anaxa. t Empedo. quā opinionē dixerūt esse copulandā ad rōnes quas antiquit⁹ annis adduxerūt de sempiternitate motus. qm̄ opinio illa videt esse ipsius Empedoclis q̄ dixit q̄ in tempore amicicie oīnia quiescūt t nihil mouetur. t in tpe litis oīnia mouentur t nihil quiescit Aut exponitur sic q̄ illa opinio copulanda est ad alias rōnes que dicende sunt in sequentib⁹ tractatib⁹. Oeinceps igit pbs summatim dicit q̄ aut omnia q̄escūt aut oīnia mouentur. aut alia quiescūt t alia mouētur. sicut fuit opinio Anaxa. t Empe. aut ita q̄ semp quiescūt t nūq̄ mouentur. quedā aūt mouentur semp t nunq̄ quiescūt. t nihil omniū est qō idem numero quiescat t aliquādo moueatur. aut ita est q̄ quedam entiū aliquando quiescunt aliquando aute mouentur eadem numero existentia. Et quāuis ista diuisio est superius posita. eam tamē resumit q; nouis rōnibus intendit certa membra reprobare. Et primo improbat ꝑmum membrū. scilz q̄ non sit possibile q̄ omnia quiescant t nūquam moueantur. sicut dixerunt Melissus t Xeno. et licet hoc prius sit ostensum. tamen aliter ostendi potest. Nam si omnia quiescant ſm veritatem. vt dicit hec opinio siue illud membrum. tunc sequeretur q̄ omne ens esset infinitum t immobile. quia cuz sit infinitum bene sequitur q̄ est immobile. quia infinituz nō habet quo moueatur. eo q̄ hoc est infinitum ſm locum quod omnem locum occupat. t infinitum ſm formaz qō occupat omnem formam.

¶Si quidē igit opinio est falsa. aut oīno ōpinio t motus est. t vtiq̄ si phantasia. t si aliqn̄ q̄dem sic videat aliqn̄ aūt aliter. Phantasia q̄dem t opinio motus quidā esse videtur Sed de hoc quidē intendere t querere rōnem quorum dignius habemus q̄ rōne indigere male iudicare est melius t peius t credibile t non credibile. t ꝓcipiū t nō ꝓcipiū

¶Hic pbus ostendit q̄ opinio dicens omnia quiescere non videtur esse vera ſm sensum. sed multa entium q̄ ſm naturam sunt finita videntur moueri. et hoc per varietatem opinionis probatur. in eo q̄ comparatur ad res. Si eīm ponatur aliq̄ opinio esse falsa. siue vniuersaliter aliqua opinio supponatur esse. tunc sequitur necessario q̄ etiam motus sit. quia autem vna erit opinio de eo qō est sorem sedere t non sedere. aut oportz esse motum. q; cum opinio non sit contrariorum receptiua hoc est veri t falsi nisi per mutationem rerum oportet motum esse in reb⁹. Idem autem sequitur si sit phātasia. illa eīm est vera aut falsa per eandem rerum mutationem. Phantasia eīm et opinio sic variate per res sunt motus quidam a sensu ſm actum facti. Et cum dicitur q̄ motus probatur esse per phantasiam t opinionem intelligitur de ipsis per cōparationem ad res. Nam sic oratio vera vel falsa est non in eo q̄ ipsa ē susceptibilis ꝓtrioꝝ. sed in eo q̄ res suscipit cōtraria cuius ipsa oratio est signum. ita etiam phantasia et opinio suscipiūt contrarietatem. Non eīm phantasia t opinio hic accipiūtur ſm q̄ sunt in opinante tm. quia re vno modo se habente potest opinio esse vera t falsa per deceptionem opinantium de ipsa. sicut est opinio de quantitate solis t stellarum. t qui sequitur sensum t deceptionez sensus dicit solem esse monopedalem. t qui sequitur demōstrationem dicit ipsum maiorez q̄ terra vno modo se habente re ipsa. De intellectu autem t scientia non est eadē ratio. q; itellect⁹ t scia sunt de his que sunt vno modo. et de necessitate inuariabilia. Iste tamen rationes inducte a diuisione superius posita logice sunt non habentes necessitatem. sed tamen in eis sunt propositiones premisse maioris probabilitatis q̄ conclusio. Nec est necesse alias rationes ponere cum aliquid dignitatis hic habeatur q̄ sit ratio. ita q̄ sint nota per se ad sensum ad quem omnis ꝓpositio vniuersalis certificatur. hoc eīm est proprius eius qui indiget mente t ratione. eo q̄ ipse amens mente captus est. talis autem hominis proprium est male iudicare inter melius t peius. t inter credibile t nō credibile. t inter principium t non principium. omnis autem acceptio que firmatur a sensu melior est q̄ illa que sensui cōtradicit. t conclusio que sensui ꝓtradicit est incredibilis. principium quod experimentali cognitioni in sensu nō concordat. nō est ꝓncipium sed potius ꝓtrariū ꝓncipio.

¶Similiter autem et impossibile est t omnia moueri: aut alia quidez semper moueri. alia vero semper quiescere. Ad omnia eīm hec sufficiens est vna fides. Videmus eīm quedam aliquando quidem moueri. Quare manifestum est q̄ impossibi/

le sit similiter omnia quiescere. et omnia moueri continue. ex eo q̄ alia quidem semp̄ mouent alia vero semper quiescūt.

¶ Hic ph̄us ostēdit similiter q̄ omnem modū impossibile esse q̄ omnia moueantur. ⁊ similiter adhuc impossibile q̄ omniū entiū quedā sint que semp̄ moueā̄tur. ⁊ q̄daz que semp̄ quiescāt. ⁊ nihil est eoꝝ que sunt de numero entium q̄ aliq̄n quiescat ⁊ aliquādo moueat dicens. q̄d illa tria sufficiens est accipere fidem vnius probationis. nā sensu videmus quedam aliquādo quiescere ⁊ q̄dam aliquādo moueri eadem numero existentia. licet ēm̄ visus aliq̄n decipiatur in q̄titate visibilis. vt cum ōt solem esse monopedalis q̄titatis. aut etiā cū ōt p̄pter spēm motus adhuc reseruatā in sensu td moueri qō tamen quiescit. vt patet de motis in naui qui arbores in littore iudicāt moueri. cū ꝓgregatio sensuū de eodem non decipitur. ⁊ ideo tripliciter se habet iudicium sensuū. Aliquando ēm̄ decipitur visus q̄n iudicat de q̄titate solis. aut quando iudicat de motu stellarū qui ōt scintillatio Aliq̄n nō decipit̄ quādo est iudiciū plurū sensuū de eodem. sicut q̄ aliq̄n aliq̄d mouetur ⁊ aliquando quiescit. ⁊ ideo iudiciū est aliquando p̄cise verum. ⁊ aliq̄n p̄cise falsum. Aliq̄n aūt est dubiuz donec ferāt demōstratiō que certificat alteram partē. Sz causa de hoc qō dixim⁹ aliquid aliq̄n moueri ⁊ aliq̄n q̄ escere est p̄cise verum. ⁊ ex illo testimonio manifestū est q̄ impossibile est q̄ oīa semp̄ quiescant aut q̄ oīa semp̄ ⁊ ꝓtinue moueant. aut q̄ entia oīa sic se habeant q̄ q̄dā eorum semp̄ moueant ⁊ q̄dā semp̄ quiescāt. ⁊ nihil sit qō aliq̄n moueat ⁊ aliq̄n quiescat

¶ Reliquū ergo ꝓsiderandū est vtrū oīa huiusmodi possibilia moueri ⁊ q̄escere p̄nt. aut q̄ dam quidē sic. aliqua vero semp̄ quiescūt aliq̄ semp̄ mouētur. hoc ēm̄ demōstrādū ē a nobis

¶ Hic ph̄us ostendit q̄ reliquū mēbꝝ superioris diuisionis ꝓsiderandū est nobis An scz oīa entia sint possibilia ad vtrūq̄. ad motū scz ⁊ q̄etem. aut q̄daz sint possibilia qd vtrūq̄ horꝝ. et q̄dam alia semp̄ mouent ⁊ q̄dam alia semp̄ quiescūt. et si illud demōstrātū fuerit sufficienter eluceſcet oīa membra siue modi superioris diuisionis. hoc ērgo demōstrandū est a nobis. sed illud ꝓuenienter facere nō possumus nisi ꝓsiderata fuerint duo Primū q̄ oīne qō mouet habet motorem sicut ostensuz est suo mō in septimo huius. ⁊ latior eius ꝓbatio patebit infra. Secūduz q̄ oīne qō mouet p̄m locū reducitur ad motorem. qui non mouet oīno. ⁊ tamen est in eo qō mouet p̄m locū. ⁊ hoc ē p̄mū mouens ⁊ p̄mū mobile

Vtrū talis sit entium dispositio q̄ q̄dam semp̄ mouent. quedā vero semper quiescūt. et quedā aliquādo mouentur et aliquando quiescūt

¶ Et arguit̄ p̄mo q̄ possibile est oīa quiescere. cū oīa in esse suo creato possunt subsistere. ⁊ sic potentia creantis sine motu seruari ¶ Secūdo sic. possibile est oīa moueri nam omne qō est aut est ens p essentiā aut p participationem. si per essentiam fuerit ens. tūc est suūpsius vniuersaliter ꝓmunicatiuuz seu diffusiuum dicente Dionisio q̄ deus qui est summū bonū nature mouet ad oīa indeficientib⁹ siue bonitatis distributiōib⁹. Si fuerit ens p participationem. tūc mouet appetibiliter sm̄ p̄mi bonitatissimilatiōnem. Etiā si essent aliqua entia imobilia. illa essent maxime substātie separate ⁊ imoꝝrales. vt angeli. ⁊ tñ angeli moueri dicūtur. teste augustino qui ōt q̄ deus mouet creaturam spūalem p locū nō aūt p tempus ¶ Tercio sic. oīa entia in vniuerso aliq̄n mouētur ⁊ aliq̄n quiescūt. q̄ natura est p̄ncipiū mouendi ⁊ quiescendi. ¶ In oppositū est determinatio ph̄i in textu. Pro maioꝝ intellectu ponūt duo discursus Quoꝝ maio⁹ p̄mi est ista

¶ Iudicio sensus stādū est in sensibilib⁹ Hi nor Motus est sensibilis nature act⁹ Cō clusio. Igit̄ cū videmus aliqua moueri q̄n q̄z ⁊ q̄n q̄z quiescere nō oportet de hoc rōnis iudicium inquirere

¶ Maioꝝ pz. artifici experto in sua arte credendū est. ergo sensus naturaliter instructi iudicio in sensibilib⁹ standum est. velut artifex expertus in suis artificialib⁹. Illud tñ non est intelligendū ita q̄ sensibilia sint artificiata ipsius sensus. sed sic intelligendū est. q̄ eadem certitudo sensus sit ad sua sensibilia sicuti artificis ad sua artificiata. Dicit aūt naturaliter instructi. nā si nō fuerit sensus naturaliter in suis sensibilib⁹ instructus errare p̄t. ⁊ hoc tripliciter. Primo ex indispōne organi. vt patz in febricitantib⁹. qui iudicant ꝓpter organi infectōnem dulcia amara Secūdo ex nimia distantia eius ab ipso sensibili. vt iudicamus solem bipedalis q̄titatis. cum ipse sit toto mūndo maioꝝ. Tercio ex indispositione medij. vt res alba per rubū vitruz visa apparet rubia. Illis ēm̄ seruatis sensus nō errat circa sensibile. ⁊ p ꝓsequens iudicio sensus stādū est in sensibilib⁹. Dicit not āter in sensibilib⁹. q̄n nō oportet querere rōnem vbi sensus habet experimentū. simp̄r tamen loquendo q̄tum ad veruz iudiciū standum est in intellectu. nō a sensibilib⁹ abstracto. ⁊ sic iudicio sensus stādum est in sensibilib⁹ vt hmōi. vtiq̄ tamen cōtingit circa sensibilia aliqua inuestigare q̄ sensus iudicio capi non possunt. vt visa eclipsi solis aut lune inquiri p̄t illius causa

¶ Minoꝝ patet q̄ quo ad eius p̄mā partē scz q̄ motus sit actus nature. nā secūdo physicoꝝ dictum est q̄ natura est p̄ncipiuz mouendi ⁊ quiescendi eius in quo est p̄mū p se et nō sm̄ accīs. ergo. Secūda ps pz. scz q̄ sit nature sensibilis. Nā ꝓputat motus inter sensibilia cōmunia ¶ Conclusio est ph̄i in textu. Maioꝝ alteri⁹ discursus

¶ Septē ꝓtingit intelligi modis in reb⁹ dispositionē motus ⁊ quietis Minoꝝ. Exigūt aūt sensus ⁊ rō vt in triplici genere intelligatur hec dispositio Conclusio Igit̄ ꝓcedenda est in rebus talis mobiliū ⁊ q̄escētiū dispositio quam tangit mota questio.

¶ Maioꝝ patz. per ph̄m in textu ponentem septez membra siue modos entiū sm̄ q̄ aut quos a diuersis totius vniuersi sm̄ motum ⁊ quietem dispositōnes ponūtur. sed vnus approbatur vt patuit supra. Et ista vltima entium dispositio in vniuerso nō solum locū habet in entib⁹ corporeis. q̄ sic essent dūtaxat duo genera. vnū scz quo omnia semp̄ mouerent. vt corpora celestia. Aliud genus esset q̄

aliquando res mouerentur ꝛ aliquando ḋeſcerent. vt iſta inferiora .ſed locū habet in entib⁹ ſiue ſint corporea ſiue incorporea.qz cū oīa corpora ſint mobilia oportet vnum genus entium imobilium eſſe incorporeum ¶ Sed diceres terra eſt corporea ꝛ eſt imobilis. vt patz de centro terre. ergo. Ad hoc dom eſt.licet terra non moueatur ꝑm ſe totam.vtiqz tamen ꝑ⁹ partes.imo ſi terra que eſt circa centrum aut centrum poneretur extra ſuū locum ad illū moueretur. Vel dicendum eſt.licet motu locali non moueat terra.vtiqz tamen mouetur motu alterationis.ꝛ per ꝯſequens ipſa non eſt imobilis dicenda ſimpliciter. ¶ Dicnor ꝓtz per pham in textu.manifeſtū em̄ ẽ qꝫ in reb⁹ vniuerſis entia poſſunt ſe habere in triplici differentia.qz quedaz ꝓtinue mouentur.quedam ꝓtinue quieſcūt.ꝛ quedā qñqz mouentur ꝛ quandoqz quieſcunt. Et dicitur notanter ſenſus ꝛ ratio exigūt. Nam duo genera entium ſunt nobis manifeſta ad ſenſum.ꝛ precipue illud quo aliqua aliquādo mouentur ꝛ aliqua quādoqz quieſcūt.ꝛ aliud genus quo omnia ſemp mouentur eſt nobis manifeſtū qñqz non pfecte.quonia ſenſus nō eſt ſempiternorū.ꝛ ideo nō poteſt ſenſus iudicare motū ſempiternū.niſi ſempiterno ſuo quo ſenſus ipe durat.ꝛ ideo ꝯplementū iudicij talis generis eſt quodāmō ex rone non quidem ꝑm ſe ſumpta.ſed rōne ſenſui innixa . Tercū vero genus entium in nobis experimur ratōne tm̄ quo cognoſcimus' corpora celeſtia a ſe nō poſſe moueri.ſz a motore immobili.
¶ Concl'o ſeqtur ex p̄miſſis.

Ad obiecta in oppoſitū

Ad p̄mū dicendū eſt.qꝫ quies inc̄ptum eſt quedam permanentia immobilitatis ſupernaturalis non preiudicat creature.ſicut poſt diem iudicij creduntur corpora celeſtia ꝛ elementa ſtare imutabiliter in ſuo eſſe creato.hoc autem inꝯueniens eſt loquendo de quiete.que eſt priuatio operis nature. Nam illa induceret ocium in natura faciens naturam quieſcere a ſuo eſſentiali opere.quod eſt motus.
¶ Ad ſecūdū dicendū eſt qꝫ talis motio cauſalitatis boni eſt actio finalis dei qua allicit alia ad participatōem ſui ſimilitudinis ꝛ motus quo alia tendūt in ipſum non eſt motus ꝓprie dictus.ſed ſolum metaphorice.quomodo effectus dicitur moueri a fine. Ad ꝯfirmationem dicendū eſt.qꝫ motus localis ꝓueniens angelis non eſt eiuſdez rationis cum motu locali quo mouentur corpora .ꝛ qꝫ eis ꝓuenit motus localis hoc non conuenit eis ex parte ſubſtantie ſue. cum ipſi loco non ꝯmenſurantur .ſed ex parte loci.quia ſuam virtutem applicāt loco. Et qꝫ angeli mouentur localiter patet.nam eiuſdem rationis ſunt angeli ꝛ anime.ſed anime moueri dicūtur.quia habet fides qꝫ chriſtus ꝑm animam deſcendit ad inferos.ꝛ ſic de alijs multis legitur.ergo angeli mouentur.¶ Et ſi dicas. nullus impartibile mouetur.ſexto phyſicorū. Ad hoc dicendus eſt.qꝫ pha loquitur de impartibili ꝑm quātitatem et de motu ꝓtinuo. Et licet motus exiſtens actus entis in potentia ſit actus imperfecti.ꝛ eſt propter indigentiam ſui ſam. ille autem motus qui eſt ꝑm applicationem virtutis eſt entis in actu.ꝛ non propter ſuam indigentiam .ſed propter alterius indigentiam. Et etiam mouentur per medium ꝛ in eius motione eſt prius ꝛ poſterius.quāuis quidam oppoſitum dixerunt. ¶ Ad tercium dicendū eſt qꝫ quāuis natura particularis ſit principium motus ꝛ quietis .non tamen natura vniuerſalis.que eſt principiū motus.ꝛ ideo corpora celeſtia in quibus eſt vniuerſalis natura ſemper mouentur.iſta autem inferiora aliquando mouentur.aliquando quieſcunt

Incidit dubium An

aliquid poſſet ſimul alterari. ¶ Solutio do. Alb. patz circa textus declarationem Alij aūt dicūt qꝫ iſta propoſitio ꝓtingit aliqd ſimul alterari duob⁹ intelligik modis Vno mō ſic qꝫ talis alteratio nō fiat ꝑm aliquam ſucceſſionem et ſic non intelligitur textus.qz aqua in inſtanti congelari non poteſt.Alio modo ḋr aliquid ſimul moueri per comparatōem ad motū localē.qz motus localis procedit ꝑm partes ſpacij.ꝛ ſic motus localis ꝓmo fit ꝑm vnā partez ſpacij.deinde ꝑm aliā.ꝛ ſic ꝑt aqua ſimul ꝯgelari
¶ Mouentiū igik ꝛ eoꝝ q̄ mouenk. alia qdem mouent ꝛ mouenk ꝑm accidens.alia aūt per ſe ipſa.ꝑm accidens qdem.vt qcūqz in eo qꝫ ſunt in mouentib⁹.aut in his que mouētur ꝛ q̄ ſunt ꝑm partē.alia aūt p ſe ipſa quecūqz nō in eo qꝫ ſint in mouēte.aut in his que mouētur in eo qꝫ pars aliqua ipoꝝ mouet aut mouek.
¶ Iſtud eſt ſecūdū capt'm in q̄ phs oñdit qꝫ oē qđ mouek abſalio mouek. Et diuidit iſtud capt'm in tres ptes. In q̄ rū p̄ma ponit tres diuiſiones. In ſcda oñdit ꝓpoſitū. ibi. Et maxime moueri. In tercia pte oñdit a q̄ aliq̄ mouean tur. ibi. Sed accidit. Quātū igik ad p̄mā ptez ponit tres diuiſiones.quarū p̄ma eſt. Mouentiū ꝛ mobiliū quedaz mouent ꝑm accns ꝛ mouenk ꝑm accns.q̄daz aūt p ſe mouent ꝛ mouenk p accns. et illa dicūtur mouentia aut mota ꝓpter id qꝫ ſunt in his q̄ mouenk vel mouēt. et hoc duobus modis ꝓtingit. Uno mō em̄ ſic ſunt in mouētib⁹ et motis qꝫ nullo mō poſſunt p ſe moueri aut moueri.vt albedo aut muſic⁹ ḋr mouere qñ muſicus ꝓiicit lapidē aut muſicus ambulat.Alio mō em̄ p̄t moueri p ſe ſi ſeparaꝛek ab eo cui ineſt.vt qñ ḋr manus peruit aut man⁹ mouetur in eo qꝫ peruit ſortez.ꝛ qz id qđ eſt p accns quo ad nos notius eſt eo qđ eſt p ſe ex abnegatōe eius qđ eſt p accns tam in mouēte q̄ in mobili poſſum⁹ cognoſcere id quod mouet p ſe ꝛ id quod mouetur.

¶ Hoꝝ aūt que mouētur p ſe. alia qdem a ſeipſo.alia vero ab alio.ꝛ alia quidem natura. alia vero violentia ꝛ extra naturam. Qđ em̄ ipſuz a ſeipſo natura mouetur.vt quodlibet animalium.mouetur em̄ animal a ſeipſo.Quoꝝcūqz autē principium motus in ſeipſis eſt hec natura dicim⁹ moueri. Unde aīal quidē totum natura ipm ſeipm mouet.corpus aūt ꝑm qꝫ eſt corpus ꝓtingit ꝛ natura ꝛ extra naturā moueri.Differt aūt ꝑm qualē motum qđ mouek eueniat.ꝛ ex quali elemento ꝯſtet. Et eoꝝ que mouenk ab alio.alia quidez mouētur natura. alia vero extra naturam. Extra naturā qdem terra ſurſum ꝛ ignis deorſum. Amplius autez ptes animaliū multotiens mouētur extra naturā in pta poſitiones ꝛ modos motus.

¶ Hic phs ponit vnā subdiuisionē q̄ secūda appellatur diuisio. Et est Eoꝝ q̄ mouentur per se alia mouenk a seipsis. ita q̄ habēt motorē indistinctū a seipsis ꝑm eē vt aialia. Alia vero mouentur ab alijs que ꝓ esse distincta sunt ab ipsis ꝛ ꝓ definitōem sicut inaiata. ꝛ q̄ hec oia liquide patēt ex his que in quinto huius dicta iunt. ideo nō est necesse hic amplius explanare ista ꝓter soluꝫ illud quod ex dictis patet. q̄ aia nō mouek per se nec pōt moueri ꝓ se. cū ipa nō moueak nisi in corpe. et si separek a corpore non erit mobilis motu physico cū sit indiuisibilis ꝑm q̄titatem vt in vna ꝑfirmatiōe vnius argumēti questionis patuit. Deinde subūgit phus tertiā diuisionē que est. Eoꝝ q̄ mouentur a seipsis. et etiam ab alijs alia mouentur a natura alia mouētur a violentia ꝛ extra naturam A natura quidē mouenk q̄ habēt intra se ꝓncipiū sui motus. eo q̄ natura est ꝓncipiū et causa mouendi et quiescendi et hoc modo q̄libet aial mouetur a seipso. q̄ quoꝝūcunq̄ ꝓncipiū motus est in seipsis hoc dicitur moueri natura. Unde cōsiderādo totū aial. put ꝓponik ex motore et mobili dicim⁹ q̄ aial mouet seipm naturaliter. et naturaliter mouetur. ḍa aia que mouet ē forma et natura toti⁹ ꝛ corpus q̄ mouek hoc modo est ꝑfectū ab aia. et refertur ad aiam mouentē ita q̄ ipm naturaliter suscipit motum ab ipa Si vero corpus cōsideretur nō in relatōne ad aiam sed ad elemēta ex q̄b⁹ materialiter ꝓponitur tūc q̄nq̄ mouek naturaliter ꝛ q̄nq̄ nō: q̄ si aia moueat corpus deorsum ꝑm naturā elemēti ꝓdominantis est motus naturalis. si vero moueat ipm cōtra naturam elementi ꝓdominantis tunc erit cū fatigatione ꝛ pena. et ideo erit naturalis aiali sed tamē ꝓtra naturam corporis. sicut homo aut aliud animal graue mouetur ascendendo. Si autē corpus sit ex elemēto q̄ non habet cōtrarium ita q̄ motor nūc mouet ipm contrario motu nature corporalis elementi q̄ in ipso est. tunc ille motus non habet penā ꝛ lassitudinē et erit ꝑm naturam totius aiati et corporis eius Et ꝑ similitudinē ad istud est motus corporis celestis. Et ideo dicit ptholome⁹ in almagesti q̄ creator corpis celestis ita formauit ipm q̄ obediret motori ꝑm naturā. vt omnis motus sui motoris ꝑficī possit in ipso. Et huius declaratio patebit in 2o de celo et mūdo. Ex quibus patet. manifestatio tertie diuisionis ex ꝓte illoꝝ q̄ mouentur a seipsis tam ꝑm totum q̄ ꝑm ptes. Idem manifestat phus in his que mouentur ab alio distincto ꝑm definitōem et ꝑm esse dicens. q̄ quedam mouentur naturaliter et a natura. ꝛ q̄dam mouentur extra naturam. Extra naturam quidē siue violenter mouentur sicut terra mouetur sursum et ignis deorsum. Amplius etiam ptes aialiū relate et cōparate ad elemēta ex quibus cōsistunt materialiter q̄nq̄ mouentur extra naturā iuxta positōnes diuersas in situ sursuꝫ et deorsum. et modos motus qui sunt ascensio aut descensio.

Et maxime moueri a quodam q̄ mouek in his q̄ extra naturā mouētur. ē manifestū ꝓpter id q̄ manifestū est ab alio moueri postea autē que sunt extra naturā eoꝝ que sunt ꝑm naturaꝫ ipa a seipsis vt aialia. hoc em̄ nō ī manifestū est si ab aliquo mouentur. sed q̄o oportet accipere ipm mouens et quod mouetur. Videtur em̄ q̄ ibi sit accipiēdū sicut in naubus ꝛ nō natura subsistentibus. sic et in aialibus diuisum est mouens ꝛ quod mouetur: et sic omne ipsuꝫ seipm mouet.

¶ Ista est secūda ps capli in qua phs ostendit. q̄ omne q̄ mouek ab alio mouek. ꝛ hoc primo in illis q̄ mouenk violenter et extra naturā dicens. q̄ in illis maxime q̄ ad nos est manifestū q̄ mouentur ab alio quod est eis extrinsecū. et distinctum ab eis per esse et definitōem Hoc manifestū est in talibus q̄ mouēs ad sensum diuersum est ab ipsis. vt q̄n lapis ꝓijcitur sursum. patet oib⁹ diuersum esse ꝓijciens a ꝓiecto. ideo oīe q̄ mouek violēter mouetur ab aliquo distincto ab ipis. post āt illa q̄ mouētur violenter et extra naturam magis est manifestū i his q̄ a seipis mouenk et naturaliter sicut mouenk aialia. In aialib⁹ vero est manifestū q̄ ab alio moueank. ḍa omes sciūt q̄ corpus q̄ mouek ꝑ definitōem. aliud est ab aia mouēte ipm. sed forte īmanifestū est qualiter est accipere diuersum mouens et id q̄ mouek. Utrū scz aia mouens et corpus motū distinguank definitōne solū ꝛ non esse vel sic distinguank q̄ sicut separank suis definitōnib⁹ ita etiam sint separabilia ꝑm esse. Nam in rei veritate in aialibus brutis in quib⁹ vltime ꝑfectōnes sunt aie sensibiles motor a mobili nō distinguik ꝑ esse. ſ ꝑ definitōez. sed in aia rōnali intellectuali secus est q̄ ꝑ esse et definitionem sepak ꝓpter q̄d etiā tam Alexand. q̄ theomixtius eam equiuoce dicūt vocari aiam cū vegetabili et sensibili sed patebit declaratio illius in secūdo de aia. Q̄d autē dictū est q̄ nō est īmanifestū in oib⁹ aialib⁹ motorē aliuꝫ esse ab eo q̄d mouek. pbak ex hoc. q̄ videtur esse in aialibus q̄ntū ad motorē et id q̄d mouek sicut est in nauib⁹ et alijs artificiatis q̄ non mouenk nisi ab artifice distincto ab ipsis. licet nō subsistant per naturā sed ꝑ artē. Ars em̄ naturā imitatur et ꝓncipue aiam ꝑm quā ipa est natura. et ideo sicut in artificiatis motor artifex diuisus ē ab artificiato. ita etiam est in aialibus ꝛ in oib⁹ q̄ a seipsis mouenk et seipa mouēt ꝓter hoc solū. q̄ artifex extrinsecus est ad artificiatū ꝛ distinguik ab ipo loco et subiecto. Anima aūt nō distinguitur a corpe q̄d mouek ꝑm esse. sed ꝑm definitōnem distinguitur ab ipo. ꝛ sic patet q̄ illa que mouent seipa habent motoreꝫ ꝑ definitōnem a se distinctum

Maxime aūt dubitak reliquum dicte vltime diuisionis. Eoꝝ em̄ que ab alio mouētur. Hec quidem extra naturam posuimus moueri. Alia aūt relinquunk contraponi q̄ natura Hec aūt sunt que dubitatiōem afferunt a quo mouentur. vt grauia et leuia. Hec em̄ in oppositos locos violentia mouētur. in proprios āt leue quidē sursum. graue aūt deorsum natura. a quo aūt nō adhuc manifestū. sicut cū moueātur extra naturā. Et nāq̄ ipa a seipis dicere impossibile est vitale em̄ hoc et aiatoꝝ est propriū et facere stare posse ipa ꝑm seipa Dico āt velut si ambulādi cā ineſt ipi et nō ambulādi. Quare si in ipo est sursum ferri igni manifestum est q̄ in ipo et deorsuꝫ Irratōabile āt est ꝑm vnū mo

tum moueri solum hec a seipsis si quidez seipa mouent ipsa.

¶ Hic phus ostendit in quibꝫ mobilibꝫ maxime est dubium. an habeant morore a se distinctum. Ex quo dictū ē qꝫ eorū q̄ mouenk ab alio q̄daz mouenk violenter et quedam naturaliter. Et non est dubium quin illa mouentur ab alio que violenter mouentur. sed illa que mouentur naturaliter z non mouentur a seipsis vt animalia faciunt habent maximā dubitationez hoc est in illis que mouentur a natura qualia sunt grauia et leuia. Nā natura est principiū intrinsecū mouendi et quiescendi eorū quorū est. et sic nō videtur a quoprincipio extrinseco moueantur quia mouentur ad opposita loca per violentiā locus em̄ oppositus et cōtra naturam graui ē sursum et locus oppositus leui est deorsum et in illa loca mouētur violenter grauia et leuia. In propria aūt loca mouentur naturaliter scz leue sursum. et graue deorsuz Sed nō est manifestū a quo moueank in propria loca naturalia. cū̄ uis manifestum sit de eis a quo moueank in locos oppositos sibi qñ mouentur per violentiam et extra naturaz sed dicere ipa mouere a se in propria loca sicut a se mouētur animalia est impossibile. Et hoc probat phus tribus rationibus. Quarum prima est. qz moueria a seipis est propriuum aialiū et aiatoruz. grauia em̄ et leuia nō st̄ aialia aut aiata. igitur non mouēt seipsa. Maior est pbi secūdo et tertio de aia vbi ostendit. q aia excedit naturā in certis gradibꝫ vite in hoc q mouet suā materiā Scda ratio est. oē aial qđ est sibi causa ambulandi per p̄ncipiuz sibi p̄iūctuz per idē principium est sibi causa nō ambulādi siue nō mouendi. sed sic nō est de grauibus z leuibus. igitur non mouent seipsa. Maior patet. qa aia est principiū motuū et quietum pluriū et nō vnius. In hoc ei differt a natura que est forma corporalis. g̃ si diceret in igne per principiū cōiunctū sibi esse sursum ferri sicut in aiali causa ambulandi tūc etiam erit in igne causa standi et causa q feratur aliqū deorsum qñ fuerit sibi apperit⁹ descendendi sz hoc est falsuz. igit non a seipo mouek sursum ignis. Nā irrationabile est q illa que mouent seipa moueantur tm̄ fm vnū motū. Minor patet. qa nec leue nec graue potest ex seipso pausare a motu qñ est extra locum suum.

Amplius qño cōtingit continuum aliqđ et ip̄m seip̄m mouere. Secūdū em̄ q vnū et continuū nō tactu fm hoc impossibile est sz fm qđ diuidik Si ħ qđē aptū natū facere illō vero pati Hecz ergo nullū horū ipsuz seip̄m mouet cōsita em̄ sunt Hecz em̄ aliud cōtinuū nullū sed necesse est diuidi mouens in vnoquocz ad id qđ mouek sicut in inaiatis. videm⁹ cū moueat aliquod aiatorum ipsa.

¶ Hic ponit terriam rōem. nullū pfectum cōtinuū mouet seip̄m. sed grauia et leuia sunt perfecte p̄tinua. igitur nō mouent seipsa. Maior patet. Nam quod mouet se ip̄m diuiditur in ptem mouētem et in ptem morā. illud aūt pfectum cōtinuū dici nō potest cū continuū in oibus suis ptibꝫ eandem habet rōem sicut elementa. Scōm ei q. ip̄m est vnū in forma z cōtinuum in toto z in ptibus nō est cōtactum. igitur in ipo nō potest esse res diuersa mouentis et mobilis siue eius quod mouek. et iō vel q̄libet pars mouet z nulla mouetur. aut quelibet pars mouetur z nulla mouet aut quelibet pars simul mouet et mouetur. qz cū sint vnius rōis nō potest dici q vna mouet z altera mouek. Et si qđē dicak q q̄libet mouet et nulla mouetur tunc ipm erit mouens imobile. z sic oporteret p̄tinuū esse impartibile qđ falsum est. Si aūt q̄libet moueatur z nulla mouet. tūc manifestū est q nō mouek a se. sed a quodā alio extrinseco sibi. Impossibile em̄ est q quelibet pars moueat et moueatur. qz sic quelibet eēt in potentia z in actu. Nam omne mouens est in actu. et oīe quod mouek est in potentia. et sic quelibet esset cōpleta et incōpleta. et educens se de potentia ad actum q̄ oia sunt absurda. igit impossibile est q moueank a se talia simplicia et continua corpora sicut graue et leue. sz oportet fm q diuiditur z separatur vnū ad min⁹ p definitōem sicut vnū aptum natum est agere et aliud pati. et vnum mouere et alterū moueri. Nullum igitur horum simplicium continuorū ipsum seip̄m mouet. Et sic pz q continua. vt hmōi nō moueant seipa. sed oportet q in vnoquocz taliū mouens diuidak eēntiali diuisione per definitionem aut per esse z definitionem ab eo quod mouetur sicut fit in inanimatis.

Sed accidit et hec ab aliquo semp moueri fiat aūt vtiqz manifestū diuidentibus causas. Est āt et in mouētibus accipere que dicta sunt Alia quidem em̄ extra naturam ipoz motiua sunt vt vectis nō natura grauis motiuus est. Alia vero natura vt actu calidū motiuū est potētia calidi. similiter autē et in alijs huiusmodi est. Et mobile aūt similiter natura qđ potentia quale aut quātum aut vbi est cū habeat p̄incipium hmōi in seipso et nō fm accidēs Erit ei idem et quātū et quale sed alteri alterū accidit. et non fm se existit ignis itaqz et terra mouētur ab alio. violētia quidem cū extra naturam Natura aūt cū in ipsoz actu et potentia

¶ Ista est tertia ps capli in qua phs ostendit a quo mouenk aliqua scz grauia z leuia dicens. q si diuidank causeram mouentes siue actiue cū more siue passiue in q se et q accidens. in fm naturam et extra naturā Unde dupliciter primo p̄tingit aliqua esse mouēcia. qđā em̄ mouēt extra naturā et violenter. z talia mouētia nō imp̄mūt formā ei qđ mouetur sicut chorda arcus mouet hoc mō sagittā. z manus p̄icit lapidē. talia em̄ nō mouent grauia sua propa natura. sz q impetū q̄ fit in eis alūnde mouent. Alia mouent naturaliter sicut illa q̄ motu suo niūtk imp̄imere ei qđ mouek formā. et hoc mō actu caliđū mouet potētia calidū. z sic aia mouet corpus fm formam illam quā p̄cepit. Silr aūt est in oibꝫ aliis hmōi. et in p̄sillibus istis. Et sicuti nūc diuisum est mouēs. ita etiā eodē mō diuidik mobile fm q mobile. qz āt ipsum ē mobile fm naturā z tale mouek q se. vel est mobile extra naturā et violēter. z tale mouek q accīs Illud qđ mouek absolute z simplr mouek naturaliter et ē illud qđ hz in se susceptiuā potētiā recipiēdi formā fz quā mouek motoz suus q inchoatōem ipi⁹ forme i ipo. qm̄ intrēdit ei suus

motoꝝ ímpꝛímere ꝓ modū quo ipe mouet. ⁊ habet in se tale ꝓncipiū ꝙ se et nō fm accns. sicut potētia ql̄e aut potentia calidū aut frigidū efficitur in actu fm q̄litatē suā informatiue ad quam fuit ordinata potentia eius. ⁊ sitr est de eo qđ potentia est q̄ntum. aut potentia vbi Dicit aūt ꝓncipium passiuū receptiuū forme agentis esse illud in quo est inchoata forma agētis. sicut in ꝓmo libro scr ptum est. quia aliter nō essꝫ materia ꝓpꝛia neq; mobile ꝓpꝛium suo motoꝛi potius q̄ alij. Nam oportet q̄ mouentia inferant passiones suas ꝓꝛijs motibus. ⁊ agētia suis ꝓꝛijs passiuis. ⁊ hm̄oi passiui siue mobilis generale signum est q̄n in eis talis ꝛuenitur potentia q̄ non indiget nisi vno determinato motoꝛe vt exeat in actum. Si em̄ plures exigeret motoꝛes tūc non esset ꝙ se apꝛopꝛiata vni et sic nō esset alicui⁹ agētis ꝓꝛiū passiuū sicut figura hois poña est in semine hois. et figura idoli potētia est in cupꝛo. Et hec potentia ineſt illi passiuo ꝙ se et nō fm accidens. quia aliquādo idem nūero mobile mouetur ⁊ ad quale ⁊ ad quātū. sed tūc alterū alteri accidit et non est ei essentiale. sicut quando calidū potentia fit actu calidum. tunc em̄ quia caloꝛ est dissoluens et extensiuus id qđ fit calidum maioꝛis fit q̄ꝛitatis. ⁊ stat q̄ hoc non fuit de intētione agētis. sed ideo fit quia extensio accidit caloꝛi q̄ est in materia dissolubili et extensibili Et istud qđ nūc dem̄ est vltra fit in coꝛpoꝛibus simplicib⁹ q̄ mouentur fm locū. q̄ illa mouent ab alio extra naturam siue violenter. et ab alio mouentur fm naturā siue naturaliter. sicut ignis et terra quoꝝ vnū et ꝓmuꝫ est leue simpliciter ⁊ aliud graue simpliciter. ⁊ ideo motus ꝑdicti magis sunt in eis manifesti q̄ꝫ in elemētis mediꝫ que sunt grauia et leuia in respectu.

Qm̄ aūt qđ et potentia multipliciter dicit. Hec causa est nō eē manifestū a quo hm̄oi mouentur vt ignis sursum. terra vero deoꝛsum. Est aūt potentia aliter addiscēs sciens. ⁊ hīs iam scientiam et non ꝑsiderans Semp autem cū simul actiuū et passiuum sunt. fit aliq̄n actu q̄d in potentia. vt addiscens ex potētia esse alterū fit potentia. Habens em̄ sciam non considerans aūt potentia est sciens quodā modo. sed non sicut et ante addiscere. Cum aūt sic habeat si aliq̄d nō ꝓhibeat operatur et cōsiderat. Aut erit extra cōtradictiōem ignorantia. Similiter aūt hec se habent et in physicis. Frigidum em̄ potentia est calidum. cū aūt fuerit mutatum iam ignis est Ardet aūt nisi aliquid ꝓhibeat et impediat. Similiter aliquid se hꝫ et circa leue et graue. Leue eī fit ex graui et ex aq̄. Hoc em̄ potentia ꝓmū iam leue ⁊ operabitur moꝛ nisi aliquid ꝓhibeat. Actus autē leuis est alicui esse sursum. Prohibetur aūt cū in contrario loco sit. similiter et hoc se habet in quāto et quali.

¶ Hic ꝓbus ponit causam q̄ non sit manifestū in coꝛpoꝛibus naturalibus igne et terra et alijs a quo moueā tur. et est ista. quia potentia multipliciter dicitur. Uno modo aliquid dicit esse in potētia passiua ad actum ꝓmū et hoc modo ille est in potentia sciens qui adhuc addiscit et eget vt doceatur. quia est in potentia ad scientiā. Alio modo dicitur aliquis in potētia sciens qui iam habet scientiam in habitu sed non cōsiderat actu fm eam. Puer mus em̄ qui eget doctrina non habet potentiā in qua sit cōplementum nisi per inchoationē. quia in potentia sua est habitus cōfusus nō adunatus qui est in ꝓmis ꝓncipijs sciaꝝ que homo scit per naturā. secūdus vero habet habitū et potest agere actiones habitus q̄n voluerit nisi sit impeditus. ⁊ ideo ꝓmus est per se in potentia sciens. sed secūdus non est ꝙ se in potētia sciens sed actu et ꝙ accidens impeditur ab opere scientie. Et generale tū est in vtroq; istoꝝ modoꝝ. q̄ semper fit actu id quod est potentia q̄n simul sunt actiuū et passiuum. si em̄ docēs fm suam doctrinam tangat ⁊ informat potentia scientem. tunc per se potentia sciēs efficitur actu doct⁹ et scie⁹s. similiter cū remouēs impedimētum simul sit cū sciente nō cōsiderante efficitur sciens actu considerans. sic em̄ addiscens ex potentia esse ad discentem fit alterū aliquid a potentia. quia efficitur in actu. Cum aūt sic habet actum sciendi ⁊ nō sit aliquid qđ ꝓhibeat ipsum tūc fm actum et ꝓplemētum q̄ recipit operabit hoc est cōsiderabit fm actū de scibilib⁹ q̄ iam didicit Si em̄ ita nō diceret tūc sequeret necessario q̄ post scientiaꝫ acceptam ineſſet sibi adhuc ignorantia q̄ fm cōtradictionem habet se ad scire. ⁊ sic simul sciret et nō sciret quia nō valens cōsiderare cū nō habeat impedimentum est ignorans. et hoc est impossibile. igitur oportet dicere q̄ hīs scientiam fm actum cōsideret si nō habeat impedimentum Et si querat. quid moueat eū ad cōsiderandum inter duo mouētia scꝫ vtrū moueat eū ad cōsiderandum ille qui docet eum et generat in eo scientiam. vel ille q̄ remouet ei impedimētū postq̄ doctus est Inuenimus q̄ docens ipsum. mouet eū per se ad considerandū. q̄a dat ei formā ad quā necessario cōsequit cōsiderare si nō impediatur. sed remouens obstaculum mouet eū per accidens. quia motus eius nō dat ei ꝑsiderare nisi per accidens. eo q̄ cōsiderare inerat ei ꝓius si impedimentum nō habuisset. Similiter aut per omnē modū se habet in physicis quātū ad mouentia coꝛpoꝛa simplicia que sunt quatuoꝛ elementa. In talibus em̄ id qđ est actu frigidū potentia est calidum anteq̄ generetur et fiat fm actum calidū Cum aūt generatum est et accepit foꝛmam calidi et fit ignis tunc operabitur operationē calidi que est ardere nisi habeat aliquid quod ipsum impediat ab operatione. Unde ab eo a quo accipit foꝛmam ignis ⁊ caloꝛis ab eodem accipit omnē operationē et oēm ꝓpꝛietatem q̄ sequit foꝛmam ignis ⁊ caloꝛis. Similiter autē se haber. ⁊ graue ⁊ leue. leue em̄ fit ex graui per hoc q̄ graue est leue in potentia. ⁊ tunc fit leue a generante ipsum a graui. sicut quando fit ex aqua aer aut ignis. vel quādo fit terra alterum illoꝝ. graue em̄ ꝓius potētia est leue. et hoc tali potentia que vocatur per se potentia passiua et receptiua in qua per inchoationem est forma leuis. Cum autem est leue fm cōplementum tunc habebit ab eodem generante oīa que sequuntur leuitatem que sunt motus sursum et locus superioꝛ nisi aliquid impediat. Actus enim consequens leuitatem est in aliquo vbi determinato quod est sursum. sed aliq̄n ꝓhibet quādo detinetur in loco contrario. sicut cū ignis aut aer

clauditur in vase aut retinet in materia tendente deorsuz sicut est de igne qñ est in lignis Et sicut dixim⁹ de motu ſm locũ corpoꝝ simplicium. ita etiaz se habet in quãto ſm motum augmẽti vel diminutõis. ⁊ in quali ſm motum alteratõnis. Et q grauia et leuia moueãtur p se a generante ⁊ per accns a remouente ꝓhibens vno signo ostendi põt. ḋa q̃ntũ ipm generans ei qđ generatur largitur de sua forma. tantum largit ei de suo loco ⁊ de suo motu. Nã cũ ignis agit i graue qđ ẽ terra ꝑmũ dissoluit ipm et tũc eleuat ipm parũ. et postea dissoluit ⁊ rarificat ipm plus et plus. et cũ oino igniuerit ipm tũc adunat sibi id qđ generauit in loco suo naturali Et ideo locus et motus dañ a generante sicut forma. forma em dat ꝑncipaliter. ⁊ motus et locus per ꝓns dañ. sicut ea q̃ consequũtur ꝓpria accidẽtia forme date p generatõem iuxta vulgatã auctoritatẽ. dans formã dat consequẽtia formaz motum et locum scz

Et tñ queritur hic quare in ipsoꝝ locũ moueantur grauia et leuia Causa aũt est. quia apta nata sunt et hoc est graui et leui esse. Hoc q̃dẽ eo q̃ sursuz. illud ãt eo q̃ deorsuz determiãtũ.

¶ Hic mouet quẽstio q̃ querit a platone ⁊ quibusdam alijs. quare in suũ locũ mouent grauia ⁊ leuia qñ sunt extra ipa cũ nõ videatur distinctus ab eis motor intrinsecus vel extrinsecus sicut in aĩalib⁹ et in his que mouent violenter distinctus motor inuenitur. Ad illã respondet pbus q̃ nulla alia causa est nisi quia ex forma accepta a generante nata sunt ibi esse ⁊ nõ alibi vbi sunt sua generantia. et hoc est esse formale graui ⁊ leui. ⁊ sic p essentiã suã leue mouetur sursum ⁊ graue deorsum.

Potentia aũt est leue et graue multipliciter sicut dictũ est. Cuncz em̃ sit aer aqua potentia quodã mõ est leue Et tñ aer est adhuc in potentia. Contingit em̃ impeditũ nõ sursum esse sed si auferatur ipedimẽtũ agit et semper sursum fit similiter aũt et quale ad actuz esse mutat Nox em̃ cõsiderat sciens nisi aliquid ꝓhibeat. sustinens autẽ et ꝓhibens mouens est sicut mouet est aũt sicut nõ vt est colũnas diuellẽs aut lapidem remouẽs. aut a vase aquã. Scõm accns em̃ mouet sicut repercussa sphera nõ a pariete mota est sed a ꝓpiciente Et quidẽ igitur nihil horũ ipm mouet seipsum manifestũ est. sed motus habet principium nõ mouendi neqz faciendi sed patiendi.

¶ Nic pbus in effectu ostendit q̃ grauia et leuia mouentur a generante p se. ⁊ a remouente ꝓhibẽs p accns Et istud ondit p h q̃ potẽtia graue ⁊ poña leue dr multipliciter sicuti supra dictũ est de potẽtia sciente. Nam vno modo dicitur potẽtia leue id quod actu ẽ sub forma terre aut aque. et est ſm actuz graue ⁊ iõ dicitur poña leue. qz materia sua ẽ susceptiua forme leuis Secũdo modo dr aliquid potẽtia leue qñ ipm est factũ aer vel ignis et in se hz formã leuis. Et huius ratio est. qz ꝓtingit aliquãdo q̃ ꝓpter aliqđ ipedimẽtũ neqz tale est sursuz neqz põt sursum ascẽdere. hz ꝓtinue qñ ablatũ fuerit impedimentũ tũc agit actũ leuis ⁊ tũc fit sursum p hoc q̃ ascẽdit. Silr aũt est de quali qñ de generatõne deductuz est ad formã qualitatis generate. tũc in actu imutat ſm illã sicuti dictũ fuit q̃ sciens mox considerat nisi aliqđ ꝓhibeat ipm. Illud aũt qđ est mouens siue remouẽs id qđ sustinet et ꝓhibet generatũ ne agat opatõem sue forme illud potest dici mouens ⁊ nõ mouens. sicut ille q̃ duellit colũnas domus aut q̃ deiecit lapides q̃ iacuerũt sup colũnas aut ille q̃ emit aquã in vase ꝓtentã. ille em̃ ſm accidens mouet sed per se non mouet Mouere autem ſm accidens dicitur paries pilam sphericã quando repcutitur. ꝓiecta ad parietem. Nã em̃ percutiens mouet per se ⁊ paries per accidens: Et eodem modo est in grauibus et leuibus. Nam primũ generans dans eis formã dat oĩa formã generãtis ꝓsequentia q̃ sunt mor⁹ ⁊ locus. sed remouẽs ꝓhibens siue auferẽs ipedimentũ mouet ipm per accidens. qz nihil dat tali mobili. sed solũ remouet impediens id qđ iam inest ea remouendo. iam ei per formã sibi a generante datã inest ei esse illud q̃d p se ꝓsequit formã datam licet impediat ab exteriori Manifestũ est igit ex dictis. q̃ nihil horũ simplicium corpoꝝ mouet seipm̃ sicut antiquitus opinatus est plato. ⁊ post eum galienus et in ꝓcessu tpis seneca. hz oĩa talia sui motus in se habẽt ꝓncipiũ nõ quidem mouendi se actiue et faciendi hz patiẽdi et recipiendi h̃ a generãte ipa et dãte eis formam cuius Et motus et locus ad quẽ mouẽtur

Si igitur oĩa que mouẽtur a natura mouentur. aut extra naturã et violentiã et que extra naturã oĩa a quodã et ab alio. Horũ autem que natura iterũ quecũq̃z a seipsis mouent ab aliquo mouẽt. et que nõ a seipsis vt leuia ⁊ grauia. aut em̃ a generante ⁊ faciente leue ⁊ graue ab impedientia ⁊ ꝓhibẽtia soluẽte. oĩa ergo que mouent ab aliquo mouebũtur.

Hic p. cõcludit ꝓclusionẽ ꝓncipaliter intẽtã dicẽs. q̃ oĩa q̃ mouẽtur aut a natura mouent aut extra natur ã siue violẽtiã. illa ei q̃ mouent extra naturã mouẽt a q̃dã motore qui est extra ipa p definitõem et esse. Horz aũt que natura mouent iterũ q̃cunq̃z mouentur a seipsis sicut alia mouent a motore aliq̃ distincto ab eo qđ mouet p definitõnem et nõ p se. Et siliter ea q̃ nõ mouent a seipsis et mouentur natura. vt grauia et leuia mouẽtur. et ab aliquo motore qui distinctus est ab eis per esse. qz aut mouentur a generante et faciente leue et graue in forma leuis et gravis. aut ab eo qđ soluit ⁊ remouet ab eis impedientia ⁊ ꝓhibentia vt agant actũ gravis et leuis. igitur oĩa que mouent ab aliquo mouebunt distincto ab ipsis p definitõem et esse aut per definitõem solum.

Vtz grauia et leuia per se a generãte moueant et per accidens a remouente prohibens.

Et vidẽtur q̃ non moueãtur grauia et leuia a generante. quia mouentur a locis suis naturaliter. qñ locus attrahit locatum cui⁹ signũ est q̃ naturaliũ mor⁹ in fine quãtomagis loco approximquat tãto est velocior Cõfirmat grauia et leuia h̃ir in seipsis ꝓncipiũ sui mor⁹ per qđ differunt ab artificialib⁹ idẽo phȳsico ⁊. et non solum

passiuū q̄ etiā artificialia hñt in se etiā p̄ncipiū passiuū ergo habēt in se principiū actiuū motus sui ⁊ p̄ sequēs per se mouentur a seipis et nō a generante Secundo illa q̄ mouentur a p̄ncipio extrinseco mouentur violēte grauia enī et leuia nō mouēt violente ad sua loca p̄pria. igit nō mouent a generante neq; a remouente ꝓhibens cuz illa sunt extrinseca. Tertio grauia et leuia q̄nq; mouēt a generāte corrupto. igitur nō p̄ se monē/tur a generāte. Cōsequētia patet. Nam in oi motu mo/uens est simul cū suo mobili. generante aūt corrupto nō amplius simul est cū graui et leui Quarto omne mo/uens influit motū. sed remouens ꝓhibēs nullū motum influit mobili. igitur remouēs ꝓhibens nullo modo mo uet grauia ⁊ leuia. Ꝓo intellectu istius questionis po/nūtur duo discursus quorum maior primi est.

Triplex est motus ad bimēbrem tñ reduci/bilis Minor Omne actiuū mouet natu/raliter passiuum qđ est in potentia naturali ad ipsum Cōclusio Igitur grauia ⁊ leuia de potentia essentiali per se mouentur a generan/te q̄nis per accidens a remouente ꝓhibens de potentia accidentali.

Maior quo ad primam eius ptem patet. q̄m motuū aliūs est naturalis. aliūs aialis. aliūs violentus. Natu/ralis em̄ est qui est simpliciter a principio intrinseco incli natiuo ad illum motum. vt ignis naturaliter mouef sur sum. terra vero deorsum Animalis em̄ motus est ab aia eleuata supra posse forme naturalis. Sed violentus est a principio extrinseco. vt patet in motu ꝓiectionis lapi/dis sursum. Secunda pars patet. Nam motus aialis sub motu naturali comprehendi potest q̄m naturale est corpori aiato. vt hmōi tali motu moueri a tali motore. scz ab aia. Ex parte tñ corpis motus talis potest eē na turalis et violentus. fm q̄ corpus aialis dr esse duplicif mobile ab aia. Uno⁹ fm q̄ mouef corpus aialis fm na turam elemēti p̄dominantis ⁊ talis est naturalis. vt si aia alicuius moueat corpus deorsuz. tunc talis motus ē naturalis. Nam naturale est quod conuenit alicui ex na tura sua non p̄ ꝓpatōem ad aliq̄d extrinsecū. corpus em̄ aialis si sibi ipi derelictum esset sine aia tali motu deberet moueri. Elementū aūt p̄dominās i mixtis est terra. et per hoc etiaz soluif questio qua q̄ri potest quare elemen/tatū siue mixtū nō mouetur simul sursum ⁊ deorsum. cū tñ sit ex quatuor elemētis ꝓpositū. ex eo q̄m mouef fm naturam elementi p̄dominātis qđ est terra. potest etiaz iste motus ex pte corpis esse violentus q̄n scz aia nō mo uet corpus fm naturā elemēti p̄dominantis in tali mix to sed ꝓtra eius naturā vt si suū corpus moueat sursum in scādendo talis em̄ motus est violentus ex pte corpo/ris fm se accepti. sed animalis fm se totū acceptus. si ve ro aia existens motrix corpis sp moueat suū mobile fm naturā eius tūc motus talis est sine lassitudine et pena et hmōi motus ꝓportionat motui corpis celestis q̄ fm aresto. scdo celi nō est cū fatigatiōe ⁊ pena de q̄ motu ptholome us ait creator celestis corpus celeste sic formauit. vt cre/atori suo naturali obediret ⁊ ꝑpter illam obedientiā mo/bilis ad motorē dr talis motus corpis celestis naturalis nō ab aliqua natura ꝑticulari. ſz a natura vniuersali. Po test tñ horū triū motuū talis notari differa. q̄ manet violē tia sub rōne actōnis tm̄. q̄ patiēs nō est in naturali inclī natōne ad talem motū Natura vero mouet per modū pas sionis. Nam natura est p̄ncipiū mouendi et quiescendi. et ꝫ exponi solet. natura ē p̄ncipiū mouēdi inclinatiuū p̄ncipium habituale ⁊ formale motus naturalis q̄ effe ctiue exeritur a generante. Sed aia mouet corpus vtro q; modo. Ipa nāq; mouet corpus per modū efficientis et mouetur p̄ accīs. vt aia hois est efficiens respectu p/prie materie mouēs corpus suū de loco ad locum. ⁊ ipa mouendo mouetur q̄nis per accidens. Minor patz. nā illud dr absolute moueri fm naturā q̄d habet in se potē tiam receptiuā illius forme quā motor suus nitit sibi im primere et habet formā illam in se inchoatā. ⁊ q̄ habeat in se talem potentiā receptiuā p se ⁊ nō fm accidēs Et q̄ mobile debeat in se habere potētiam receptiuā patz q̄a oīe passiuū receptiuū erit forme sui agētis. alias em̄ nō esset passiuuz. q̄a actio fm Gil. por. non est aliud q̄ q̄daz generatio forme agentis in passum Et q̄ habeat formā illam in se inchoatā pz. q̄ nisi sic nō plus diceref passiuū vel mobile istius aut istius mouētis q̄ alterius. Un̄ re quirit inclinatio que est p̄ forme inchoatōnem. alias em̄ motus diceref violentus. Etiam habet in se talē poten/tiam receptiuā per se. Nam stat aliq̄d mobile sit moueri diuersis motib⁹ vn⁹ tñ motus sibi per se ꝓuenit ⁊ ali⁹ per accīs vt vnū et idē mobile p̄t calefieri ⁊ augmentari igit ille motus dr tali mobili naturalis ad quē motū mo bile hz naturalē inclinatōem ⁊ qui imprimit sibi a mouē te in mobili inclinatōnem ad talez motum habente. Cōclusio q̄ntū ad primā ptē pz q̄ ab illo grauia ⁊ leuia capiūt motū a quo capiūt formā. a generāte em̄ capiunt per se formā. igit p̄ se a generāte mouenf de potentia cēn tiali. vnde nō possunt seipa mouere de tali potētia ad ac/tum. ideo oportet q̄ ab alio moueanf Et est duplex mo uens. s. naturale qđ in mouendo imprimit quādam for/mam mobili successiue qua ꝓtinue magis ac magis icli/natur ad naturalem locū aut ad terminū sui motus. vt sol actu calidus mouet vapores sursum successiue indu/cendo in ipsis formā leuitatis p̄ calefactōem. Mouens vero violentū est q̄d in motu suo nō imprimit aliquā for/mam in mobili p̄ quā mobile habet inclinatōnem ad ter minū sui motus. vt ptz in vectis Sic etiā est duplex mo bile scz naturale ⁊ violentū. vt patuit supra. Sciendum em̄ est. q̄ duplex est potētia mobilis. q̄dam est essentia/lis. et quedā est accīntalis. Essentialis est q̄ mobile pōt susc̄ipere actū p̄mū a mouente. sicut ille qui nullam hz sciam. sed est addisces in potētia ad actū p̄mū scie Acci dentalis em̄ est qua mobile est in potētia ad actū scōm q̄n est in actu p̄mo ⁊ nō hz actū scōm ꝑpter aliq̄d ipedi mentum ꝓhibens. sicut q̄n aliq̄s hz habitū scie est in ac tu primo ⁊ est in potētia accidentali ad actū scōm scz ad ꝓsideratōem. sicut est in phīsicis illud qđ est frigidus in actu ⁊ in potentia essentiali ad caliditatem. ⁊ cum tā ha bet caliditatez ⁊ tamē detinetur extra locū p̄priū tunc est in potentia accidētali ad suum locū. ⁊ si remoueak ta/le impedimentum. per se fertur ad suum locum. Et si/militer est de grauibus et leuib⁹. illud qđ est graue in ac tu est in potētia essentiali ad leuitatē ⁊ ad locum sursum sed quādo tā habet leuitatē ⁊ detinetur deorsuz p aliq̄d ꝓhibens est in potētia accidentali respectu sursum. q̄a hoc accidit sibi q̄d sit extra locū suū. q̄ cū tam habeat ac tu leuitatē actu eēt i suo loco naturali nisi ꝓhiberef. Po tentia tñ ēntialis et accīntalis inter se ꝓuenīt ⁊ differūt

Dubitationẽ ãt habet si auferat aliq̃d quis ab ipso a. si continuũ mouens quidez. imobile aũt aut ab ipso b quod mouetur. Reliqua vero ipsius a mouebit. reliqua vero ipius b mouebitur Si em̃ hoc nõ vtiqz erit q̃ primo mouetur a seipso que est a. b remota em̃ ab. a. b ad huc mouebit seipsam reliqua a. b aut potentia quidem nihil phibet vtrũqz aut alerũ qđ mouetur diuisibile esse actu aũt indiuisibile. Si aũt dividatur non adhuc esse habẽs eandem potentiam. Quare nihil prohibet ex indiuisibilibus potentia primũ esse vnum.

¶ Hic ꝺ̃ phus q grauẽ dubitatõem videꝰ habere qđ dictũ est de primo mouente seipsuz. dictũ est ẽ q primũ mouens seipsum ita est q totũ mouet totũ et hoc quidẽ rõne corpoꝝ celestiũ nullam habet dubitatõem. qz in illis motoꝝ simplex est. Sed cadit hec dubitatio in quibusdã aialibus et precipue in illis que habent corpora silia et non magnã habẽt differentiã in organis sicut stz anuloſa que a quibusdam vocanꝰ rugosa. sicut sunt lumbrici terre serpẽtes ⁊ anguille ⁊ hmõi. in illis em̃ virtus est pmixta corpi ⁊ diuidiꝫ diuisione corpis ⁊ ideo rõne talium potest aliquis dubitare q si aliquis p diuisionez faciat ablatõem ab illo mobili qđ est a. b. tunc dubitatio maxima nascitur ex dictis. qz adhuc vtraqz ps tali diuisione facta remanet mouens seipsam. vt patet ocularitꝛ in lũbrico diuiso aut i anguilla diuisa. igitur sequiꝫ q ps ipius a. adhuc mouebit. ⁊ reliqua pars ipsius b per diuisionem relicta mouebiꝫ. si igitur sic est tũc cũ motus p tis prioꝝ sit motu totius. ⁊ diuisio ista currat in infinitũ nõ potest dici q aliquid ꝑmo moueatur a seipso ſm p di cta sexto phyſicoꝝ. ꝺa sicut totũ diuidebaꝫ in duo mota a seipsis. ita pars ꝓportionabiliter in duo ⁊ pars pz et sic in infinitũ. sed dictum est q in cõtinuo diuisibili nõ est dare primũ. igitur nõ est generaliter verum. q in oĩbus a se motis est dare primũ. Sed ad istam dubitationem dicit phs q virtus diffusa per cõtinuũ corpus. si accipiãtur in potentia corpora aiata sunt in infinitũ diuisibilia. quia hoc modo non accipiuntur nisi in forma cõtinui per se vel per accidens. sed si accipiantur ſm q sunt actu non possunt diuidi in infinitum. Nam virtus in actu est que potest actum virturis exercere ⁊ illa exigit determinatam q̃titatem sui. quia si minoꝝ accipitur corrũpitur virtus. et hoc verum est in oĩ corpore phyſico. qz virtꝰ ignis est in determinata q̃titate. qz si minoꝝ accipitur per diuisionẽ nõ erit ignis. ſz corrũpitur. et hoc multo magis est de virtutibꝫ aiati corporis. qz ergo hoc mõ non est diuisibilis in infinitũ cõtingit in ipsa accipere primũ mouẽs seipsum añ qđ nihil mouet seipm Et si istud dividatur tũc a qđ est virtus mouens nõ esset habẽs eã dem potentiam quã habuit prius. qz corrũpit ⁊ nõ movebit ptem ipius b. Igitur nihil phibet in his q̃ potentia diuisibilia sunt actu vero indiuisibilia aliquid accipi quod est primum mouens seipsum quod est vnum indiuisibile actu.

Manifestum igitur ex his qm̃ primũ mouens imobile Siue em̃ mot stet quod mouet ab aliquo aũt motum est ad imobile primum. siue in quod mouetur quidem. ipm aũt seipsuz mouens et stans vtrobiqz accidit primũ mouens in oĩbꝫ esse motis imobile.

¶ Hic phus infert cõclusionẽ pncipaliter intentã dicẽs q manifestũ est ex predictis. q in oĩbus est deuenire ad pmũ mouẽs imobile. qz ei sunt duo ordines eoꝝ que mouentur ab alio in vtroqz ꝓtingit deuenire ad primũ mouens seipsum. Nã si dicatur q id quod mouet mot mouet ab alio extrinseco sibi. tũc oꝝ q ꝫ deducaꝰ vsqz ad primũ mouẽs seipm vt doctũ ẽ supꝝ i his q̃ mouẽt violenter et in his q̃ mouẽtur naturaliter a suis generãtibꝫ. ⁊ illud etiã vlterius reducitur ad primũ mouẽs imobile Et si dicatur q id qđ mouetur est ipm in quo mouet ipsuz a seipso qđ est seipsuz mouens ⁊ est stans. et etiam ex seipso. eo q sibꝫpi est causa mouendi et standi. tũc iterũ accidit hoc reduci ad primũ mouens imobile. et sic patet q vtrobiqz accidit in ommibus motis primum mouens esse immobile.

Vtz omnia que mouẽtur reducunt ad vnũ primum mouẽs seipsum quod est reducibile ad vnum primuz mouens immobile.

Et videꝰ primo q nõ. q̃m oĩe mobile habet motorem ab eo distinctum. igitur nõ est dandũ primũ mouẽs seipm et per ꝓsequens nõ omnia que mouentur reducũtur ad primũ mouens seipsum Secũdo oĩe qđ movetur est diuisibile. pmũ em̃ mouens est indiuisibile. vt patebit infra. igitur sequitur q primũ mouens nõ mouet seipm. nec illud mouẽs seipm potest dari in rebus.

Tertio primus motoꝝ est imobilis. vt patebit postea. primũ aũt mouens est primus motoꝝ. igit pmũ movens est imobile. igitur nõ potest movere seipm. ⁊ pcõsequẽs non oĩa mouentia et mobilia simul reducunt ad vnũ primũ mouens seipm Quarto ex primo mouẽte et ex primo mobili non potest aliquid vnũ resultare. ꝺa primũ mouens imobile est pars mouentis seipsum. Ex imobili vero et mobili nõ potest aliquid vnũ cõstitui In oppositũ est determinatio phi in textu.

Maior primi discursus. In ordine mouentium ⁊ mobiliũ sunt tria scz mobile tãtũ mouẽs tantum et horum medium qđ est mouens motum Minor. Non peruenitur ab vltimo

ad primum nisi per medium Conclusio Igitur ordo mobiliū proxime resoluitur ad ordinem mouentiū motorū quē oportet reducere ad vnū mouens īmobile.

Maior est phī in textu et ex ea sumit Aristo. occasionem suam qua probauit. q necessario est deueniendum ad primū mouens seipsum. Nam mouēs tm̄ est intelligentia et mobile tm̄ est vltimū corpus vniuersi. et mouentia mota sunt intermedia. Minor patet ex definitōe medij. Medium em̄ est p qđ aptum natū est prius pertingere mutans. tē. vt patuit quinto huius. Ratiōe sic patet Nam si esset transitus de vltimo ad primū sine medio esset saltus nature et interruptio legitimi ordinis qđ derogat prudentie diuine qua totum vniuersum regitur et gubernatur: igitur necessarium est p̄nectere extrema ad inuicem per media iuxta sentētiam dionysij dicentis. q diuina prudētia regit extrema siue vltima p media et vltima reducit per media ad extrema et suprema ¶ Conclusio patet. qa primum mouens simpliciter est tm̄ mouēs et tm̄ē est īmobile et vltimū est dūtaxat motum. igit medium debet simul esse mouens et motū et p cōsequēs nō est sistēdum in eo quod mouet et mouetur. sed procedēdum est ad mouens simpliciter īmobile

Maior secundi discursus est.

Omne motum per accidens est reducibile ad motum per se. Minor Oīe mouens per se motum est mouens seipsum Cōclusio Igitur in genere mouētiū et motorum est vnū primū mouens seipsum quod est primum mouens in genere ante qđ est primū mouens extra genus simpliciter īmobile.

Maior patet de se in philosophia naturali Nam sicut accidens reducitur ad substantiam. et ens p accidēs ad ens p se. ita motū p accidēs reducit ad motū p se. et cōtingens ad necessarium. et qđ est aliquādo sic et aliqñ nō ad illud quod est sp sic. Minor patet. Nam illud est mouens seipm qđ habet intra se principium sui mot⁹. oīe aūt mouens habet intra se principiū sui motus. igit Minor patet. q oīe mouens motū per se hoc est aiatū et non mouetur p pricipatōem extrinseci motoris alias non esset mouēs motū per se. et ideo etiā nō possunt mobilia que mediant inter primū motorem et vltimū mobile q̄ mouent et mouentur dici mouētia seipa. q̄uis enim moueant et moueantur nō tamen per se sed aliunde. Pro intellectu ipius pclusionis est sciēdū q est duplex mouens q̄ddā est mouens ꝓpter seipsum qđ scz a nullo alio mouetur sicut est mouēs pncipale in aliquo ordine. vt faber fabricat ꝓpter seipsum. Aliud est mouēs ꝓpter alterū. sicut sunt illa q̄ mouēt instrumentaliter. vt agentia secūdaria. Et mouens ꝓpter se est duplex. q q̄ddā est mouēs primū qđ mouet suū mobile p plura mouētia intermedia sicut homo mouet lapidē. qa mouet brachiū et brachium mouet lapidē a qua mouet lapis Aliud est mouens primū qđ mouet solū p vnū instrumētū medium. vt homo respectu baculi. Istis suppositis ꝓbatur cōclusio. Nam oīe qđ mouetur ab alio mouet et illud in quo mouetur est ab eo distinctum. aut igit illud a quo mouetur, mouet ab alio aut a seipo. si scōm habet ꝓpositum. et si ab alio iterum queritur de illo an moueat a se aut ab alio. si primū habetur intētum et cū non sit processus in infinitum in mouentibus et motis. deueniendū est ad vnū quod est primū mouens seipm et ad illud oia alia reducunt. Sed diceres mouēs seipsum est animal. sed nō est reductio oīm mobiliū ad vnū aiatum. igitur. Ad hoc dōm est q est reductio ad vnū primū mouēs aiatū scz ad corpus celeste. illud tamē nō est aiatum formaliter sicut aial sed est aiatum effectiue. ita q ex tali anima et corpore celesti resultat vnū in agere et iō talis vnio non est formalis per informationē sz est effectiua et finalis et hoc habetur secūdo celi. q celum scz est aiatum nobile et pfectum habēs in se sex dimēsiones scz sursum deorsum dextrū et sinistrum. ante et retro. vt lacius ibidē dicetur Preterea oē illud qđ reperit in plurib⁹ necessariū est resoluere ad vnū quod est illius multitudinis causa. mouere aūt et moueri in plurib⁹ reperiunt. igit oportet ipsa reducere ad vnū primū mouēs quod habet motorē intrinsecū qui nō sit in potētia sed semp in actu. et sic eius motus est causa aliorum. Dicitur aūt hoc esse primum in genere. quia primū est inter ea que mouent et mouent ante quod est primū mouens extra genus mouentium et motorum quod est simpliciter īmobile. et ita reductio multitudinis mobilium ad mouens seipsum nō est reductio ad simpliciter pmū. sed est reductio vltimorum in tota coordinatione mobilium et mouētium ad primū in genere et illud vlterius reducitur ad primū mouens īmobile simpliciter.

Ad obiecta i oppositz

Ad primū dicēdum est. q illud qđ per se primo mouetur habet motorē ab eo distinctuz sicut corpus celi in illo motu. non aūt oportet de illo quod mouet seipsuz p alterū et gratia ptis. sicut est totū aggregatum ex intellē gētia et celo. Aut dicēdum ē. q aliquid mouere seipsum duplicit Uno⁰ sic q aliqđ moueat seipsuz fm se totū ita q fm se totū sit mouēs et fm se totū sit motū. et sic aiat mouet seipm. Alio⁰ potest itelligi aliqđ mouere seipm gratia ptium. et sic illud dicitur mouere seipm quod potest diuidi in ptem per se mouētem et in ptem per se motam. ita q fm vnam ptē sit mouens tm̄ et fm aliam ptē sit motum tm̄. et sic celum mouet seipsum. Sed diceres si celum moueret seipsum tunc sequeretur q posset incipere aut desinere motum quādo velit. hoc est min⁹ verum. Sequela patz. Nam illud quod mouet seipsum potest incipere et desinere motum quando vult. Ad hoc dicendum est quod mouet seipsum pōt incipere et desinere motum veritatem habet in istis inferioribus non autem in celo. Ad secūdum dicēdum est. q omne qđ mouetur primo est diuisibile fm ptes q̄titatiuas modo primū mouēs non est illud quod primo mouetur. sed est pars per se mouens tm̄. et ideo cōpositio illius quod est mouens seipsum non est cōpositio ex ptibus quātitatiuis. Nā mouens īmobile nō est quātū neq; sequit diuisibilitas eius mouere ꝓpter talē vnionē cū mobili continuo Ad tertium dicēdū est. q duplex est primum mouens. Unum est primum simpliciter. et extra genus. et illud est motor immobilis. et de illo non fit sermo ab Aristotele. Aliud est primum mouens in genere mouentium et mobilium quod est aggregatum ex intelligentia et celo. et illud non est immobile. Sed est mo

bile et mouens fm diuersa principia. Et cuius primus mouens simpliciter non habeat motum formaliter habet tamen motum effectiue. Ad quartum dicendum est. q cuius ex primo mouente t primo mobili nō possit fieri vnū per informationem vtrūq tm pōt fieri vnū p virtualem assistentiā siue in agere

Incidunt dubia quoꝝ

primū est. quotuplex dicta in mouentib⁹ t motis potest reperiri Solutio triplex. vnū est mouens tm qđ a nullo alio mouetur Aliud ē motū tm qđ amplius nō mouet. Aliud est mouens et motū simul qđ est mediū participatōem vtriusq extremoꝝ. Hoc tm aduertendum est. q non oia ista tria reperiuntur in oīmi illo qđ a se mouet sed in aliquib⁹ reperiunt illa tria simul sicut in aialibus in quib⁹ est mouens tantū qđ est aia motū tm q̄d ē corpus. mouens et motū simul sunt nerui t musculi q̄b⁹ aia mouet instrumētaliter. In aliquibus vero duo soluz reperiuntur scz mouens tm t motū tm vt in motu celi est mouens tm sicut intelligentia t motum tm qđ ē corpus celi Celum em̄ duob⁹ modis accipitur. vno modo absolute t fm se. t sic celū non mouet seipm. sed vt dictū est solum mouetur ab aia nobili. Alio modo accipit cū inclusione aie nobilis. et sic hoc totuz est mouens seipm

Sed diceres. celū primo modo acceptū mouet ista inferiora. igitur nō tm est pars mota. sed est etiaz vlterius mouēs Ad h̄ dicim est. q aliquā ptem celi nō mouere intelligit dupl̄r. vno⁹ qz nō mouet ab eo separata t sic est falsum. Alio modo qz nō mouet aliam ptem sibi p̄iunctaz hoc est ptem ex qua p̄onitur integraliter. t sic est verū qz ista inferiora cuius a celo moueanť tm celū nō est pars isto p inferiorū sicut aia nobilis est pars celi capiendo celum cū inclusione aie nobilis. t sic licet celum cōpeat ad ista inferiora tangēs mouens tm quia inferiora nō ingredi untur eius p̄positōem sz sunt sibi extrinseca ideo in motu celi celum est motū tm.

Secūdum dubium est.

An aia celi potius moueat celum aut aia aialis potius moueat aial Solutio potioritas motꝰ potest ex duobus attendi. Uno modo penes inherentiam ipius mouentis. t sic aia aialis potius mouet aial. eo q aia aialis inheret aiali. aia vero celi nō inheret celo p informatōem Alio modo accipit potioritas penes illa q̄ requiruntur ad motuz t tunc aia celi potius mouet celū cuius aia aialis mouet aial qz motus aialis est ex appetitu alicuius particularis appetibilis. vt patebit tertio de aia. sz aia celi mouet pter summū appetibile qđ est ipse deus

Tertium dubium est.

Que est cōuenientia et dicta opinionis platonis ad opinionē pipatheticoꝝ quātū ad positōem motoꝝ supio p

Solutio q in tribus h̄nt p̄uenientiā. primo in hoc q sicut est in inferioribus ita est in superioribus q scz in inferioribus quedam mouentur a se. t quedam ab alio. et eorum que mouentur ab alio quedam mouentur naturaliter a generante. t quedam ab alio p violentiam. t q̄ mouentur ab alio nō mouenť nisi a motore moto. t q illū reducere oportet vel ad motorem qui mouet a seipso aut oporteret q iretur in infinitū Secūdo p̄uenit in hoc q p̄mū mouens qđ mouet mobile primū est substantia intellectualis q̄ dicit intellectus siue intelligentia separata. quia bene p̄siderauit q nihil est in potentia ad motū localem nec per se nec per accidens in loco suo existens. nisi id quod est mobile a substantia spirituali que est aia vel intellectus. Et iam bene consideravit q cōtinuū corpus in q̄tum est corpus nō mouet seipsum. qz oīne corpus motum mouet ab alio distincto a se per definitionez tm aut per esse et definitōnem. Et tertio in hoc q motores corpoꝝ celestiuz sunt indiuisibiles nō habentes magnitudinē. et ideo nec finitam nec infinitaz potētiam habentes sicut sunt potentie que sunt virtutes corporales sicut ē grauitas et leuitas. caliditas et frigiditas. t huiusmodi Sed in duob⁹ differūt. primo quia plato dixit q motores primi per hoc mouent q a se mouentur t nedum dixit hoc de motoribus corpoꝝ celestiuz. sed etiā de anima quam dixit esse imortalem. qz mouet seipsam sicut pz manifeste legenti phedronē platonis dixit em̄ q intellectus separatꝰ in eo q facit ipse formas intellectas mouet se. qz nihil facit itelligibilia nisi itellectꝰ sicut nihil facit calida nisi calor. faciēdo aūt itelligibilia i eo q itelligibilia st̄ mouet se t intellecta t qđ sic mouet se ē cā motꝰ localis. qz scia intellectus et p̄ceptio est causa motꝰ localis in habente intellectum. et ideo mouēdo se i intelligibilibus mouet motum localem. t similiter est in aia intellectuali quo ad intellectū practicū. ideo dicebat q aia mouendo se in seipa est causa motus localis. et qz id qđ mouet se nūq̄ deficit sibi et non est in eo p̄trarietas motionis et moti neq̄ distantia. ideo dixit q quodlibet talium est imortale t perpetuū Et quia hoc primitus est in celestibus. ideo dixit semen aiarum esse in celestibus. vocans semē aiaruz animas separatas que descēdunt a cōparibus stellis. taliter aūt nō dixit Aresto. quia ipe voluit q primus motor est oīno imobilis et per se. et p accidens et mouet mobile primū p̄iūctum sibi t nō mouetur motu ipius. nec per se nec per accidens. Si aut̄ non mouetur motu ipsius mobilis p̄batur ex parte motoris. Nam cū ipse sit substantia intellectualis que nullius corporis est actus ipse nō est in corpore sicut actus corporis physici potētia vitam habentis. Neq̄ etiam est in corpore non organico sicut actus in potentia. quia sic esset anima fm vnā rationem t eandem ad aiam celi et aialis t hoc nō est verū. et ideo cum non sit sicut actꝰ in potentia in omni corpore celesti nō mouek motu ipiꝰ neq̄ essentialiter neq̄ accidētaliter. et hec est causa quare non dixerūt priores peripathetici q intellectus mouens corpus celeste esset anima. sed potius intellectus separatus cum anima non dicat substantiam separatam sed cōiunctam in eo q est aia. Nec dixerūt q cōpositum ex motore tali et moto esset animal. cū motor nō habeat vere anime rationē nisi equiuocek anima eo q intellectus substantia separata nullam habeat potentiam siue vim per quam fit actus corporis. et corpore indigeat. eo q de virtutibus eius nō inueniatur nisi intellectus t voluntas. t q̄ mouet non mouet sicut anima. ita q habeat quasdam vires affixas ipsi mobili t alias iperantes motum. et alias dirigentes motum ipm sicut habet anima intellectualis hominis Anima em̄ intellectualis hominis nō habet corpus cui motus eius sit omnino naturalis. vt supra dictum est in secundo huius. Et ideo oportet q virtutes quasdam habeat corpori affixas per quas quasi trahendo mouet corpus contra proprium

pondus. In celo autem non est nisi voluntas imperans motum ꝓximum et non indiget virtutibus corpori affixis. qz ipsum corpus ſm suum esse ad motū illum est cōplēdū quē iperauit volūtas ꝓter qđ dr ptholome⁹ i de cimatertia diuisione almagesti capło secūdo ꝙ nō debet sumi iudiciū corpis celestis ab aliquo corpore inferiorū simplicium. ꝺa corpus celeste obēdit in oēm motum quē vult fieri in eo motor suus absq; fatigatione et pena. nō aūt sic est decorpib⁹ inferiorib⁹ a se motis Quidam aūt ex posteriorib⁹ pipatheticis ex quadam difficultate se ducti sicut Auicenna algazel z moyses egiptius et quidam alij dixerūt substantiā intellectualem mouētem celum habere ymaginationez. nō ꝺē assuefactā sed potiꝰ sicut habet artifex ad formas artis qñ deriuat eas i materia. z hoc dicebant ideo. ꝺa si forme quas expler ex motu sui mobilis i natura motor celestis essent in intellectu tm̄ cū intellectus nō haberet nisi formas vniuersales z ex vniuersali nō deriuet ꝓticulare nisi ſm potentiā. ideo dixerūt ꝙ nō posset intendere hūc motum motu quo mouet ipe suū mobile sicut nec opatiuꝰ intellectus in nobis cū opatur ea q̄ sunt artis. oportet ꝙ primo reducat rōem vlem ad imaginatū ꝓticulare. z tūc ſm illō moueat corpus ꝑ vires affixas mēbris et traducatur in materiam ligni aut lapidis. z ideo dixerūt celestia corpora eē aialia de sensibilibus ꝓprijs solam ymaginatiōem habentia. Et hoc nō est verū. qz licet vniuersalis forma sit in intellectu substātie sepate. tm̄ qz corpꝰ ex sui natura ad motum intellectus exequēdū ipso motu corpis ꝓticulaꝝ et fit determinata. Et cū ꝺr ꝙ forma vniuersalis est intellectu operāte nō sic intelligitur esse vniuersalis ꝙ sit predicabilis de multꝫ sicut forma abstracta a reb⁹ sed intellectus vniuersalis esse sicut causa multa explicans z causans ꝺr esse vlis. z tūc intelligentia talem motum vniuersalem iperat Nam licet ꝓticularis sit inq̄ſtum est in moto corpe. vniuersalis tm̄ est sicut causa multa causans et est in intellectu sicut rō simplex motus taliter vniuersalis sicut dictū est In corpe aūt qđ mouet est sicut passio determinata sui subiecti Scđo sic differunt. qz plato ꝺr aias esse ꝑpetuas z descendisse a ꝓparibus stellis. ſz arestote. pipatheticoꝝ dux potius dixit eas in corpe causatas licet qđā sint post mortem manētes z qđā nō. nec dixit ꝙ seipas moueāt ſz potius mouent mote q̄ntum ad nos. Et licet ad istā sciam nō ꝓtineat ista questio. ſz ad diuinā in qua plurima de hac possent disputari. tm̄ qz facit ad doctrinā facilioꝛē hic posita est

Om̄ aūt oportet ſp motū esse et nō deficere necessariū est aliquid esse quod primum mouet Siue ergo vnū sit siue plura et primū mouens imobile est. Unūqđq; quidē igit ꝑpetuū eē immobiliū mouētiū quidē nihil ad eā q̄ nūc rationem. qm̄ aūt necessariū est esse aliquid imobile quidē ipm ab oīi exterius mutatōe et simpliciter et ſm accidēs motiuū aut alterius. manifestum est sic considerantibus.

¶ Istud est capl̄m vltimū istius tractatus in quo pbus ostendit primū mouēs esse ꝑpetuuz. Et diuidit in tres ptes In quarū prima ostendit ꝓpositū. In secūda ostēdit ipm esse vnū. ibi vnū aūt magis. In tertia ostēdit primū mouens esse imobile ibi Igitur ex his. Et anteq̄ pcedat ad prime ptis pbatōnem p̄mittit ea q̄ in principio istius octaui sunt determinata que sunt. ꝙ ſm naturam oportet motū ſp esse z nunq̄ deficere ſm aliqđ ptem tēpus neq; ſm aliquod tempus futurū. Et qz h̄ est necessariū sequitur ꝙ sit aliqđ mouēs qđ mouet hoc modo et est causa eiꝰ. siue tale sit vnū siue plura. eo ꝙ talis motus indeficientes fore sunt plures. oportet mouens primū in talibus sit oino imobile z per se z per accidens. Nam si ꝙ accidens moueret. tunc oporteret aliquā do priorem motū aliquē existere. Sed ad rōem istius scientie nō ptinet determinare vtrū vnūqđq; mouentium imobiliū sit ꝑpetuū aut nō. qz vtrū aīe aialiū q̄ ꝙ se sint imobiles sint mouentia ꝑpetua sicut dicit plato nō ptinet ad istaz sciam sed ad sciam libri de aīa. sed h̄ oportet ostendere ꝙ sit neccariū eē aliqđ mouēs imobile ꝑpetuū.

Sic aūt si aliquis velit in quibusdā contingens esse. vt et sit aliquādo et nō sit sine generatione et corruptione Fortassis eīm necessariuz est si aliqđ imptibile aliqñ quidē est aliqñ autez nō sine mutatione. aliqñ quidē esse aliqñ quidem nō esse oīm tale Et principiorū imobiliū quidē motiuorū aūt q̄dam aliqñ quidē esse aliquādo etiam nō esse contingit et hoc Sed neq; neq; omnia possibile esse.

¶ Hic pbs excludit quādā rōem qua posset aliqs niti ad ꝓbandū ꝓpositū. posset eīm aliqs sic ꝓcedere. Oīne qđ nō potest qñq; esse z qñq; nō esse est ꝑpetuū. Primū aūt mouens cū sit imobile nō potest qñq; esse z qñq; nō esse. Nam illud qđ qñq; est et qñ ꝙ non est hoc generat et corrūpit. Aresto. hanc rōem dicit insufficiēte. qz posset aliquis dicere. ꝙ quedam sunt que qñ ꝙ sunt et qñq; nō sunt absq; hoc tm̄ ꝙ generant z corrūpunt sicut plato asserit de aiab⁹ aialiuz. ergo oportet esse aliquē motorez primū qui est cā cōtinui motus z ꝑpetui qui est cā oīm eorū q̄ fiunt aliqñ et deficiūt aliqñ Est eīm fortassis necessariū. si dicat aliqđ iptibile siue indiuisibile vt aia mouens et aliqñ esse et aliqñ nō esse qđ tm̄ est sine mutatōne per se. ꝙ hoc sit aliqñ mouens z aliqñ nō mouens. Dicitur aūt fortassis nō qz dubiū est. sed qz hoc ꝓbari ħz in libro de aīa. Et ꝺr aliqñ esse et aliqñ nō esse sine mutatione ꝑ se. qz plato posuit hmōi mouētia perpetua. q̄uis ſm veritatē et esse nō sunt ꝑpetua ſm pipateticos. h̄ tm̄ verū est ꝙ non generant per se nec corrūpunt. sed potius fiunt z desinūt ad generatōem corporū z corruptionem p̄ter aīam intellectualē q̄ nō educit de materia corporali. et ideo nō desinit ꝓpter defectum eius Igit̄ necessariū est ꝓncipiorū mouētium imobiliū q̄dā aliqñ esse z aliqñ nō esse sed nequaq; est possibile hoc cōtingere in omnib⁹ huiusmodi causis.

Manifestū aūt est ꝙ cā quedā ipa seipa mouētibus inest. ipsius qđ est aliqñ quidē esse aliqñ aūt nō esse. Ipm q̄dē eīm seipm mouēs necesse est omnē magnitudinē habere si nihil mouet iptibile. mouens aūt neq; vna necessitas est ex dictis Ipsius igit̄ qđ est alia q̄dē fieri alia vero corrūpi. et hoc ꝓtinue nulla cā est imobiliū q̄dē Non semper autem entiū neq; ipsorū quidem

semp hoc mouentiū. horū aūt altera. ipsius eñ semp et cōtinui. neqz vnūqōqz ipsorū causa neqz oīa. hec eñ quidez sic se habere semp et ex necessitate est oīa autē infinita et non sunt simul omnia entia.

¶ Hic phs ostendit ꝓpositum dicens. si sint mouentia seipsa. vt sunt aialia que qñqz sunt qñqz non sunt. tūc necesse est ꝙ sit aliqua causa generationis et corruptionis ipoz p quā generatio ⁊ corruptio ipsoz ꝑpetue ꝓtinuā tur. Dictū eñ est ꝙ ipsum seipm mouēs qō ꝓpositum est ex motore et moto necesse eit habere aliquā magnitu dinē corporalē. eo ꝙ oē qō mouet est corpus. ſz nō est ne cessitas aliqua ꝙ id qō est mouens imobile habeat ma gnitudinē aliquā imo posterius ꝓbabitur ꝙ primū mo uens imobile penitus nullā habeat magnitudinem cor poralem. Et subiūgit phs ꝙ eius successionis ſm quā est aliqua fieri et aliqua corrūpi ⁊ hoc ꝓtinue sit succede re nihil eorū est cā que sunt de nūero mouentiū imobiliū q̄ aliqñ sunt et aliqñ nō sunt. neqz etiā est cā q̄re hoc ē qō se sp moueat ſm successionē. sed oportet ꝙ horū q̄ dicta sunt sit aliqua altera causa q̄ sp moueat. ipius eñ est sp ⁊ ꝓtinue hoc sibi inuicē succedere. neqz ipoz vnūqōqz di uisum est cā nec oia simul. ꝯa sic oia singularia hec q̄ gene rantur ſm successionē haberent esse ꝑpetuū et ex necessi tate ſm naturam et hmōi oia nō possunt esse causa sil' ꝯa oia sunt infinita cū in nūeroꝫ sideranꝯ ⁊ nō sunt sil' Quā se aūt motꝰ nō sunt infinite ⁊ simul Et sic ꝓclusio oīm p̄cedentiū est ꝙ oīm eorū q̄ mouent et mouenꝯ in mate ria generabiliū et corruptibiliuz que aliqñ sunt et aliqñ non sunt necesse est esse aliquā cām ꝑpetue successionis extra ipsa cū ipsa infinita sint. et ideo reduci habēt ad in finitā cām ⁊ nō simul sunt ſz succedūt ⁊ ideo reduci hñt ad cām q̄ de necessitate est semp. qz nihil generabiliū est a casu qm a casu in natura nō fiūt nisi mōstra et illa nō p manent. vt dictū est in ſcōo huius.

Manifestum igitur est ꝙ q̄uis millies ꝓn cipia quedā imobiliū q̄dē mouentiū aūt ⁊ mul ta ipsa seipa mouētiū corrūpanꝯ: alia vero fiāt et hoc quidez imobile sit aliud vero mouet alte rum aūt hoc. Sed nihilominus est aliq̄d qō cōtinet. et hoc extra vnūqōqz ꝙ est causa eius. qō est alia esse. alia vero nō et cōtinue mutatio nis. quia et hoc quidē bis. hec autē aliis causa motus sunt.

¶ Hic ostendit phs ꝓpositū dicens ꝙ manifestū est. ꝙ q̄uis millies reiterentur principia ꝑticulariū motorū q̄ sunt p se mobilia sicut aīe aialiū Et q̄uis multa de nu mero eoꝝ q̄ seipa mouent ꝓtinue corrūpanꝯ ⁊ alia fiant siue generenꝯ. ⁊ in q̄libet illorū sint duo quorū vnū est i mobile p se sicut aīa. et alterū est motū sicut corpꝰ ⁊ vnū istoꝝ sit distinctū ab alio ſm definitōem. ꝙ nihilominus oportet aliquid esse extra hec oia qō cōtinet ista sicut cā oīm istoꝝ. ⁊ hoc extra vnūq̄qz istorū est. et est cā ꝙ alia sint alia nō. sed corrūpanꝯ. et est cā ꝓtinue mutatōis ſm successionē. q̄dā ei inferioꝝ sunt quibusdā cā mutationū et q̄dā alia sunt cā mutatōis aliis sed aliq̄d extra oia illa erit cā mutatōnis in oib' inferioꝛib' et hoc est per se mo uens idem numero manens.

Si quidem igitur perpetuus motus est per petuū erit et mouēs primū si vnū si vero plura plura et perpetua.

¶ Hic phs ponit ꝓncipalem ꝓclusionē dicens. ꝙ si ta lis motus qui est cā oīs motus est perpetuꝰ. tūc opor tet etiā ꝙ mouens imobile qō mouet hūc motū sit ꝑpe tuū. et primū si est vnū. Si aūt plura sint talia mouētia se tūc etiam plura erūt perpetua.

Vnū aūt magis q̄z multa. et finita q̄z infini ta oportet existimare. Eisdem aūt accidentib' semp finita magis accipiendū. In his eñ que sunt natura oportet finitū et melius si cōtingat esse magis sufficiens. aut et si vnū quod primū imobiliuz perpetuū cum sit erit principiū aliis motus Manifestuz igitur est ex his ꝙ necesse est ē aliq̄d vnū et ꝑpetuū primū mouēs Osten sum eñ est qñ necesse est semp motū esse et cō tinuū esse et nāqz qō sp cōtinuū. Qō aūt conse quenter non est continuum

¶ Ista est secūda ps huiꝰ capituli in qua phs ꝓbat dua bus rōnib' ꝓmū mouēs esse vnū. Quarū ꝓma est. In oib' q̄ naturaliter sunt semp accipiēdū est illud qō ē no bilius et melius. melius aūt est vnicū et finitū esse q̄z in finitū dūmō possibile fit ipm esse finitū. igitur ꝓmū mo uens est vnicū et finitū. Dicit aūt dū possibile est ipsuz esse finitū. qz in generabilib' nō ꝑt esse finitas aliq̄ ſz i ge nerabilib' est infinitas. vnicū vero et finitū sufficiens est ad oēm naturalē motum et mutatōem isto ꝝ inferioruz ipm eñ est causa in motoꝛib' inferiorū spheraꝝ ꝙ mouēt et cā in generabilib' et corruptibilib' ꝙ mutenꝯ successi ue Et q̄b' ꝓz. ꝙ necesse sit aliq̄d esse vnū ⁊ ꝑpetuū mo uens. qm motus est ꝑpetuus.

Atuero si continuus vnus est vnꝰ aūt si ab vno mouente et vnius qō mouetur Si ei q̄d dam aliud et aliud mouebit non cōtinuus mo tus totus sed ꝓsequēter

¶ Hic phs ponit scōam rōnez motus qui fit a diuersis mouentib' nō est vnus sed motus qui fit a primo mouē te est vnus. igiꝯ nō est a pluribꝫ mouētib'. Daioꝛ ꝓz. qz q̄n vnū mouēs corrūpiꝯ ⁊ aliud generaꝯ tūc neccariuz est interuenire quietē inter corruptōnem primi mouētis et generatōem secūdi. et ꝑ illo tpe nō erit motus. cū igitur motus sp sit oꝛ ꝙ idē nūero mouēs sp sit mouēs ⁊ vnū nūero sp motū ita ꝙ ex illis duob' ꝓponaꝯ mouēs seipm et sic planū est esse aliq̄d mouēs ꝓmū ꝑpetuū et vnū.

Igitur ex his sciet vtiqz aliqs esse aliqō pri mū mouēs imobile Et iterū cōsiderans princi pia mouentiū esse quidē igiꝯ q̄dā eorū que sunt q̄ aliqñ q̄dē mouēꝯ. aliqñ aūt quiescūt manifestū ē et ꝑpter hoc manifestū factuz est qm̄ neqz oia quiescūt neqz alia sp mouenꝯ. alia sp quiescunt Que nāqz sunt vtrobiqz et potentiā sunt haben tia eius qō est. aliqñ quidē moueri. aliqñ vero quiescere demōstrat de his.

Ista est tercia pars huius capli in q̄ phus ostēdit q̄ p̄mus mouēs sit īmobile. ꝓsupponēdo tm̄ alīq̄ que dicta sunt. scz q̄ q̄dā coꝛ q̄ apud nos sunt aliq̄n ḡescūt z aliq̄n mouent sicut manifeste apparet in oīb aīatis. z ideo supra dictuz est q̄ nō oīa entia mouent neq̄ oīa ḡescūt. Neq̄ em̄ talis diuisio est entiū q̄ q̄dā coꝛ sp quiescāt. z q̄dam coꝛ semp mouent. ita q̄ nihil sit q̄ aliq̄n quiescat z aliq̄n moueat. qz ea q̄ vtrobiq̄ sunt. scz in motu z ḡete fm diuersa ꝛpa sūt hñtia potētiā ipsius q̄ est esse vtrobiq̄. qz p̄t q̄n volūt moueri z q̄n volūt ḡescere. Hīs aūt demonstrat̄ q̄ alia sūt q̄ aliq̄n mouētur z aliq̄n quiescūt. Et iteruz ex hīs scitur q̄ aliquid est quod semper quiescit z illud est semper īmobile z illud est p̄mus motor.

¶ Q̄m aūt hmōi manifesta sunt volumus aūt demōstrare. et duoꝝ vtrūq̄ nāq̄ q̄m sunt alia quidē semp īmobilia. alia aūt q̄ semp mouent. Procedentes aūt in hoc z ꝓponentes oīe q̄d mouet ab aliquo moueri. z hoc essz aut īmobile aut q̄d mouet. et q̄d mouet aut a seipso aut ab alio. semp deueniem⁹ in hoc accipe. q̄m eoꝝ q̄ mouētur est p̄ncipiū q̄d mouet q̄dez q̄d ipm seipm mouet. oīm aūt īmobile. Videm⁹ em̄ z manifeste esse hmōi q̄ mouent ipsa seipsa vt aīatoꝝ z aīaliū genus. hoc aūt z opinionē obtulerūt ne forte ꝓtingat motū fieri. cū nō sit oīno ꝓpter id q̄d in his videmus hoc ꝓtingere. īmobilia em̄ cū sint aliquando mouent z iterum sicut videtur

¶ Hic phus ostēdit duo vltima .s. q̄ alia sunt sp immobilia z alia semp mouent. ꝓcedendo ex his que sunt manifesta in genere. scz q̄ oē q̄d mouet ab aliquo distincto ab ꝓo mouet. vt supra oñsum est. Et ꝓponēdes vlteri⁹ q̄ illud a q̄ mouet aut est īmobile aut ipm mouet. z si mouet aut mouet a seipso aut ab alio. tūc sp ad hoc deuenim⁹ q̄ oz nos accipe q̄ oīm hoꝝ q̄ mouent est aliq̄d p̄ncipiuz in genere mobiliū motoꝝ. z hoc quidem mouet. sed ipm mouet seipm z est p̄ncipiū oīm. z extra gen⁹ motoꝝ ē q̄d mouet īmobile. Et illud vt supra dem̄ est declarat̄ ex his q̄ fieri⁹ z apud nos sūt mota. Nā videm⁹ q̄dā esse q̄ mouēt seipa sic sūt oīa aīata motuz ꝓgressiuū hñtia. hec aūt sunt q̄ attulerūt multis phis opinionem q̄ mot⁹ vtis in mūdo incepit cū nullus oīno mot⁹ eū ꝓcessit. qz videt q̄ hoc in istis minoꝝ mūdis ꝓtingat. Ista em̄ oīa post īmobilitatē in qua fuerūt aliq̄n incipiūt moueri. sicut videt fm sensum. licz aliter sit fm rōnem

¶ Hoc aūt optz accipe q̄m fm vnū motū ipsa mouent. z q̄d fm būc nō ꝓprie. Hō em̄ ex seipso est cā. sed insunt aliq̄ motus natura z aīalibus fm quos nō mouētur ꝓ seipa vt augmentuz et decrementuz z respiratio quib⁹ mouet aīaliuz vnūq̄dq̄ quiescens cū nō mouet a seipso motum. Hoꝝ aūt cā ꝓtinēs z multa coꝝ q̄ insunt aut intrāt tm̄ ꝓpter respiratōem aeris. z quoꝝ dā alimentū cā est dū coq̄tur quidā em̄ dormiunt. Disgregato aūt surgūt z mouēt seipa cum p̄mū p̄ncipiū extra sit Vñ nō semp mouentur ꝓtinue a seipsis. Aliud em̄ est mouens ipsum in oīb⁹ q̄d mouet z mutās z vnūq̄dq̄ mouēti um seipm. In oīb⁹ aūt his mouet p̄mū mouens. z est cā ipm seipm mouēdi a seipso fm accidēs tm̄. mutat em̄ locū coꝛp⁹. Quare em̄ et q̄d in coꝛpe exīs z nccārio mouēs seipm

¶ Hic phus assignat cām q̄ nō semp mouent aīalia. qz nō mouēt se nisi fm vnū z eūdē motū. Naz ꝓpō p se nota est q̄ ab vno oīno nō est nisi vnū. z ideo si vnus accipiat in aīalib⁹ motoꝝ p̄mus q̄ nō mouet ab alio. ille est q̄ vno⁹ oīno se mouet. z ab illo sic se hñte nō est nisi motus ꝓmus. Si aūt ḡescat a motu illo aliq̄n. tūc aliq̄d mouet ad hꝫ ꝓter motoꝝ z tūc p̄mus motoꝝ erit alius. z ideo oz accipe q̄ ꝓ hūc motū q̄ est post ḡetez nō mouet ꝓprie se motoꝝ il le q̄ fuit p̄mus in aīalib⁹. q̄ est aīa. eo q̄ ipse nō est cā huius motus ꝓ seipm. sed potius cātur iste motus ex eo q̄ multi alij motus insunt aīalib⁹ quos motus nō mouēt aīalia ꝓ se ipa. ita q̄ sint a motoꝝ aīaliū essentialr. z tales motꝫ sunt augmentū z decrementū fm q̄titatē eius q̄d est potentia q̄tū augens z transmutās coꝛpus. z respiratio q̄ est ad mitigatōem caloꝛis naturalis in oīb⁹ respirantib⁹ z fm hos motus mouet z mouet se vnūq̄dq̄ aīaliū tūc q̄n ḡescit a motu locali. hoc est q̄n mouetur motu illo q̄ pure causat̄ a seipso. Hoꝝ aūt motuū cā p̄ma nō est aīa aīaliū sed potius ꝓtinēs aliq̄n sicut aer variat̄ fm celestes virtutes z qualitates calidi. frigidi. humidi z sicci. Aliq̄n autē p̄ma cā coꝛ est multa q̄ insunt coꝛpib⁹ sicut sunt alimētuz quoꝝdā aīaliū q̄ dormiūt z ḡescūt dū coq̄tur cib⁹ coꝛ. eo q̄ resolut̄ vapoꝛ ab alimento z humefacit cerebꝝ aut coꝛ et infrigidat instrumenta motus localis. et ideo nutrimēto disgregato ꝓ membra surgūt z mouent tūc seipa Vñ q̄dam spisse pellis z viscose multe humiditatis multū dormiūt ꝛpe flegmatico. vt in hyeme. sicut nisus z glires z similes z q̄dā aues. scz vespertiliones z ꝛūdines Et q̄b⁹ oīb⁹ pz. q̄ p̄ma cā mouēs extra aīam z aīal est. z cuz talia mouent coꝛpa redundat motus coꝛpis ad aīam. z aīa sic mota in coꝛpe ꝓ accīs ab alio motoꝛe poze se est cā variorum motuū. z motus aliq̄n z ḡetis aliq̄n Nā impossibile est q̄ ab aīa vt a p̄mo motoꝛe esset hec diuersitas cum ab vno motoꝛe simplici nō p̄t esse nisi vnus motus vno mō se habens. Hec est ergo cā q̄ non semp ꝓtinue se mouent aīalia. Aliud em̄ z extrinsecū est id q̄d est mouens. z aliud id q̄d mouet. z aliud est mutās. ꝓt p̄mū in talib⁹ motib⁹ ad vnūq̄dq̄ q̄d mouet seipm. In oīb⁹ em̄ istis motib⁹ mouet ab aliquo alio p̄mū mouēs q̄d est aīa. z cā mouendi in talib⁹ motib⁹ est q̄dē aīa. z totū aīal mouet. z aīa solū ꝓ accidens. qz mouet ad motū coꝛpis in quo est. Et iste modus alius est ab eo q̄d dicim⁹ ꝓ accīs moueri ptem quādo mouet totū. z ꝓ accīs moueri altrēdinē q̄n mouet subiectū altrēdinis. qz dicimus q̄ ꝓ accīs mouet aīa. qz motꝫ coꝛpis sunt redūdantes ad aīam facientes ipam esse diuersoꝝ motuū cām. Nā aīa est cā augmenti z decrementi z respiratōis. z somni z vigilie. sz nō ē causa p̄ma. hoc ē ꝓprium. Et quia est in coꝛpe vt actus totius fm se. z partium per partes eius. ideo coꝛpoꝛe mutante locum necesse est ipsam per accīs locū mutare. motus em̄ coꝛporis ꝓ uenit ad ipsam animā. z tali motu anima mouēs coꝛpꝫ mouet seipsam. sed ab alio motoꝛe poze se mota. Ex his colligit q̄ oīnis motoꝛ qui mouetur per accidens eius q̄d ipse mouet necārio etiam mouetur fm locum. q̄m suo mo

tu quo ipe mouet mutat locū. Sed vtrū sic sit conuersoscz q̄ oīs motor q̄ mouet fm locū moueat etiā ab accidētibꝫ eius qđ ipse mouet nō dum ꝓbatum est. sed de illo inferius fiet ꝓsideratio

¶ Ex quibꝫ est scire. qz si aliquid est īmobiliū q̄dem mouentiū. aut t ipsoꝝ q̄ fm accīs mouētur. impossibile est ꝓtinuū motū mouere. quare si necesse est q̄dem ꝓtinue esse motuz. esse oz aliqđ p̄mū mouēs īmobile. t non fm accīs. si debet sicut dicimus in his q̄ sunt esse incessabilis quidē t īmortalis motꝰ t manere ens ipsum in seipso. t in eodē p̄ncipio eīm manēte necesse t oīne manere qđ ꝓtinuū est ad p̄ncipium

¶ Hic ꝑbus ex p̄dictis trahit vnā ꝓclonem q̄ est de motu aialiū. ūt ā scz. si aliq̄d est de numero mouentium t p se īmobiliū qđ tū mutat p accīs. tunc est impossibile ab illo moueri motu ꝓtinuo. t ideo si est necē aliquē ꝓtinuū motum esse. sicut in p̄ncipio hui⁹ ꝑbatū est. necē est esse aliqđ p̄mū mouēs īmobile tā p se q̄ p accīs. qz supra dictuz est q̄ oportz esse aliquē motū īmortalē t impassibilē in his que sunt p naturaz. q̄ est q̄si vita oīb⁹ deorsuz subsistētib⁹. t oz q̄ ille cuius est ille motus moueat seipsum t in eodē p̄ncipio qđ est mouens p̄mū. p̄ncipio eīm mouente fm vnum modū necē est etiā q̄ illud totū moueat vno mō qđ ē cōtinuū. id est ꝓtīctū p̄ncipio. t ideo suū motū t mouere suū semp manebit in oīm tempore fm naturam.

¶ Nō est autem idem moueri fm accīs a seipso t ab altero. Ab altero q̄dem eīm inest t eorum que sunt in celo quibusdā p̄ncipijs q̄cunq; sunt plures feruntur motus. alterum autem corruptibilib⁹ solum

¶ Hic ꝑbs oñt q̄ nō sit idem moueri fm accīs a seipso et moueri ab alio. qz motor q̄ ꝓstituit p esse sui mobilis sicut aīa aialiū in cui⁹ definitiōne cadit corp⁹ qđ mouet ab ipa. p accīs mouet qñ mouet suū corpus. t hoc dupl̄r sicut ex p̄dictis pz. ab alio aūt ꝓtingit bene aliquid moueri ita tñ q̄ motor eius nō mouebit p accīs motu illo. t hoc ideo est. qz motor talis nō ꝓstituit in esse p suū motuz. et ideo. nec motor essentialr definit p corpus qđ mouet. sicut sunt motores corpoꝝ celestiū q̄ sunt separati p definitōes et tñ mouent corpa celestia quoꝝ quedā vt inferiores oztes t stelle oēs tam planete q̄z alie mouent motu corpis p mi supiozis ab oriente in occidentē. q̄ est sup polos mundi et sup circulos eq̄noctiales t paralellos ad eq̄noctialē. cum tñ motoribꝫ ꝓpꝛijs moueant ab occidente in orientē econtrario motui p̄mo. t cū sic mouent p aliud corp⁹ superi⁹ fm illū motū nō mouet motor eoꝝ ꝓpꝛius. sicut nec mouetur illo motu quo ipse mouet. qz vt tacū fuit nullus motoꝝ celestiū mouet p se vel p accīs fm aliquē modū accidentis. sed moueri p accīs ꝓuenit solū motoribꝫ qui sunt p informatōem in suo mobili

¶ Atuero si aliquid est semp hmōi mouēs q̄dē īmobile aūt ipm t ꝑpetuū necesse est t p̄mum qđ mouet ab hoc ꝑpetuū esse. Hoc aūt est manifestū quidē et ex eo q̄ nō est possibile alit generatōem t corruptōem t mutatōem alīs nisi aliquis moueat qđ moueat. Immobile quidē eīm cūdēsemp mouebit eodē mō t vnū motū velut nihil ipm mutās ad id qđ mouet. Quod aūt mouet ab eo qđ mouet q̄dez. moto aūt ab īmobili iam ꝓpter id qđ aliter t aliter se hz ad res nō eiusdez motus erit cā. sed ꝓpter id qđ in ꝓtrarijs locis aut spēb⁹ sunt ꝓtrarie exhibebit motū vnūq̄q; ꝓꝛ alioꝝ. t aliqñ q̄dem quiescens aliquādo aūt motum.

¶ Hic ꝑbus ex p̄dictis probat duab⁹ ratōnib⁹ q̄ est aliq̄s motus ꝑpetu⁹ Quaꝝ p̄ma est. p̄mū mouēs est immobile tam p se q̄z p accīs. q̄ p̄mū corpus qđ mouet ab ipo est ꝑpetuū. qz aliter ante p̄mū motū essz mot⁹. qđ est impossibile. vt supra ꝓbatum est. Etiā posita cā in eadē dispōne semp ponit effectus. sed p̄mū mouēs cū sit īmobile t infatigabile hz semp eandē dispōnem ad mouēdū. q̄ mouet motu sempiterno. ¶ Secūda rō q̄ ꝓcedit ab effectu inferioꝝ ad supioza que sunt inferioꝝ cā est generationes t corruptōes istoꝝ inferioꝝ sunt ꝑpetue in inferioribꝫ. q̄ oz esse aliquē p̄mū motū ꝑpetuū Consequntia ꝓbat Nā effectus ꝑpetuus hz cām ꝑpetuā. cū effectus nō sit dignior sua cā aut diuturnior. motus aūt celi est cā generationis t corruptōis inferioꝝ. q̄ nō ꝑt esse motus generationis t corruptōis ꝑpetuus nisi motus celi sit ꝑpetu⁹ et hoc tenet in cā que est cā in esse t in ꝓseruari. Añs patet qz si sic est in inferioribꝫ q̄ generatōes t corruptiōes sunt ꝑpetue. tūc oportz q̄ aliq̄d sit ita mouens ꝓtinue q̄ etiā ipm mouet sicut est id qđ est p̄mū mouens seipm. qz si essz tm īmobile p̄mū. qz ex quo hoc est eiusdez dispōnis moueret semp eodē motu. t sic nihil erit mouēs seipm in diuersas dispōnes respectu eius qđ mouet ab ipso. t ideo si ponere tur p̄mus motor mouere materiā generabiliū t corruptibiliū. cū ipse sit vno mō t simplr t nihil variet ipm ad generabilia nō faceret nisi vel generatōem aut corruptōem aut aliam mutatōem vnitā. t nō induceret diuersitatem spēz in his q̄ sunt naturaliter. t ideo oportet q̄ p̄mus motor q̄ nō mouet habeat corpus motū ab ipso qđ nō deficiet ei fm oīne tp̄s futurū. nec defecit ei fm oīne tp̄s ꝑteritum. qz qđ mouet sic scz q̄ mouet q̄dem ab īmobili p̄mo iam nō erit cā eiusdē motus necz eiusdē forme. eo q̄ motu suo aliter t aliter se hz ad rerū generabiliū t corruptibiliū materiā. ideo diuersa efficit. Illud eīm affert t aufert generās sicut solem t stellas q̄ aliter fm radios suos t āgulos respiciūt res qñ sunt in tropico hyemali t aliter quādo sunt sub tropico estiuali. t qz illa pūcta maxime distāt in cursu planetarū t solis. ideo in his oppositis rebꝫ inferioribꝫ imp̄mūt dispōnes. Similr aūt est de pūctis eq̄noctialib⁹ in vere t in autūno. t idem est de discursu planetaruz in singulis fm ꝓiūctōes t ꝑuentiones t alios respect⁹ planetaꝝ in quib⁹ diuersimode respiciūt res in ortu suo t i occasu in climatib⁹ diuersis. t ideo causant diuersos motus sicut diuersas generatōes t corruptōes diuersas. t diuersas alteratōes t cūs motib⁹. ꝓpter qđ qñ sunt in diuersis locis ꝓtrarijs t formis t figuris ipi motores tūc oz q̄ ꝓrio mō se habeat vnūq̄q; aliozuz qđ mouet ab his. t ideo oz q̄ aliqñ moueat t aliquando quiescat.

Manifestū igit factū est ex dictis t qđ fm p̄ncipia dubitabim⁹. Qm igit nō oia aut q̄escūt aut mouētur: aut alia q̄dem semp mouent alia

vero semp q̃escūt. Sz q̃dā aliq̃n q̃dē aliq̃n aut nō. Huius cīi cā manifesta nūc est. qm̃ illa q̃ dē ab īmobili mouenť ꝓpetuo. vñ semp mutantur. alia vero ab eo qđ mouet̄ z mutato. quare et hoc neccārīū est mutari īmobile aūt sicut dictum est sic simplr̄ z silr̄ z in eodez ꝑmanens vnū z simplicē mouebit motum.

¶ Hic phūs dt q ex dictis manifestū ē. q soluta est q̃stio in p̃ncipio huius tractat⁹ mota. quare q̃dā aliq̃n mouentur z aliq̃n quiescūt. cū dictū sit q nō oia q̃escūt necz oia mouenť. nec talis dispositio est in entib⁹ q aliq̃ eorūz semp q̃escāt z aliq̃ semp mouenť. ita q nulla sint q aliq̃n q̃escūt et aliq̃n mouenť. Et q̄ tam pz. q q̃dam aliq̃n q̃escūt z aliq̃n mouētur. z hui⁹ cā est manifesta ex dictis. Etiā manifestū est q q̃dā sunt q̃ nunq̃ mouenť. nec ꝑ se nec ꝑ accīs. sicut sunt motores celestes. Et huius cā est. q̄ sunt indiuisibiles z ideo ꝑ se nō pñt moueri. q̃ nō mouenť ꝑ se nec ꝑ accīs. q̄ nullius corꝑis sunt actus. Alia aūt sunt q̃ mouenť ꝓpetue vel fm oīm tps. vt sunt corꝑa celestia q̃ mouenť ab īmobili motore ꝓpetuo z mouēt seipa. z ideo etiā est cā quare ꝓpetuo mouenť. q̄ mouēt seipa. Alia ꝙo q̃n q̄z mouenť z quiescūt q̃q̄z. q̄ mouenť ab aliquo extrinseco sibi qđ diuersimode respicit ipsa ꝑ motū suū. sicut sūz generabilia z corruptibilia. z ideo mouēs ista inferiora neꝯ esse est mutari. sed mouēs īmobile z motuz a seipso non hñt nisi motū localez. sed illa q̃ mouenť ab aliq̃ extrinseco mouenť fm oēm motū. īmobile ꝙo mouēs sic sicut determinatū est silr̄ in eodē ꝑmanēs. vnū tm̃ z simplicē motuz mouebit. q̄ a motore vno simplici non est nisi vnus motus simplex

Vtrū primus motor īmobilis sit vnus z perpetuus

¶ Oct arguit̄ ꝓmo q ꝓmus motor nō sit īmobilis. nam oē mouēs ꝑ intellectū z volūtatez anteq̄ moueat mouet̄ ab aliq̃ obiecto appetibili. ꝑm⁹ aūt motor mouet ꝑ intellectū z volūtatē. q̃ añq̄ mouet mouet̄ ab aliq̃ obiecto appetibili. z ꝑ ꝑns nō est simplr̄ īmobilis. ¶ Sc̄o sic. oē qđ cā ꝓtrariorꝫ effectuū est mobile z mutabile. sed ꝑm⁹ motor est cā ꝓtrariorꝫ. vt pz vniuq̄z creaturas inspicienti. Maior pz. q̄ idē inq̄tum idē natū sp est facere idez. q̃ ex opposito ꝑñtis si ꝓtraria faciat. hoc nō est inq̄tū idem est sed inq̄tū illud mouēs est mutabile z aliter se habēs. Cōfirmat nā ꝑus. ꝓbatū est q deuenīendū est ad vnū ꝓmuz mouēs seipm. ¶ Tercio sic. oīs vnitas ꝓuenit a forma et a terminatōe potētie ꝑ actū. ꝓmus motor nō hz formaz nec ꝓponit ex actu et potentia. q̃ nō est vn⁹ Minor pz. q̄ oīs forma aliq̄d informat z alicui dat esse. sed in ꝓmo nihil est qđ suscipiat esse aut qđ informet. silr̄ etiā si essz ꝓpositus ex actu z potētia nō esset ꝓmū simplr̄. qm̃ oē cōpositū nō solū ꝑsupponit ꝓncipia cōponētia. sed etiā cōponēs qđ cōponit illa ꝓncipia inter se. Cōfirmat. oīm bonū est suūꝑplius diffusiuū q̃ quanto aliq̄d est magis bonū tanto magis diffūdit seipm. cū q̃ ꝑm⁹ motor sit bon⁹ ꝑ cētiaz sequt̄ q erit multiplicatio pluriū mouentiū quoꝝ q̃libet erit ꝑm⁹ motor. q̃ nō erit tm̃ vn⁹ ꝑm⁹ motor. ¶ Quarto sic. nullū hñs ꝓncipiū z finē est ꝓpetuū. ꝑm⁹ motor hz ꝓncipiū z finē. q̃ nō est ꝓpetu⁹. Minor pz. q̄ sua entitas est ꝓncipiū omniū entiuz. z sua bonitas est finis eorūdem Etiā finis z ꝓncipiū sūz entis passiōes. q̃ q̃uenīūt cuilibet enti. z ꝑ ꝑns ꝓmus motor hz ꝓncipiū z finē. In oppositū est phūs in textu. Et ꝑ rōnem illius est maior.

¶ Oīm īmobile inq̄tum hmōi est ꝓpetuuz Minor. Primū mouēs tam ꝑ se q̃ ꝑ accīs est īmobile. Concl̄o Igit̄ motorē ꝓmum necesse est esse ꝓpetuum

¶ Maior pz. q̄ oē incorruptibile est ꝓpetuū. cū nihil corrūpat nisi corruptibile. oīm aūt īmobile est incorruptibile q̃ oīm īmobile est ꝓpetuū Minor patz. q̄ q̃d est īmobile est etiam incorruptibile. ex eo q immobile habet se ad incorruptible. vt inferius ad suum superius. quia sicut mobile est superius ad corruptibile. sic immobile est inferius ad incorruptibile Etiam illud qđ est ꝓpetuū hoc cadit sub tpe. qđ aut̄ cadit sub tpe illud est mobile. q̃ illud qđ est īmobile est perpetuum siue necessarium. q̃ oē īmobile est ꝓpetuū. q̄ nisi īmobile essz ꝓpetuū. tūc inciꝑet z desineret. inceptio est ꝑ generatōem. reliquū aūt ꝑ corruptionem. ex eo q̄ generatio z corruptio sunt mot⁹ aut nō sūz sine motu. q̃ sequt̄ q ꝑmū mouēs esset mobile si nō esset incorruptibile. ¶ Minor est phūs in textu. z in hoc q est īmobile ꝑ accīs differt ab alia nostra ex qua cū corꝑe ꝓstituit vnū in esse. qđ dt aial. tam clarū est q que sic sunt essentialiter ꝓūcta ad motū vnius sequt̄ motus alteri⁹. z qđ sic mouet̄ ꝑ accīs hoc nō ꝑt esse motor ꝑmus. q̄ nō ꝑt eē cā vnius ꝓtinui motus. ex quo ipse nō manet vniformis in mouēdo. ¶ Concl̄o pz. Nā oīs motus ꝓpetu⁹ fit a ꝑmo motore. ꝑmus aūt motus est ꝓpetu⁹. vt patuit supra et etiā ꝓbabit infra. q̃ fit a ꝑmo motore ꝓpetuo. cū q̃ fiat a motore ꝓpetuo sequt̄ q ꝑmus motor est ꝓpetu⁹. Maior pz. q̄ si ꝑmus motor q̃ est perpetuus nō fieret a ꝑmo motore ꝓpetuo. tūc effectus ꝓcederet suam cām. ita q̃nq̄z esset motus sine motore. Etiā oīm ens aut est perpetuū aut in esse ꝓductū. ꝑm⁹ aūt motor nō ē ꝓduct⁹ in eē. q̃ est ꝓpetu⁹. Minor ꝓbat. q̄ si sic. aut esset ꝓduct⁹ a se aut ab alio. neutrū illoꝝ est dīm. q̃. Nō ꝑmū. ex eo q̄ nihil ꝓducit seipm. nec ꝑt se mouere de potentia ad actū. Nō secūdū. q̄ tūc nō esset ꝑmus simplr̄. Maior alteri⁹ dis.

¶ Necessariū est oēm pluralitatez reducere ad vnitatē Minor Nec est impossibile q vn⁹ motus ꝓtinu⁹ sit a pluribꝫ motoribꝫ. Concl̄o Igit̄ oz mouēs ꝑmū esse īmobile et vnū

¶ Maior ptz. qm̃ pluralitas entiū nō est infinita sed ordinata ad vnū ꝑmū qđ est cā aliorꝫ. eo q oīnia secūda sūz entia ab alio z in aliud reducibilia. sez in ens ꝑmuz qđ est ens a se z per se Nam regula est q oīm qđ est ens per participatōem z ex accōmodatis ab illo dependet qđ est tale ꝑ essentiam z ex ꝓpriis. ergo. et sicut istud in tota analogia entiū verū est. ita ꝑt applicari in ꝓposito ad mouētia z mobilia. ita q oporteat omnē multitudinē mouentiuz et mobiliū reducere ad vnitatem. hoc est ad ꝑmū mouens immobile. tam per se q̃ etiā ꝑ accidens. Etiā necessariuz est omne ꝓncipiatum reducere ad suū ꝓncipiū. vnitas aūt est ꝓncipiuz multitudinis. ex eo q multitudo ab vnitate ꝓcedit. q̃. Ex quo pz q oīm multiformē reducibile ē ad vniformē. z sic motus diuersos oportz reducere ad motū vniformem celoꝝ. ¶ Minor pz. q̄ plura vt plura nō faciunt vnū. sed ad motus vnitatē z ꝓtinuitatē requiritur

motoris vnitas. ergo si essent plures motores nō esset talis motus vnus ⁊ ꝓtinuus. cū dictū sit in maiore q̄ necessariū sit pluralitatē ad vnitatem reducere. ⁊ p̄ ꝓsequēs reductio semp est ad vnū qđ dr esse p̄mū mouens. Et si essent plures motores aut tales moverent p̄ vnā formam et sic est reductio ad aliqđ p̄mū mouens. aut moverēt successiue. ⁊ sic nō p̄ esse motus vnus ⁊ ꝓtinuꝰ. ergo nō est possibile vnū motum ꝓtinuum esse a pluribꝫ motoribꝫ

¶ Conclusio sequitur ex p̄missis. ⁊ est phi in textu

Ad obiecta in oppositū

Ad p̄mū dōm est. q̄ appetitus non mouet ab appetibili nisi motu similitudinario qui nō est motus simpl'r de q̄ hic loq̄tur phus. Etiā dici p̄t q̄ p̄mus motor simpl'r nō habz aliqđ appetibile extra seipm a quo moueat. sed in seipo haberet obiectū sui appetitus scz eius bonitatē que est p̄mum et adequatū sue volūtatis obiectū. ¶ Ad secūdū dōm ē q̄ illa autoritas intelligit de mouente p̄ naturā q̄ idem eo dem mō se habens nō potest facere nisi idem. nō aūt veritatem hz de mouente supnaturali qđ simul ⁊ semel eodē mō se habens potest ꝓtrarios effectus ꝓducere. etiam in diuersis ordinibꝫ. Aut dōm est q̄ idem inq̄ntum idez non est natum facere nisi idem q̄tum est ex parte sui. p̄t tamē esse pluriū causa etiā ꝓtrariorꝫ effectuū gratia alterius scz passi. sic em̄ sol calefacit ceram ⁊ terrā. cera em̄ gratia solis nata est liquefieri. ⁊ terra nata est indurari. ⁊ ita p̄ accidens est causa ꝓtrariorꝫ effectuū. q̄uis p̄ se sit cā vnius effectus tm̄. Ad ꝓfirmatōem dōm est. q̄ ipsa p̄cedit de p̄mo mouente qđ mouet p̄ alterum ⁊ gratia partis. ⁊ non de primo mouente simpliciter Et q̄uis p̄mus motor nō habeat primū motum formaliter ita q̄ motus sit in dante sicut in recipiente. habet tm̄ eum in virtute. ⁊ hoc sufficit ad hoc q̄ det motum. ¶ Ad tertiū dōm est q̄ omnis vnitas rei cōpositę a forma p̄cedit a terminatione potentie p̄ actum. sed nō oportz de vnitate rei simplicis. cuiusmodi est p̄mus motor qui dr esse vnus. q̄uis tamen magis p̄prie deberet dici vnitas essentialiter. Ad ꝓfirmatiōem dicendū est. q̄ omne bonū est suūplius diffusiuū. nō tm̄ oportet illud bonū diffundere aliud bonū in tali esse sicut ipm est. sic etiam p̄mū ens maxime diffundit seipsum ꝓmuni cando entitatem ⁊ bonitatem suam omnibꝫ rebus. quia tamen entitas ⁊ bonitas que procedūt ab ipso semp recipiūtur in alio. ideo nō possunt manere in tali esse nec in tali gradu entitatis. sicut p̄mus motor. ⁊ si maneret in tali gradu nō esset distinctio inter primū bonū ⁊ aliud bonū ab ipso procedens ¶ Ad quartum dōm est. q̄ p̄mū mouens non habet in se p̄ncipium nec finem sue durationis. q̄uis ipsum sit principiū ⁊ finis aliarum rerū. quare non sequitur ipm non esse perpetuū. Etiam principium et finis duratōis non sunt passiones entis in cōmuni. sed alicuius entis creati.

Incidūt dubia quorū

primū est. de quo mouente intendit phus probare q̄ sit perpetuū. ¶ Solutio. de primo mouente quod est immobile ab omni mutatōe intrinseca. hoc est quę cadere potest in ipsum. siue sit mutatio per se siue per accidens. siue sit in substantia sicut generatio et corruptio. siue in accidentibꝫ. sicut alteratio ⁊ cetere mutationes que non sunt fm substantiam. et istud quod est immobile est motuum aliterius quod ab ipso mouetur

Secundum dubiuz est.

An phus in textu bene probet p̄mū motorem esse perpetuū. quia p̄mus motus est perpetuus. ¶ Et videtur q̄ non. Nam in p̄ncipio istius libri probaunt p̄mū motū esse perpetuū. ex eo q̄ primus motor est perpetuus. ergo si sic ꝓmitteretur circulus. ¶ Solutio q̄ sic. qr effectus perpetui est aliqua causa perpetua. in inferioribꝫ aūt est ꝓtinua successio eoꝝ que aliquādo sunt ⁊ aliquando nō sunt. ergo oportz talis ꝓtinue successionis aliquam esse causam et illa est primū mouens seipsum quod est ꝓpositū ex motore ⁊ moto. ⁊ ꝓpter hoc necessariū est ipsum habere magnitudinem corporalem. eo q̄ omne qđ mouetur est corpꝰ sed non est necessarium q̄ id quod est pars mouens habeat aliquam magnitudinem. sicuti probabit in fine huius ¶ Ad obiectū in oppositū dōm est. q̄ circulus bene est p̄hibitus in eodem genere cognitōis. nō aūt in diuersis cognitionū generibꝫ. sicut est in ꝓposito.

Tertium dubium est

An p̄mus motor sit causa generatiōis ⁊ corruptiōis. ¶ Et videtur q̄ non. Nam dr in fine secūdi perigeneseos q̄ causa perpetuitatis generationis ⁊ corruptionis est motus solis in obliquo circulo. ergo ⁊c. ¶ Solo q̄ sic. eo q̄ ipse est immobilis a quo oēs alij motores accipiūt virtutez mouendi. ¶ Et est sciendū q̄ mouentiū immobiliuz aliqua sunt corporea sicut sunt anime animātiū bruторum. ⁊ aliqua incorporea. vt anima rōnalis ⁊ motrices orbium celestium. ⁊ ista sunt duplicia. Nam quedaz sunt mouentia immobilia que licet sint immobilia per se sunt tamen mobilia per accidens. vt oīa mouentia citra p̄mū et illa sunt triplicia. qr aliquid mouens est mobile per accidens a seipso. vt anima mouens corpus. Aliud est mouens immobile qđ mouetur per accidens nō a seipso sed p̄ alterum vt motrices orbium inferiorū. qr licet ille nō moueantur a seipsis nec per se nec per accidens. qr tamē sui ortes mouentur p̄ alterum mouent ad motum orbium celestium. vt dicūt quidā. Dicūt tamen alij q̄ illud mouēs seipm nō moueat ab aliquo in hoc differens ab aīa aialium. ¶ Sed diceres. tunc nō esset aliqua differētia inter p̄mū mouens simpl'r ⁊ extra genus. ⁊ inter p̄mū mouens in genere. qr vtrūq̄ est omnino immobile. Ad hoc dicēdū est q̄ adhuc inter ea esset differentia. qr p̄mū mouens in genere est in circūferentia definitiue. qr ibi maxime ostendit suam virtutem. sed p̄mū mouens extra genus qđ est infinitum nō est in circūferentia sed ē vbiq̄. Et q̄uis metaphysicus habeat determinare de eo sub rōne p̄me cause. physicus tamen vtiq̄ de eo habet ꝓsiderare sub ratōne primi motoris Aliud est mouens immobile tam p̄ se q̄ p̄ accidens q̄ per alterū. sicut est p̄mus motor simpliciter. et de illo mouente simpliciter est ad propositum. quando probat perpetuitatem motus. nec ille habet se nūc aliter q̄ pus subiectiue. quare nō muratur ¶ Ad obiectum in oppositum dōm est. q̄ illa autoritas intelligitur de causa effectiua instrumentali. hic autem loquit de causa effectiua principali. Et q̄uis generatio vnius sit corruptio alterius materialiter non tm̄ effectiue.

Quartū dubium est

An sit necessariū ponere mouens pmū omnino ymobile. ¶ Solutio q sic non tñ phūs hoc in textu probat. sed solū ꝓcluditur alternatiue. scz q oportz ponere aliqđ mouens oīno ymobile. vel oportz esse aliqđ immobile qđ est pars mouentis seipsum. Et q sit aliqđ mouens pmū immobile duodecimo metaphysice phāk. Bouēs primus mouet se per appetitū. ergo neccarium est ponere aliqđ appetibile altius qđ est oīno ymobile. z iō ꝑter pmū mouēs est aliqđ mouens extra genus oīno ymobile. qz semp appetibile est pus mouens q̄ appetitus. vt ōt phūs tercio de aia. Appetit em̄ mouēs pmū in genere qđ est aīa nobilis assi'ari pmo mouenti extra genus. z ideo mouet celū per qđ causat ista inferiora triplici instrumento. scz motu. lumine z influentia. z sic aīa nobilis mouet ab aliquo appetibili quod est deus existens pmus motor extra genus ¶ Sed diceres. pmū mouens seipm sufficit ad causandum motum in istis inferioribus. ergo non oportet ponere mouens oīno ymobile. Ad hoc dicendū est q pmuz mouens seipm non potest mouere nisi inq̄tū substat influxui pmi mouentis extra genus. naz pmo nō mouente nullum secūdoz mouerī potest

Quintum dubium est.

An finitū sit melius infinito. ¶ Et videtur q non. nam infinitum habet oē illud qđ habet finitum z eo amplius ergo infinitū est pfectius finito. Añcedens patz de deo q̄ est infinitus. habens omnē pfectiōem quā habet creatura et eo multo amplius. ¶ Solutio q sic. vt dicit phūs in textu. z hoc intelligitur de infinito ꝑm naturā. hoc est accipiendo finitum z infinitum ꝑm q sunt passiones quātitati ꝙuenientes. vt inqt Aresto. pmo physicoz. q rō finiti z infiniti q̄titati ꝙgruit. ex eo q tale infinitū semp est imperfectum Etiam ex eo q natura vltim causaz vltima semper est finita z ad vnū determinata. z q̄n frustra fit ꝑ plura qđ eque bene fieri potest per paucioza. ergo frustra ponerentur plures motores perpetui ad minus subordinationem non habentes Obiectio añt. ꝓcedit de infinito formali de quo nō est ad ꝓpositum.

Sextum dubium est

An anima sit causa ꝙtinui motus. ¶ Solo q non. quoniam motus ꝙtinuꝰ nō accipit ꝑ quacūq motus ꝙtinuatate. sed solū ꝑ motu ꝙtinuo q̄ nullo mō interrūpit q̄ qđtem. nec a parte anteriori nec a ꝑte posteriori. nec in medio et sic ꝙtinuū tm̄ valet sicut semp durans aut ꝑpetuū. Et q̄uis in aīali sint plures motus. scz motꝰ augmentatōis alteratōis. z motus localis. aīa tñ nō est tota cā respectu cuiuslibet illoz motuū. sed dūtaxat est cā motꝰ localis nō cuiuslibet sed motus ꝓgressiui aīalis. nō em̄ est cā motꝰ localis q̄ ꝙuenit aīali violente aut a ꝓncipio extrinseco. aut motus naturalis q̄ fit a natura elementi ꝑdominātis

Septimuz dubiū est

An generabilia habeāt vnā cām aut plures ¶ Solo do. Alb. q duplr generabilia ꝓpank. Uno mō ad id qđ ꝓxime mouet ad actū generatōis. z hoc mō nō ḣūt cām sue generatōis nisi p accūs. vt pz in aīalib⁹ que generank. naz inclinās ad actū generatōis est voluītas cocūtis quifoztē nō intēdit nisi delectari z ꝓicere semen. sed non opak ad generatōem. z hoc mō generank res a causis accūtalib⁹. Alio mō ꝓparank ad naturaz cuiꝰ ꝓtute fit generatio. et tūc ex hoīe fit hō z ex asino asinus. qz in semine ꝓiecto in matricē est virtus formatiua hois z nō alterius. Et cō paratōe ꝑma est cā que raro fit. sed ꝓparatōne secūda fiz causē q̄ frequēter opank z nō semper z neccario. Et̄ qz semen ꝓiectū indiget mouente z regente. oportz q extra cām que operak p accūs z extra eam que operak frequēter sit illud qđ mouet semp adducendo z reducendo generās z mouens ꝓncipiū qđ mouek a seipso. Et istud est quasi artifex in oīi ope nature. virtutes añt q̄ sunt in semine sunt instrumenta quib⁹ opatur virtus celestis que est artifex. et qz instrumēta nō neccario sunt finita. sed artifex est vnꝰ et finitus. ꝓpter hoc ea que sunt in natura reducūtur ad operans celeste finitū. Et iterū qz ea ea que sunt in materia succedūt oportz q reducātur ad celestē virtutē q̄ reiterat idem in subā corruptū. qđ adducēdo z reducēdo causat totā eoꝝ multitudinē. z cā est succedentis sibi ꝙtinue generatōis z corruptōis. Et sic ad generatōnem oīa ista sunt neccaria. si em̄ solū mouēs z regēs sufficeret. hoc ē virtus celestis. tūc superfluceret materia ꝓpria. z sic ad generatiōnē hois nō exigerek semē hois. sed posz generari ex terra aut alia materia q̄ aliq̄ respectu mouerek a ꝓtute celesti

Octauū dubium est

Unde accidūt mōstra illa q̄ nō nunq̄ generank. sicut cuz generank porcelli a scrophis parientib⁹ cū figura humani capitis. ¶ Solo Auerrois ōt q si ex alia materia q̄ ex semine hois posset generari hō aut porcus tūc talis nō diceret vniuoce hō aut porcus cū illis q̄ generank ex semine sed equoce. qz hō aut porcꝰ ōt formaz in materia. z ideo qū definik in definitōe sua ꝙcipit materiā ꝓpriā. ꝓpria autē materia non est eadē q̄ est hois decisum semen ab ipso z nō decisum semen ab ipso. Et ideo reꝑhēdit auicēnā dicēntem q ex semine hois generak hō z matrix facit ad hoc q generek in loco sibi ꝙuenienti. Sed dñs Alb. ōt hāc reprehensionē nō ꝙuenientē q̄naliter. cū tales porcelli sic monstruosi nō generank ex ꝙmixtione seminū. sicut multi opinati sunt. qz impossibile est semen humanū ꝑmisceri cū semine alterius aīalis ad generatōem alicuius spēi. sz fit talis generatio ex stellis ꝓparātib⁹ materiā ad figurā hois. et de hac materia latius patebit secūdo de aīa

tuero aliud faciētib⁹ ꝓncipiū magis cri de his manifestū. Cōsiderādū em̄ ē vtrū aliquē motū ꝙtingit eē ꝙtinuū aut nō. z si ꝙtingit q̄s hic z q̄s ꝑmꝰ est motuū. manifestū autē q si q̄dē neccārium est semp motū esse ꝓmus añt hic z ꝙtinuꝰ. qz ꝑmū ꝙtinuuz mouēs mouet ipm̄ motum necessariū est vnuz et eundem esse ꝙtinuū et primū.

¶ Iste est tercꝰ tractatꝰ huiꝰ libri in q̄ phūs determinat de ꝑmo motu q̄s z q̄lis sit posteaq̄ determinauit de ꝑmo mouenti ymobili vno z ꝑpetuo. Et diuiditur in q̄nq̄ capla In quoz ꝑmo phūs ostēdit. q motus localis sit ꝑmꝰ inter oēs motus alios. In secūdo oñdit q ꝙtingit motū localē esse ꝙtinuū z semp z nullū alīū ibi (Q̄z q̄dez igit) In tercio oñt q motus reflexus nō est vnꝰ z ꝙtinuꝰ. z occasiōe illꝰ inducit tres dubitatōes. ibi (Q̄z añt ꝙtingit) In q̄rto oñt motū localē circularē esse ꝑpetuū z vnū. ibi (Qui autē in circulari erit vnꝰ z ꝙtinuꝰ) In q̄nto ostēdit motū circularē esse simplr ꝑmū. ibi (Q̄z añt lationū circularis ꝑma

Primū capl'm in duas diuidit partes. In quarū pma' ponit intentū. In secūda exequit ꝓpositū ibi. (Trib⁹ autem existentib⁹) Quantū igit ad pmā partem phs ostēdit quis sit ille motus qui est perpetuus. nam ex hoc ostēdit pmum mouens esse perpetuū. qz si aliquis motus sit semp & fm oīe tempus. & ille est pmus & ꝓtinuus mot⁹ qui nullo tempore interruptus est. tūc etiā ostensum erit q pmū mouens mouet hūc motū. & illū motū nēcarium est esse vnū & pmū ommū motū

¶ Trib⁹ aūt existentib⁹ motib⁹. alio quidez fm magnitudinem. et alio fm passionem. & quēdā fm locū quem vocamus locimutatōem. Hūc necessariū est primū esse. impossibile em̄ est augmentuz esse alteratione non preexistente. Oō augmentatur esse quidē tanquā simili augmēto. est aūt tanquam dissimili. ꝓtrariū em̄ alimentum dicitur ꝓtrario. Additur aūt oīne factum simile simili Necesse est igit alteratōem in ꝓtraria esse mutatōem:

¶ Ista est secūda pars huius capl'i in qua phs exequit intentū dicens. q motus localis est pmus motuū. & hoc sic ostendit. Nā oīs motus aut est augmentatio aut diminutio. aut alteratio. aut loci mutatio. vt patuit in ḡnto huius. sed augmentatio cum eius opposito aut alteratio nō possunt esse pmi. ergo motus localis est pmus. Hec nor pz inductiue. de augmentatione. Nam illa nō fit sine alteratione pexistente. qz oīne qō augmēt ꝓprie augek cibo augente ipsum. & ideo augek quodāmō cibo sibi simili facto. & quodāmodo augek cibo sibi dissimili. qz alimentum primo est ꝓtrariū. & per digestionem decoquit & cōpletur & remouek a ꝓtrarijs accidentib⁹ & ꝓtrarijs qualitatib⁹. Quia ergo pmo alimentū est dissimile. & postea fit simile. oportz q alterek p calorem naturalem & digestiuū antecē augeat. qz p calorem mutat de dissimili in simile. ḡ alteratio est ante augmentū. Similis aūt rō est de decremento. qz decrementū nō fit nisi p caloꝛ ꝓsumentē & deperdentē aliqd de suba eius qō diminuit.

¶ Atuero si alterabil indigebit esse alterans & agens ex potentia calido actu calidū. Manifestū igit q mouens nō similiter se habet. Sz aliquando ādem ꝓpius. aliquādo aūt longius ei qō alterat. Hoc aūt sine loci mutatōe nō cōtingit esse. si ergo necesse esse semp motum esse necesse est & loci mutatōem semp esse pmū motum. Et in loci mutatōe sicut alia quidez pma alia vero posteriora pma.

¶ Hic phs ostendit idem de alteratōe. qz omīs alteratio fit p motū localem. ergo motus localis est por alterationē. Aūs pz. nā si detrat fieri alteratio necē est ipm alterans approp̄inq̄re alterato passo & rangere ipm. qz aliter ex potētia calido nō fieret actu calidū. sz h nō pt fieri sine motu locali. qz calidū mouens fm distantiā loci ad patiens nō sit & hz. sed aliqñ est longius aliqñ ꝓpius et qō alterat ab ipo. qpe aūt fieri & longe nō pūt esse sine loci mutatione. ḡ loci mutatio est añ alteratōem Et si fuerit añ illā erit añ augmentatōem & diminutōem. qz qō est ꝓus poze est pus posterioze. Et ex illo infert corelariū. q si sit opteat motū aliquē eē in genere. vt patuit in fine sexti phy sicoꝝ. tūc oportebit eē motū aliquē fm locū qui est cā omniū motuū & successionis coꝝ. & si in loci mutatōe vna spēs ē prioz alia. necesse est q illa sit pma loci mutatio q semp est et illa est circularis. vt infra patebit

¶ Amplius aūt omniū passionū pncipiū densitas & raritas. et graue & leue. & molle & durus et calidum & frigidū densitates videntur esse & raritates quedā. Densitas & raritas ꝓgregatio et disgregatio sunt fm quas generatio & corruptio dicit substātiaꝝ: Que aūt ꝓgregank & disgregank necesse est fm locū mutari Atuero sed eius quod augmentak & decrementū patiētis mutat fm locū magnitudo.

¶ Hic phs oñdit q loci mutatio sit pma mutationū raz fm opinionē suā fm quā pme q̄litates sz calidū frigidū humidū & siccū. q̄z trāsmutatōe fit gnatio & corruptō simpliciū corpoꝝ. q̄s fm opinionē antiq̄ dixerūt atomoz cō gregatōe & disgregatōe fieri gnatōem & corruptōez subarū p delitatē & raritatē. ḡ ipa ē simplr por gnatōe & corruptōe. Illi em̄ dicūt pmas eē q̄litates densuz & raz. & rarū eē pncipiū calidi & hūidi & mollis. Oēsum āt pncipiū frigidi & sicci & duri. fm em̄ istos graue & leue & molle & durū vident eē causalr q̄dā delitates & raritates. eo q sz materiales disp̄ones ad istas q̄litates fm rei ꝓritatē. & h induxit democritū q posuit ea esse ꝓa pncipia pmaz q̄litatū. qz nesciuit distinguere inf dispōnem materiale & cām siue pncipiū verū. Oēlitas āt & raritas sz q̄dā aggregatōes & disgregatōes ptū materie in locū puū vel magnū et fm has. vt illi dicūt sunt generatōes subaz. corpaliū & corruptōes. Quecūq aūt sic ꝓgregank & disgregank hoc mō nēce est mutari fm locū. ḡ loci mutatio p̄cedit generatōem & corruptōem subaz. & sic ipa generatōne simplr por est. Sīlr āt de eo qō augmētak & decremētū patik. qz magnitudo augmētās nēcario mutat locū. ex eo q necariū est i augmēto q cib⁹ ascēdat & localiter moueak ad mēbrū. & q in decremēto recedat a mēbro diminuto. sed hec sunt loci mutatōes. Etiā illud qō augek crescit in maiorē locū. et id qō diminuik. decrescit in minorē locū. ista em̄ loci mutatio est p accīs et non per se

¶ Amplius et hinc ꝓsiderantib⁹ erit manifestū q loci mutatio pma. pmū em̄ est sicut & i alijs sic & in motu dicek vtiq pmū multiplicare. Dicik aūt pus quo nō existente nō erūt alia. illud por sine reliquis & qō fm subam & qō tpe

¶ Hic phs ostēdit q loci mutatio por est omnib⁹ alijs mutationib⁹ & motib⁹ pmittendo distinctōem pmi siue p oris. & dt q sicut pus dr multiplr in alijs. ita etiā dr multipliciter in motu. & oīnb⁹ illis modis aut pluribus aut poꝛtioribus quibus dr in alijs entib⁹. dicik & in motu. Dicik aūt pmo pus natura illud a quo nō ꝓuertitur subsistēdi cōsequentia. id est illud est pus altero quo nō existēte ipm nō erit. & illo mō animal est pus homine. Nā nō existente hoīe non est aīal. sed non econtra. & hoc mō fm phm in postpdicamentis vnū pus est duob⁹. qz duob⁹ existentib⁹ mox ꝓsequens est vnū esse. sed vno non existente nō est necesse duo esse. Secūdo mō vnū dr pus altero fm subam

siue definitõem. hoc est ſm causalitatẽ siue pfectõem Tercio mõ vnũ ꝺr esse ꝑus altero ſm tempus.

Quare qm̃ motũ quidẽ necesse est esse cõtinuũ erit vtiqꝫ cõtinue aut qui ꝓtinuꝰ. aut qui ꝓñr. magis autẽ qui continuus et dignius est cõtinuũ qꝫ ꝓñr esse. Dignius aũt sp accipimꝰ in natura esse si possibile est possibile aũt est cõtinuũ esse. Demõstrabiℓ aũt posteriꝰ. nunc aũt hoc supponaℓ. et hũc neqꝫ vnũ aliũ possibile eẽ sed aut loci mutatõne. Necesse igiℓ lationẽ esse primã neqꝫ vna eñ necessitas est neqꝫ augmentari neqꝫ alterari qꝺ fertur. nã neqꝫ fieri aut corrũpi. Horũ aũt neqꝫ vnũ ꝓtingit nisi ꝓtinuꝰ sit quẽ mouet primũ mouẽs. Adhuc tpe primuꝫ ꝑpetuũ eñ ꝓtingit solum mouere ſm hunc.

¶ Hic pℏs ostendit qꝺ loci mutatio hoc est motꝰ localis est prior aliis natura. Nam illud prius est altero natura a quo nõ ꝟuertitur ꝓña subsistendi. sic aũt ẽ de motu locali in ꝓpatõne ad alios motus. igiℓ est aliis prior. Minor ptz. qz nulla necessitas est qꝺ illud qꝺ mouebiℓ localiter altereℓ aut augmẽteℓ aut genereℓ aut corrumpaℓ sed ecõtra nulla taliũ potest eẽ nisi sit prius loci mutatio. igitur natura ꝓr est qꝫ alie mutatões. vñ ꝑ ꝑncipio sumiℓ in phȳsicis. qꝺ dignius est potius eo qꝺ est indigniꝰ dñ mõ digniꝰ possibile est esse i natura. Sz posteriꝰ ꝺr qꝺ nõ solũ possibile est sed etiã necessariũ aliquẽ esse vnũ motũ ꝓtinuũ nõ interruptũ ſm oñe tℏs vt infra ꝓbabiℓ. et talis est motus localis. nullus aũt alius ꝑpetuus z ꝓtinuus esse ꝑt quia oẽs interrũpunt quiete aut ꝓtrarijs aut cõtradictõe. igitur localis motꝰ est aliꝭ prior. Deinde pℏs oñdit qꝺ motus localis est prior tpe. ꝑpetuũ et ſm tẽpus nõ interruptum precedit oẽ qꝺ incipit z desinit in tpe. solus autẽ motus localis est ꝑpetuus et aliꝭ incipiunt z in tpe desinũt. igitur est aliꝭ prior. Minor ptz. qa ꝑpetuitas tpis ꝑ se est in illo qꝺ ꝓmeritur se tpi nõ interruptũ in illo. per accñs aũt est in eo ſm successionẽ talez qꝺ finis vnius est initiũ alterius.

Sed in vno quidẽ aliquo et habentiũ generationẽ loci mutatõem necesse est postremã motuũ esse. Post eñ ipm̃ fieri primum alteratio et augmẽtũ sz loci mutatio tã perfectorũ motus ẽ sed alterũ necesse motuꝫ esse ſm loci mutationem prius qꝺ et generatõnis cã erit his qꝫ fiũt nõ factũ vt generans eius qꝺ generaℓ Qm̃ videℓ vtiqꝫ generatio esse prima motuũ ꝑpter id qꝺ fieri oportet esse primũ Hoc in vno quidez quolibet corũ qꝫ sunt sic se hz. sed alterũ necesse est prius aliqꝺ moueri his qꝫ fiũt cũ et ipm̃ non factũ esse ipo alterũ prius. Qm̃ igiℓ generationem ipossibile est esse primã. Dia ei essent que mouenℓ corruptibilia. manifestũ est. neqꝫ cõsequẽter motuũ neqꝫ vnꝰ prius ẽ Dico aũt ꝓsequẽter augmẽtum postea alterationẽ et decrementum et corruptõem. Omnes ei posteriores generatiõe sunt. Quare si nõ est generatio ꝓr loci mutatõne neqꝫ aliarũ neqꝫ vna ꝑmutationũ

¶ Hic pℏs excludit quãdã obiectõem que est motꝰ localis videℓ esse posterior in tpe. sicut ptz in aiali qꝺ ꝑmo generatur et deinde augmẽtaℓ et tertio alteraℓ in hũoribus et vltimo mouebiℓ localiter. Ad quã obiectõnem respondet pℏs qꝺ in vno et eodẽ indiuiduo qꝺ est oim vel plurium motuũ susceptibile motus localis est vltimꝰ motuũ. in illo eñ est via in esse que est generatio. et post illũ est alteratio. et augmẽtũ in ꝓsolidatõne z ꝙtitate debita organo ꝙ. et deinde loci mutatio est motus aialiũ iam ꝑfectorũ in esse et robore. et ꝙtitate organorũ. Sz in toto mũdo siue vniuerso necesse est esse ꝺdã alterũ nõ generatũ neqꝫ corruptũ neqꝫ alteratũ neqꝫ aucrũ. sed motum tm̃ motu locali et hoc est celuz quod est prius quolibet generato. cum sit causa generatõnis eorum que generantur hoc modo quo generans est causa generati. Impossibile eñ est esse generatõnem primam simpliciter in mutationiby mũdi. qm̃ si ipsa esset prior cũ primus motuꝫ sit principiorũ naturaliũ. tunc oporteret qꝺ ipsa principia rerũ essent corruptibilia ex eo qꝺ oñe generabile est corruptibile. z si principia mundi essent corruptibilia tunc per consequens oĩa alia essent corruptibilia et per consequens nihiℓ esset perpetuum et per cõsequens iretur in infinitum. quia cuiuslibet generabilis esset aliqua causa mouens precedens ipsum. et sic oporteret qꝺ mutatio eẽt ante mutationem in infinitũ. Si aũt generatio nõ ast añ loci mutatõem tunc manifestum est qꝺ neqꝫ aliquis consequẽtium motuũ post generatõem erit ante loci mutationem. sicut sunt augmẽtum et decremẽtum alteratio z corruptio Omnes eñ iste mutatões sunt posteriores quare si non est generatio prior loci mutatõne tũc etiam nulla aliaꝝ mutationũ prior est loci mutatione.

Omnino aũt videℓ qꝺ fit ipfectũ et ad principiũ iens. Quare qꝺ generatõe posterius natura prius est. Ultimũ aũt loci mutatio oĩby inẽ qꝫ sunt in generatione. Unde alia oĩno imobilia sunt viuẽtiũ ꝑpter indigentiã organi vt plãte et multa genera aialia. Perfectis aũt inest. Quare si magis inẽ loci mutatio magis ꝓpbẽdentiby naturã et motus hic primus aliorũ vtiqꝫ erit ſm substantiã ꝑpter hoc

¶ Hic pℏs ostendit motũ localẽ priorẽ pfectione quatuor rõnibꝫ. Quarũ prima est posterius via generatiõis est prius via perfectõnis motus localis est posterior via generationis. ergo est prior perfectõnis. Maior ptz. qa oñe quod generatur est impfectum ex quo ipm̃ tendit ad perfectionem. Minor patet. Nam in aialibus que generanℓ motus localis sequiℓ oñes alios motus. quia prius animal generaℓ et multis alteratiõibus alteratur qꝫ localiter moueaℓ. Secda rõ ille motus est pfectior ſm naturã qui inest pfectioribꝫ. sed sic est de motu locali. igitur est pfectior. Minor patet. quia hic motus non inest omnibus viuentibus. Quia nõ inẽ plantis que habent solum partem partis anime. Nec etiam inest animalibus imperfectis propter hoc qꝺ habent defectum organi motus ſm locum. vt ostree et conche. Nec enim non habent virtutem motiuam motus progressiui. et ideo

natura nō dedit eis organa ꝓpter qđ etiam dicamꝫ ipfecta. sed in oibus pfectis ſm aiam ſenſibilem quo ad oēs ſenſus ineſt motus ꝓgreſſiuus. et ideo ſi motus ſm locum pfectioribꝫ ineſt ſm naturā q̄ maxime ꝓprehendūtur de nature pfectione. tūc etiā oz q̄ motus hic ſit prior aliis ſm ſubſtātiā. qz vltimū ē qđ dat ſubſtātiā et definitionē et qđ eſt actꝰ z ꝓplemētū reſpectu oīm p̄cedētium.

Et qz nequaquā ſubſtātiā mutat qđ mouet motū in eo quod fertur Scōm em̄ hūc ſolū nihil mutatur in eſſe ſicut eius qđ alterat quale. eius aūt quod augetur et decremētum patientis quantum.

Hic phs ponit tertiam rōem ad idem. et eſt ille motus eſt pfectior aliis qui minus abijcit de ipius mobilis ſubſtantia. ſed ſic eſt de motu locali. igitur eſt oibus aliis pfectior. Maior patet. qz abiectio forme eſt quedā impfectio ex quo forma eſt actus et pfectio eius cuius eſt Minor ptz qz illud quod eſt vltimū dans ſubſtantiā et definitiōem et quod eſt actꝰ et ꝓplementū reſpectu oīm p̄cedentiū nihil tollit ab eſſe aut ſubſtantia. ſed ſic eſt de hoc motu. igit nihil mutat ab eſſe et ſubſtātia. Alij vero aliquid abijciūt a ſubſtātia. Nā id quod alterat mutat q̄le ſm eſſe. z ſi paſſio magis facta ſit incipit abijcere a ſubſtantia. Et in augmētatiōe mutat quātū. ſed ſolus motus localis nihil mutat omnino. ſed tranſfert totū mobile in alium locum

Maxime aūt manifeſtum eſt. quia mouens ipm ſeip̄m maxime mouet hunc ꝓprie q̄a ſm locū. et etiā dicimus hic eſſe eorū que mouent et mouentium principiū et primū in his q̄ mouentur ipm ſeip̄m mouens Quidez igit loci mutatio prima ſit manifeſtū eſt ex his. Que āt locimutatio prima ſit nunc monſtandū eſt Simul aūt et qđ nūc et prius poſitum eſt q̄ cōtingit quēdā motum ꝓtinuū eſſe et ꝓpetuū manifeſtum erit eadem methodo.

Hic phs ponit quartā rōem que ſumit ex pte mouētium et mobiliū et eſt iſta. motus localis eſt pfectiſſimi mouētis z pfectiſſimi mobilis igit motꝰ localis ſm naturam aliis motibꝫ eſt prior. Minor probat̄ ꝓmo de mouēte. qz eſt illius quod mouet ſeip̄m in cuius p̄tate eſt talis motus z nō alij. ſcdo de mobili. qz eſt celeſtis corporis qđ a ſuo mouente tali motu mouetur et nō alio. Et iō dicit q̄ iſte motus eſt principiū eorū que mouētur et mouet alia. qz ipe cauſat ea que aliq̄n mouent et aliquādo mouētur. vt patet ex prehabitis Et iaz pbatū eſt q̄ ipm ſeip̄m mouēs ꝓmū eſt in ordine eorū q̄ mouētur. igitur etiam ſuus motus qui eſt localis prior ē natura aliis motibus. igitur ex his oibꝫ q̄ dicta ſunt manifeſtum eſt. q̄ loci mutatio eſt ꝓma motuū et natura ꝓpter ſubſtātia

Qz localis motus ſit prior oibus aliis motibus.

Et videt q̄ nō. Naz ois motus localis ſui mobilis eſſe preſupponit ſicut oē accidens ſupponit eſſe ſui ſubiecti. eſſe aūt mobilis p̄ſupponit generationē cum eſſe ſit terminus generatōnis. igit oēm motū localē p̄ceſſit generatio Scōo ſicut ſe habēt termini motus inter ſe ſic ſe hñt motus inter ſe. terminꝰ aūt generatōnis eſt ſubſtātia. z termini alterationis et augmētatōis q̄ ſunt accītia abſoluta p̄cedūt terminū motus localis q̄ eſt accīs reſpectiuum. igit generatio ē prior aliis motibꝫ Tertio ſi motus localis eēt prior aliis motibꝫ hō eēt ex eo q̄ poſteriora via generatōnis eſſent ꝓra via pfectiōis. vt arguit phs hoc nō eſt dōm. q̄m motꝰ et ſenectꝰ ſunt poſteriora via generatōnis et tm̄ nō pfectiora Confirmatur de accidentibꝫ reſpectu ſubſtātie que ſunt ipa ſubſtātia poſteriora cū ex principijs ſubſtantie cauſant̄ et tamen nō oportet q̄ illa ſint priora via pfectōnis. igit motus localis nō eſt prior aliis motibꝫ Quarto nō eſt ꝓmus motꝰ tpe Nā nō eſt dare tēpus aliq̄d in quo nō ē motꝰ localis ceſſi q̄ eſt cā in actu z neceſſaria reſpectu aliarū mutationū cauſa aūt in actu et ſuū cauſatū ſil' ſunt tpe Quinto. nō pfectione. qz augmētatio ex eo q̄ aliq̄d ſuo ſubiecto addit videt pficere ipm magis q̄ loci mutatio nihil addendo Sexto phs in penultimo poſt p̄dicamēto enumerās ſpēs motus ponit motū localem vltimū. igitur.

In oppoſitū eſt doctrina phi in textu Et ꝓ reſponſione queſtionis ponit̄ maior iſta.

Neceſſe eſt localē eſſe motū primū ꝓtinuz et perpetuū. Minor. Sicut augmētatio preſupponit alterationē ita alteratio loci mutationē Cōcluſio Igitur motus localis oībus modis prioritatis i textu poſitis eſt prior motibus aliis.

Maior patet. qz ille motus eſt vnus ꝓmus ꝓtinuus et ꝓpetuus qui eſt primi mobilis. talis aūt eſt motꝰ localis igit. Maior patebit infra Minor ē phi in textu. ex eo q̄a oz ꝓus alterari aliq̄ ꝓ̄ augmētari. Sed dicere phs vult in poſtpredicamētis q̄ augmētatio nō neceſſario ꝓſupponit alterationem. Ad hoc dōm eſt q̄ dupl̄ accipitur augmētatio. vno mō generaliter in q̄ctum ē pre existentis q̄titatis maiorameētū qualitercūq; fiat illa maioratio ſiue p aduētū alicuius extrinſeci. ſiue nō. et ſic p̄ſupponit augmētatio alterationem z ſic capit̄ in poſtpredicamentis. Alio modo accipit̄ ꝓprie z tūc ꝓueuit ſic definiri. Augmētatio eſt preexiſtentis q̄titatis maiorameētum aduenientē aliq̄ extrinſeco q̄d p ꝓtutē aie cōuertit̄ in ſubſtātiam alicui ſm quālibet eius ptē. et ſic accipit̄ hic. Cōcluſio ptz p phm in textu. Maior alterius diſcurſus

Eſt duplex pfectio motus ſcz formalis z intrinſeca quā in ſe habet et alia extrinſeca quam habet expte mouētis et mobilis Minor. Primam attendit Ariſtote. in poſtpredicamentis. ſcdam vero phyloſophus naturalis. Concluſio Igit vno mō generatio precedit augmētatiōem. et hec alteratiōem et motū locale. Aliomodo ſit ecōuerſo vt alteratione poſterior eſt generatio ac augmētatione precedit alteratio et oīa hec loci mutatio.

Maior ptz. nā pfectio formalis et intrinſeca motus ſumitur ex pte termini ad quez et ex parte forme fluentis in motu. et ille motus eſt perfectior qui eſt ad perfectiorem terminū et qui eſt fluxus forme perfectioris. Et pfectio extrinſeca attenditur in motu ſm q̄ habet rōem

actionis et passionis vt scz est actio mouentis et mobilis pfectio. Dicitur em̃ hec perfectio extrinseca qz mouẽs et mobile sunt extra substantiam et essentiã mot⁹ et tali pfectione motus localis dr esse ꝓior alijs motib⁹. nõ ãt prima pfectõe Quinor patet. qm̃ pbs in postpdicamẽtis ordinat spẽs motus fm q ordinãtur pdicamẽta ad que est motus cõiter dictus. z sic pcedit motus q̃ est ad substantiam alios motus accñtales et inter motos accñtales ille est ꝓior in quo acquirit pfectius accñs Sed in proposito loquit pbs de motu fm esse qđ habet in rebus physicis in q̃strum scz est actio mouentis aut passio mobilis. et ita fm ordinẽ mouentiũ z mobiliũ attẽdit ordo motuũ. Et his patet cõclusio Nam attendendo diuersum ordinẽ pbs aliter et aliter ordinat spẽs mot⁹. Nam primus ordo q̃ in ꝓclusione rãgitur fm ordinẽ pdicamẽtoꝝ est formalis ordo quẽ ꝓsiderat logicus z sic generatio pcedit augmẽtatiõem et reliquos mot⁹ sicut substãtia accidens et augmẽtatio alteratiõem sicut q̃titas q̃litatẽ. z posterior est motus localis qui est ad vbi q̃d est minus ens reliquis accñtalib⁹ ad q̃ est motus z isto mõ loquit pbs in postpredicamentis dicẽs aliquid posse augeri anteq̃ alteret vt quadratũ gnomone circũscriptuz creuit. sed alteratũ nõ est. Creuit hoc est crescere aut augmẽtari intelligitur seu mathematice imaginat Nõ ãut potest fieri augmẽtatio realis et physica in natura nisi pcedente alteratiõe. vtz ꝑmo perigeneseos. oportet ei pcedere digestionẽ et alteratiõem cibi Etiã ad h̃ q fiat alteratio nccãriũ ẽ pcedere motũ localẽ p quẽ alterãs approximquat alterato. Et simiſiter via est ad generationem.

Ad obiecta i oppositum

Ad primũ dõm est. q nõ oẽ esse mobilis supponit generatiõem ei⁹. qz nõ oẽ mobile est generabile. sed aliq̃d est mobile qđ est ingenitũ z incorruptibile. illud scz q̃d p creatiõem incepit. Ad secũdũ patuit solutio ex dictis ex eo q nõ ꝓpanit hic fm ꝓpatiõem et ordinẽ suoꝝ terminorum. fz in ipsis fit ꝓpatio fm q reperiuntur in pfectionibus entibus. Aut dõm est. q dupl̃r motus cõsiderãtur. vno modo rõne fluxus et mutatiõis. Alio⁰ rõne forme fluẽtis. ꝑmo mõ ꝓsiderãdo mot⁹. motus localis est ꝓior oib⁹ alijs. qz ibi est pfectio fluxus. fz ſcdo mõ alij sunt pfectiores. illo tñ mõ hic non ꝓpantur ad inuicem. Et est notãdũ. q si prius et posterius simpliciter z vniuersaliter accipiantur tunc alteratio sine dubio ꝓior est generatione sed si accipiant in eodẽ nũero tunc generatio est ꝓior. qz nõ alterat nisi q̃d est. Ad tertiũ dõm est. q mors et senectus non ptinẽt ad viam generationis fz magis ptinẽt ad corruptiõnem rei Etiam illa auctoritas non est demonstratiua sed dũtaxat probabilis. et ideo in aliquibus habet veritatem. in aliquib⁹ ãut non vt in ꝓposito Aut dõm est. q auctoritas locum habet in perfectionibus subordinatis. Unde in pfectionib⁹ subordinatis ille pfectiones q̃ sunt posteriores generatione sunt ꝓiores perfectione. Nam perfectiones ꝓiores ordinantur ad posteriores tanq̃ ad finem sicut dispositiones ꝓiores ordinant ad introducendum formam substantialem. tam senectus nõ est de numero perfectionũ quãq̃ sit venerabilis et sequatur iuuẽtutem. ex hoc n̄ non sequitur q sit pfectior q̃ iuuẽtus. Et ad cõfirmationem dicẽdũ est. q q̃uis substantia cuz suis accidẽtibus sit perfectior q̃ sine illis. non tamẽ sequit̃ q accidentia fm se sumpta sunt substantia perfectiora ex eo q accidentia in toto suo genere sint imperfectiora ipsa substantia. Ad quartũ dicendũ est q quando dicitur q motus localis precedat alios motus tẽpore non debet intelligi q ꝓ aliquo tẽpore sit motus localis ꝓ quo nõ est generatio aut corruptio sed sic intelligitur q motus localis ille est coeũ⁹ toti tẽpori. alij ãut motus incipiũt et desinũt in quadam tpis pte. z ideo isti motus alij inducunt corruptionem Nam quicq̃d tempore mẽsuratur proprie dicto illud est generabile et corruptibile et transmutabile. tẽpus autẽ est magis cã corruptõnis q̃ generationis Et q̃uis motus localis fm omnes eius species nõ pcedat alios motus tẽpore vt patet de motibus animaliũ. vtiq̃ tamẽ fm vnã eius speciem que est motus localis circularis

Ad quintum dicendũ est q argumentũ pcederet si additio illa ad subiectum argueret perfectiõnem quam nõ arguit sed potius imperfectiõnem ex eo q ipa est tandem sui subiecti corruptiua cum ipsa necessario alterationem p̃supponat illa em̃ inducit sui subiecti corruptionez

Ad vltimũ patuit solutio ex dictis

Incidunt dubia quoꝝ

primũ est. An posterioꝝ generatione sint ꝓioꝝ natura et perfectione. Et videtur q nõ Nam generatiõe ꝓioꝝ sunt perfectione z natura ꝓioꝝ. vt patet de intelligentia. Solutio q sic. vt patet per pbm in textu. Et ad obiectũ in oppositũ dicendũ est. q q̃uis ꝑma intelligentia sit creatione ꝓior. nõ tamẽ ꝓior generatiõe. ex eo q creatio non est ab aliquo impfecto ad perfectiõem tendente cũ ipa vnio nõ precedat vnitũ esse. nec potẽtia actũ fz simul ipm totũ terminat creationis actũ.

Secũdum dubium est.

An mot⁹ localis aliq̃d abijciat de sui mobilis substãtia Et videt q sic. q̃m ois motus abijcit terminũ a quo a substantia mobilis. ꝺa sicut p alteratiõem mutat̃ qualitas. et per augmẽtationem q̃titas ita per loci mutationem vbi. igitur oñis motus abijcit aliquid a substantia mobilis Solutio q non vt patet per pbm in textu

Ad obiectũ in oppositũ dõm est p interemptiõnem ꝓñe qz q̃litas et q̃titas sit accñtia absoluta q̃ oriunt̃ abirrincipijs ꝓncipijs substãtie. et ita corꝝ variatio arguit etiã variationẽ in substãtia. fz vbi dr solũ vnã formã respectiuã ab extrinseco scz loco causarã. et ideo ipo variato non seq̃t per se variatio in substãtia. Et dr notanter per se. qz per accidẽs pt simul cũ motu locali fieri alteratio aut etiam augmentatio. et sic patet q alij motus abijciunt aliq̃d absolutũ a substãtia mobilis hoc est aliquã formã accñtalẽ z nõ aliq̃d intrinsecũ qđ est de suba ipi⁹ mobilis

Tertium dubium est.

An motus ꝑmi mouẽtis seipm̃ sit pfectior motu inferiorum Et videt q non qm̃ generatio istoꝝ inferiorũ est finis motus celi. Finis ãut est nobilior his q̃ sunt ad finẽ. igitur motus istoꝝ inferiorũ est pfectior motu ꝑmi mouẽtis. Sc⁰ q sic vt inquit pbus. Ad obiectũ in oppositũ dicendũ est. q duplex est finis motus celi. vnus est finis in se fm venera. dõm Alber. z ille est renouatio fm situz. Alius est finis in alio. z ille est duplex vnus est proximus a pbis naturalibus motus. et talis

dicit ista ꝓ inferio ꝓ generatio cū sit quedā vita oīb⁹ deor sum subsistentib⁹. et talem finē nō est necē esse pfectiorez his q̄ sunt ad finē. Alius est finis vltim⁹. ⁊ est cōpletio nūeri electorū quē nō nouerūt pbi et iste finis est melior his q̄ sunt ad finem.

Quartum dubium est.

An alius motus ꝑ a motu locali posset esse cōtinuus et et ꝑpetuus Et videtur ꝓmo q̄ sic. q̄m ois motus ē de genere ꝓtinuorū vt patet tertio huius et sexto Se cūdo. nā generationes et corruptiones sunt ꝑpetue. igit alius motus a motu locali p̄t esse ꝑpetuus Solutio. q̄ dupliciter dr motus ꝓtinuus. vno⁰ q̄ ē de genere cōtinuoꝝ eo q̄ ptes eius copulant ad inuicē p̄ successiones et sic ois motus est cōtinu⁹. Alio⁰ dr cōtinuus q̄ nūq̄ intercipitur ꝑ q̄tē nec i p̄ncipio medio nec fine. ⁊ sic tm valet ꝓtinuū sicut perpetue duratōnis. ⁊ de tali quiete est hic ad ꝓpositū. Et per hoc dō̄m est ad dubiū. q̄ nullus motus a motu locali p̄t esse ꝓtinu⁹. ꝗa oīs motus est de cōtrario in ꝓtrariū finitus et terminatus per suos terminos. oēs aūt alij motus a motu locali sunt inter terminos ꝓtrarios aut ad mīnus inter termios oppositos vt alteratio inter qualitates ꝓtrarias. ⁊ augmētatio inter q̄titatem pfectā et imꝑfectam. generatio et corruptio inter esse et nō esse. igit oīes illi motus sunt finiti. tā clarū est q̄ nullus motus finitus et terminatus est continuus. igitur nullus alius a motu locali est cōtinuus ⁊ ꝑpetuus. Nec valet instantia si dicatur q̄ generatio nō est inter cōtraria. sed magis inter ꝓtradictoria. ꝗa dūmodo illi termini habeāt repugnātiam inter se et ex ipis nō possit fieri vnū. tunc ip possibile est tales motus ad inuicē cōtinuari. modo esse et nō esse ad inuicē repugnāt. Nec valet si dicat q̄ generatio nō terminat ꝑ quietē. ꝗa quies solū opponitur motui q̄ ꝗuis generationi nō opponat quies. tū sibi opponit imutatio siue imobilitas q̄dā. et ī potest interrūpi per talem imutatōem. sicut motus per quietem. Et licet generatio et corruptio cōtrarient. tñ generatio potest bene opponi imutatōni Nam vnū ⁊ idē diuersimode diuersis opponitur Nec potest dici q̄ generatio et corruptio hoc modo ad inuicem cōtinuent sic q̄ post generatōem rei sequat imediate corruptio. q̄ sic nihil generaret. q̄ res nullo modo haberent esse cuz fieret cōtinua mutatio de generatōne in corruptōnem Itē sequeret q̄ q̄n res generaret tenderet ad nō esse. ꝗa oīs motus denoiatur totus ab vltimo termio ad quem.

Ad obiecta in oppositum Ad p̄mū ptz ex dictis

Ad secūdū dō̄m est q̄ licet generatōnes ⁊ corruptiones ꝑpetuē fm spēm. tñ nulla eadē ḡnatio nūero est ꝑpetua nec ex ipis oibus pōt fieri vna cōtinua mutatio ex eo. q̄ nō p̄nt plures ḡnatōnes ⁊ corruptiones ad inuicē ꝓtinuari

Q Quidē igit alioꝝ motuū ꝓtinuū neq̄ vnū cōtingit esse ex dictis manifestū est. Oīs em̄ ex oppositis in cōtraria sunt mot⁹ et mutatōnes vt generatōi quidē et corruptōi ens ⁊ non ens termini sunt. Alteratōi cōtrarie passiones augmēto et decremento aut magnitudo aut puitas aut pfectio magnitudinis aut imꝑfectio. Cōtrarij aūt sunt qui sunt in cōtraria. Od aūt nō ſp mouet fm būc motū existens p̄ius neesse est p̄ius quiescere. Manifestū igitur q̄m quiescet in contrario mutans.

¶ Istud est capitulū secūdū in quo pbs ostendit q̄ ꝓtingit motū localem esse ꝓtinuum ⁊ semꝑ et nullū aliū Nā nullus motus qui est inter ꝓtraria aut ꝓtradictoria ꝑt esse ꝑpetuus. sed ois motus alius a motu locali circulari est inter ꝓtraria aut ꝑdictoria. igit nullus talis potest esse ꝑpetuus. Maio⁹ ꝓbat. q̄ oē illud quiescit q̄d mouetur in ꝓtrariū tanq̄ in terminū. q̄ ꝓtraria continuari non possunt. igit oportet mobile sub ꝓtrario quiescere ⁊ nō moueri vno cōtinuo motu sicut cū aliquid mouetur de calido in frigidū oportet mobile sub frigido quiescere Mino⁹ ꝓbatur. q̄ generationis et corruptionis termini sunt esse et nō esse. alteratōnis aūt termini sunt contrarie passiones. augmētatōnis aūt et dimīnutōnis magnitudo ⁊ puitas aut verius magnitudinis pfectio ⁊ imꝑfectio. et sicut non p̄uenit actio alicuius rei fm naturam nisi a forma sua ꝓpria fm naturam. verbi gratia. actio hois nō ꝑuenit nisi a forma ꝓpria hois. ita etiam robur illius actionis est in q̄titate hois debita. Est em̄ in hoie maximū determinatū ⁊ mīnimū. ⁊ extra illud nō est q̄titas i qua saluet actio forme hominis. ⁊ iō oīm natura ꝑstantium est terminus aliquis et rō pfectionis et magnitudinis siue augmenti. et si forma sit extra q̄titatem illa nō agit opus hois aut alterius nature sed corrūpetur. sed fm oēs istos enūeratos terminos ꝓtrarij motus dicuntur qui sunt in ꝓtraria. q̄ illi etiā idem motus sunt ex contrarijs. ꝺcꝺ aūt sic est q̄d nō ſp continue mouetur fm eūdem motū nūero et spē quo p̄ius mouebat illud necesse est quiescere in fine motus eiusdem. Igitur manifestum est. q̄ oīe illud quiescit q̄d mutat in ꝓtrarium sicut in terminū.

Similter aūt et in mutationib⁹. opponunt em̄ generatio et corruptio simpliciter et singularis singulari. quare si impossibile est sil' mutari oppositas nō erit continua mutatio. ſz medium erit ipoꝝ tempus. Nihil em̄ differt cōtraria aut nō ꝓtrarias esse fm ꝓtradictionē mutationes si solum impossibile sit eidē sil' inesse Hoc em̄ rōni nihil vtile est Neq̄ si nō necesse ē q̄escere in cōtradictiōe neq̄ est mutatio quieti cōtraria. Nō ei fortassis quiescit q̄d nō est. corrūpit aūt in nō ens Sz si solū mediū sit tēpus sic em̄ nō erit mutatio continua Neq̄ em̄ in p̄ioribus motibus cōtrarietas vtile fuit sed nō cōtingere simul esse Non oportet aūt turbari q̄d idē pluribus erit contrariū vt motus et statui et motui qui est in cōtrariū sed hoc solū est accidere q̄d opponit quodāmodo et motui et q̄eti motus cōtrarius. sicut equale et mēsurabile excellenti. et ei q̄d excellit et nō cōtingit sil' oppositos neq̄ motus neq̄ mutatōes esse.

Hic pbs ostēdit q̄ idē sit in mutatōib⁹ q̄ nō sunt mot⁹ quia generatio vniuersalis opponitur corruptōni vl'. ⁊ generatio singularis hui⁹ opponitur corruptōni singulari

eiusdem Cū igitur ipossibile sit simul opposita ineē eidē impossibile erit ineſſe eidē motus vel mutatōes oppositas. z si impossibile est simul ineſſe eidem mutatōes oppositas tūc ipossibile est q̄ ꝓtinua sit mutatio q̄ est de opposito in oppositum et reflectēs ab opposito in ipm cōtinuū autē in mutatōib⁹ non est interruptū nisi tpe. igitur tp̄s aliq̄d quietis est inter duas tales mutationes. Ex quo ad hāc demonstratōem nulla hz drām vtrū dicam⁹ duas mutatōnes q̄ nō p̄nt esse ꝓtinue ꝓtrarias aut nō cōtrarias sed fm ꝓtradictōem dūmō ostendatur q̄ non possint esse simul in vno tpe in eodē subiecto mutabili. hec em̄ solū vtile est nobis fm ꝓbatōem qua intendim⁹ ꝓbare q̄ nō possit esse cōtinuitas fm tēpus indeficiens in oib⁹ mutatōnib⁹ q̄ sunt ad formā. nec iterū nccariū est h ꝓbare q̄ in ꝓtradictōne nō est quies pure sed īmutatio sz de illa materia satis determinatū est in quinto huius Nec nccariū est hic ꝓbare aut distinguere q̄ mutatio non est ꝓria q̄eti sz potius motus. fortasse em̄ verū est. q̄ non quiescit id q̄d non est actu. z constat q̄ corruptio mutatio est ad non ens. et ideo nō terminat ad quietem sed ad īmutatōem vbi quies valde large accipitur. de illo tū nō est necesse aliquid in ꝓposito ꝓbare sz hoc ꝓbādum est solū q̄ mutationes oppositе intercipiunt medio tpe. et p hoc etiam derelinquitur ꝓbatū q̄ mutatio non est continua Et q̄d dictū est ꝓius q̄ nō insint simul eisdem nō fuit vtile nobis ad declarandū illud q̄d volum⁹ declarare ꝓpter q̄ sunt ꝓtrarij sz tm̄ ꝓpter hoc. q̄ nō est ꝓtingere illos sil ineſſe eidez in tpe non interrupto. Nec etiam aliqs debet turbari ex eo q̄ dicit idē esse pluribus ꝓtrariū vt sez q̄ motus ꝓtrariat motui et quieti. Motui em̄ q̄ est in cōtrariū vnū ꝓtrariat motus q̄ est in contrariū sibi oppositum. et etiam quieti que est in cōtrario illo ex quo est motus. q⁹ dictū est q̄ ꝓtrariatur ei q̄ est in termino a quo z nō quieti in termino ad quē. sed hoc q̄d hic intenditur est illud quod idem mō quodaz opponit pluribus sicut motus motui et quieti sicut equale et medium opponitur excellenti et ei q̄d excellitur ab ipso. hoc em̄ ꝓtingere potest sez q̄ vnū nō fm idem acceptū habeat plura cōtraria sicut mediū oppositū extremis. Ex necessariū est dicere hoc q̄ siue vere siue non vere opponit q̄ non cōtingit simul oppositos motus siue mutatōnes eidē ineſſe. Sed de oib⁹ sufficienter in q̄nto huius determinatum est. et ideo ad longum ea repetere ꝓternecessariū est. sed ex his q̄ dicta sunt quatuor p̄nt colligi ꝓpōes ex quib⁹ de facili demonstrat id q̄d hic intenditur. Ex est ꝓma q̄ ois motus qui est ad formā z non ad vbi z siliter ois mutatio est de opposito in oppositū. Scda est q̄ oppositi motus z mutatōnes sunt que sunt in oppositis. Tertia vero est q̄ q̄n idem nūero motū mouet duobus motib⁹ oppositis hoc erit successiue in tēpore z necesse est q̄ inter illos duos motus cadat tēpus. Quarta ē. q̄ mot⁹ inter quos cadit tēpus sunt interrupti z nō cōtinui. Cum em̄ oīe q̄d mouet sit in potentia q̄dū mouetur. z omnis potentia ꝓgreditur ad actum. oportet q̄ cū est in cōtrario ad quod mouet sit in actu. quia hoc est terminus motus eius. ergo aut tunc est non in motu sed in motū esse. aut ipm mouetur adhuc. si aūt nō est in motu sed in motū eē tūc habetur ꝓpositū. sez q̄ motus non est cōtinuus sed interruptus. si aūt est adhuc in motu. igitur adhuc est in potentia. et ꝓius habitum est q̄ erat in habitu siue in actu. ergo idem et fm idem est in potentia et in actu. et per consequens simul est in actu et non in actu quod est impossibile. igitur necesse est in termino quiescere.

Quod aūt in generatione et corruptione et penitus inconueniens esse videbitur si factum mox necesse est corrūpi. et nullo tempore permanere Quare ex his vtiq̄ fides aliis fiet. ꝓbi sicum em̄ quod similiter se hz in oīb⁹

¶ Nic phus ostēdit q̄ generatio et corruptio non sunt motus perpetui. quia generatio et corruptio habent terminū. igitur nō possunt ꝓpetuari nisi p reflectōem sed nō possunt hoc modo ꝓpetuari. igit. Minor ꝓbatur. q⁹ si generatū mox cōtinue sine interpositione quietis corrūperetur z nullo tēpore permaneret tūc ois labor nature esset frustra. q̄a natura laborat generando ad hoc vt res aliq̄d̄ū in esse permaneat. Ex etiam tunc sequeretur q̄ nunq̄ aliquid generaretur. sed tm̄ esset generatio et non terminaret ad eius generatum. et id quod corrūpereretur non esset simpliciter sed fm quid sez inq̄tum fuit in generatione. sed istud est cōtra rationem generatōnis z corruptionis quia generatio est via ad esse simpliciter. z corruptio via ad non esse simpliciter Ex his vtiq̄ fides p̄t ineſſe de aliis motib⁹. q̄a ista ratio ē generalis de oib⁹ motibus q̄a in omnib⁹ motibus potentia ꝓcedit ad actuz. vt sit in illo. Et fm dicta si motus non terminat tunc nunq̄ eēt in actu id q̄d est in potētia. et tūc potentia eēt frustra et fm hoc etiam res ꝓcedit ad actum. et recedit ab actu per motum aut per mutatōem oppositam absq̄ hoc q̄ nunq̄ peruenit ad actum illum que oīa sunt absurda. z ideo etiam nulla mutatione aut motu potest eē id quod dictū est. Naturale em̄ est q̄ in oīb⁹ similiter se habeat. quia omnes similes sunt in hoc q̄ terminati sunt et oppositi z q̄ in eis ꝓgredit potētia ad actum.

Q aūt contingit esse quēdā motum infinitū vnū existentē cōtinuū et hic circularis nūc dicemus Omne quidē em̄ quod mouetur fertur aut circulariter aut fm rectitudinē aut mixtum Quare si neq̄ illorum alter cōtinuus ē neq̄ ex vtrisq̄ possibile est cōtinuū esse.

¶ Istud est capitulū tertiū in quo phs ostendit q̄ motus reflexus nō potest esse cōtinuus et vnus sz per q̄tē interruptus sed solū circularis Ex diuidit in duas partes. In qua⁹ ꝓma ostēdit ꝓpositū pmittendo diuisionem motus localis. In secunda vero mouet tres dubitationes. ibi. vñ et dubitatōem. Quātū igitur ad primaz eius ptem dicit phs. q̄ ꝓtingit aliquē motum localez esse ꝓtinuū et infinitū. et hic est circularis. Ex pro eius intellectu ponit diuisionē motus dicēs. q̄ oē q̄d mouet fm locū nccē est vno triū modo⁹ moueri. aut em̄ mouet circulariter. aut fm rectā lineā. aut fm motū mixtū. q̄re si ostēdat q̄ nullus alio⁹ motuū p̄t esse ꝓtinu⁹ puta fm rectā lineā aut fm rcām lineā et circularē ꝓpositū sequitur ꝓbatū fore. q̄ solus motus circularis p̄t eē ꝓpetuus

Q aūt ferk fm rectum et finitum nō feratur ꝓtinue. manifestū est. Reflectik enim reflexum autem fm rectum per contrarios motus mouetur. Contrarius em̄ fm locū est qui est sursum. ei qui est deorsum. Et qui est ante ei qui

est retro. et qui est ad sinistrum ei qui est ad dextrum. Loci enim cōtrarietates be sunt Quis ātem est vnus et cōtinuus motus prius definitū est. quia qui est vnus et in vno tempore et indifferenti fm speciem.

¶ Hic phūs ostendit propositum scz q nullus motus localis pter circularem pōt esse perpetuus. et hoc primo probat dupliciter scz demōstrative. et logice. ibi rōnabiliter aūt. Demōstrative sic. Nam sicut dictū est si aliquis motus localis est ppetuus. aut est fm lineā rectā hoc est rectus motus. aut fm rectam lineā et circularē ppositus hoc est mixtus. sed rectus nō potest esse perpetuus nec ex recto et circulari cōpositus. igitur solus motus circularis est ppetuus. Quātem rectus non pōt esse ppetuus. pz ḡa si rectus esset ppetuus aut fieret super magnitudinē finitam aut infinitam. neutrum illorū est dōm. igit. Minor pz. Non sup magnitudinē infinitam. ḡa talis magnitudo nō est vt inquit phūs tertio physicorū. Nō sup magnitudinē finitam. ḡa tūc nō potest esse perpetuus nisi per reflectōnē a principio recti ad finē eiusdē et a fine eiusdē ad principiū eiusdē sine interpositōe ḡtis: hoc autem impossibile est igit motus rectus nō potest esse ppetuus. Minor pbatur. qz motus reflexus nō est vnus cū primo siue directo motu. igitur nō est vnus motus ppetuus. Alīs pbat duabus rōnibus. Quarū prima est illa q differūt fm spēm non efficiūt aliquod vnū cōtinuū. sed motus reflectiōis differt a motu principali scz recto fm spēm. igit non sunt vnus motus. Minor patet. qz motus contrarij nō sunt vnus fm speciem. sed motus directus et reflexus sunt cōtrarij. igitur nō sunt vnus motus specie. Minor patz qm sunt fm distantias locales cōtrarias. quia si vnus est sursum. alter est deorsum. et si vnus est ad dextrū. alius est ad sinistrū. et si vnus est ante. alius est retro. et sic iste sex differētie positionū sunt cōtrarie. igit motus directus et reflexus sunt ctrarij. Iste enim differentie positionum sunt in hoīe differentes virtute et alique figura. Ctriā reperiunt in mūdo vt patebit in secūdo celi latius. Et subungit phūs q in quinto huius sufficienter dictū ē. ḡ motus dr vnus et cōtinuus. et quot requiruntur ad essentiam vnius et ctinui motus et dictū fuit q ad hoc q motus sit vnus et cōtinuus. oportet q sit vni mobilis fm nūerum et in vnico tempore. et ad vnū fm speciem

Tria enim habet quodcūq mouetur. vt bomo aut deus. et quādo vt tēpus. et tertiū in quo hoc autem est locus aut passio aut spēs aut magnitudo. Cōtraria enim differūt spē et nō vnus sunt loci aūt dicte differentie.

Hic etiam phūs resumit aliqua prius dicta scz in quinto physicorū dicēs. q tria requiruntur ad ctinuitatē motus. quorū primū est id quod mouet. vt homo aut astrum q dā quidā scz empedocles et alij credebāt esse deum. et tale in motu cōtinuo debet esse vnū nūero. secūdum est qn siue temp in quo est motus quod debet esse vnum et nō interruptū. Tertiū est in quo est motus fm genus aut speciē. sicut est locus in motu locali. aut passio in motu quantitatis. aut species in motu generationis et corruptiōis. aut magnitudo sicut est in motu augmenti vel diminutionis. qz cōtraria inter que est omnis motus differunt spē et nō sunt vnū. Manifestū enim est q predicte differentie sunt loci et sunt contrarie.

Signū aūt q motus cōtrarius est qui ē ab a ad b. ei qui est ab ipso b ad a. Et quia stant et repausant adinuicem si simul fiant.

Hic phūs oñdit q̄d dcm̄ est a signo cuius sit manifestū signū tamē phans ctrarietatē dr̄ā. est q motus q̄ sunt inter tales dr̄as sunt cōtrarij. Nā si aliqua diuisio physici loci signet p a. b lineā siue a sursuz in deorsuz siue fm alias dr̄as situs motus qui est ab a in b. contrarius erit motui qui ē ecōuerso ab ipso b in a. et corpora mota etiā erunt cōtraria fm qualitates. Qt q motus tales sint cōtrarij. pbat phūs sic. ḡa si sint in eodē mobili stante et q̄escunt et repausant et corrūpunt se inuicez. et si sint in diuersis mobilibus directe ex opposito sibi obuiātibus iterū sistūt se et repausant si fuerint equaliter fortes. Nam sicut supdictū est. q in motu ad formā necesse ē quiescere anteq̄ redeat in primū oppositū ex quo fuit motus. ita necesse ē requiescere resistens in linea recta anteq̄ redeat ad situm ex quo fuit motus.

Et in circulo silr vt q̄ est a b a in b ei q̄ est a b a in c. Sistūt ei et si cōtinui sint. et si nō fiat reflexio propter id q contraria se se corrūpunt et p hibent ad inuicem: sed non qui est in latus ei q̄ est sursum.

¶ Hic phūs ostendit q in circulo quantū ad illū motū qui nō est circuli sed alicuius sup circulū moti nō pōt aliquid ctinue reflecti. Nam si accipiatur portio aut minor semicirculo q̄ sit a c tunc dr q motus qui est sup portionem illam q̄ est ab a in c. oppositus est pdicto mō oppositōnis ei q̄ est ecōuerso ab eo q̄d est c in id q̄d est a. stat ei et q̄escit vnus motus ab alio q̄uis vterq in se sit ctinuus etiam si nō fiat reflexio qn vnū motū istoz duoz motuū venit directe ctra alterū per oppositas virtutes mouentium. Et hoc est ideo. ḡa cōtraria seinuicem corrumpūt et prohibent ad inuicem. et ideo quecunq sunt seinuicē corrūpentia et prohibentia aliq̄d habēt ctrarietatē Dīa men ille qui est ad latus nō est contrarius ei q̄ est directe sursum. ḡa illi situs nō sunt oppositi dr̄ie. ḡa dextrum non opponitur ei quod est sursum. et ideo etiam reflexio nō pōt esse inter illa. quia impossibile est q idez motum simul moueatur motibus illis. et ideo non potest esse cōpositus motus ex talibus differentijs situs nō oppositis pter quod etiam de talibus motibus non oportet adducere demōstrationē. Cū aūt et ad istam et ad pcedentes demōstratiōnes nihil exigatur. pbandū nisi q necessario intercidat tempus q̄tis inter duos motus qui sunt ex oppositis eisdē ad opposita eadē postea demōstrabitur

Maxime aūt manifestum q impossibile est continuum esse qui est in rectitudine motum. quia reflexum necesse est stare non solum in recta sed et si fm circulum feratur Non enim idem est in cirulo ferri et circulum Est enim aliquando q̄dē ctinuū qō mouetur. Aliqn aūt in idem venies vnde motū est reflecti iterum

¶ Hic phūs ostendit q maxime manifestū est q ipossi

bile ēq duo motus sint ꝓtinui q̄ sunt ſm rectitudinē eun tes ⁊ reflexi inter easdē dnās situs ꝓtrarias. qz oē refle/ xum nēce est stare nō solū in recta magnitudine. sed etiā si ſm circulū moueat. Nō em idē est aliq̄d ferri circulo hoc ē sup circulū. ⁊ circulū ipm ferri. qz aliq̄n id qđ mouet est cō tinuū in motu situ qñ circulus mouet circulādo. ⁊ tūc dr moueri circulus. aliq̄n aūt aliq̄d mouet reflexuz tra q̄ sup eūdē arcū circuli sup quē venit in aliquē pūctū reuertitur et reflectit in pūctū vnde exiuit. ⁊ hoc nō mouet circulan/ do. sed reflectēdo. qđ nō fit in circulatōe circuli. qz quicūq arcus in circulatōe eleuat. tūc ille idē dep̄mit. ⁊ nō fit ꝑ eūdē arcū. ⁊ hec est differentia inter moueri circuluz ⁊ mo/ ueri p reflexionē super circulum

¶ Q aūt necesse est stare fides est nō solū in sen su. sed in rōne. Principiū aūt hoc est Triby em̄ existentiby ꝓncipio medio ⁊ fine. mediū ad vtrū q̄ est ⁊ vnū numero. rōne aūt duo: Ampli9 ali ud est qđ est potentia ⁊ qđ est actu. Quare rec/ te que infra sunt terminoz sz q̄libet. si igit potē tia q̄dē est mediū. actu aūt nō ē nisi diuidit hāc sic et stans iterū inceperit moueri. Sic aūt me diū ꝓncipiū fit ⁊ finis: principiū q̄dez posteri/ oris . finis aūt ꝓncipij

¶ Hic pbs ponit secūdā rōnem q̄ ꝓbat motū reflexum nō esse ꝑpetuū. qz nēcariū est mobile in reflexionis pūcto q̄ escere. ⁊ illud fidē ⁊ pbatōem accipit nō solum iudicio sen sus aut in sensu in quo aliq̄n manifestat. sed etiā p rōnem Nā manifestū est p sensum. qz sic ē. sed ꝓpter qđ sic est ac/ cipit p rōnē. Et p̄t sic formari rō. In em illo signo mobi le q̄scit adequate in quo est in actu. sed in termino refle/ xionis mobile existit adequate in actu. g̃ ibi q̄scit. Et p declaratōe maioris pbs p̄supponit duo. Primo supponit q̄ tria sunt in oiby motiby reflexionis. scz ꝓncipiū. mediuz et finis Principiū q̄dē vnde vadit motus ꝓmus. ⁊ medi ūm in q̄ finit motus ꝓmus ⁊ incipit secūdus. mediū em̄ ad vtrūq ꝓparatū est tā finis q̄ ꝓncipiuz. Et quāuis sit vnū numero ⁊ suba. rōne ⁊ forma est duo. qz alia ē rō ꝓncipij ⁊ alia finis. Dicit aūt in ordine ad ꝓxē ꝓtē mo/ tus finis. ⁊ in ordine ad posterius ꝓncipiū. Explī grā si fi at motus ab. a. in. c. p signū medium. b. tūc. b. est finis pri/ me medietatis illius mot9 ⁊ ꝓncipiū secūde medietatis Secūdo supponit q̄ in oi motu dupl'r dr aliq̄d ꝓncipiuz alicui9 motus aut finis. scz in actu ⁊ in potētia Principiū in actu dr in q̄ mobile erat adeq̄te qñ incepit moueri. et fi nis in actu dr in quo est adequate qñ desinit moueri. qz q̄ diu motus durat in esse motus. tā diu res est in potentia qñ aūt est in termino mot9 tūc est res mota in actu ⁊ i mo tum fuisse ⁊ nō in motu. Principiuz ꝓo in potētia dr in q̄ mobile p̄t esse adequate in ꝓncipio mot9. ⁊ finis in poten tia etiā dr in q̄ pōt esse adeq̄te in ꝓte posteriori. Istis prę/ missis. ꝓbat maiorē p̄dicte rōis dicēs. q̄ in motu ꝓtinuo sup lineā rectā nullū signū mediū est actu ꝓncipiū ⁊ finis. hoc est in nullo signo medio mobile fuit adeq̄te in actu. p pter hoc. qz ibi nō quieuit. sed si ibi q̄euisset fuisset ibi i ac tu. ⁊ hoc est. qz p nullū tp̄s p̄cise est sup illud signū. ⁊ p hoc vult pbs q̄ in quocūq signo mobile est adequate in ac tu in illo quieſcit.

¶ Dico aūt. vt si qđ ferk a b a in b stet ⁊ iterū fe/ rak in c. Cū aūt ꝓtinue ferak neq̄ factū esse ne/ q̄ abesse possibile est a ſm b signū. sed soluz ēē in nūc. in tpe aūt nullo p̄ter cui9 ipm nūc est di uisio tp̄is in tres a b c. Si āt adesse ꝓcedat ali q̄s ⁊ abesse sp stabit a qđ ferk. Impossibile em̄ est simul adesse in b. ⁊ abesse in alio. g̃ ⁊ alio sig no tp̄is est. Tēpus itaq̄ erit qđ in medio. q̄re q̄scit a in b. Silr aūt est in alīs signis. eadem em̄ rō est in oiby. Cū aūt vtak a qđ fertur ipo b medio ꝓncipio ⁊ fine necesse est stare ꝓpter id q̄ duo facit. sicut vtiq̄ si ⁊ intelliget. sed ab a q̄ dem signo abfuit ꝓncipio in c autem affuit cum perficiat et stet

¶ Hic p̄bus illud qđ dem̄ est declarat exēplariter dicēs Nā si mobile ferak ꝓtinue ab. a. in. b. ⁊ vlteri9 in. c. ipsum nūq̄ est in. b. p̄cise. qz nō esset in eo nisi vt in nūc indiuisibi li. ⁊ tale nūc nō est dabile in tpe. qz tunc nō imaginak nisi tanq̄ diuisio. id est tanq̄ signuz diuisionis inter ptes tp̄is et sic q̄diu nō accipit vt actu p̄cās ⁊ actu diuidēs. tūc nō est nisi in potentia. Et eodē mō est in motiby reflexis. qz fi nis linee sup quā est mot9 nēcario accipit ⁊ in rōne finis ⁊ in rōne ꝓncipij ſm actū ⁊ nō ſm potentiā. oportz em̄ q̄ in aliq̄ indiuisibili finiak p̄mus mot9. ⁊ ab eodē incipiat refle xio secūdi mot9. g̃ qđ mouet motu reflexo nēcario vtitur pūcto finali linee vno ſm subiectuz. sed duoby ſm formaz et rōnem. qz vtik vt fine actu finiente vt ꝓncipio actu ꝓnci piante. Hui9 ex9 est. sit. a. signū eius qđ mouet reflexiue et linea sup quā mouet ⁊ reflectit sit. b. c. ⁊ venit. a. ex. b. in. c. ⁊ reuertit ex. c. in. b. tūc vtik ipso pūcto. c. vt fine mot9 directi ⁊ ꝓncipio mot9 reflexi. g̃ nēcario erūt ibi due quie tes ⁊ duo motus. vna quies ex q̄ est mot9 ꝑm9 q̄ vocak q̄es in termino a q̄. illa fuit in. b. añq̄ moueret ꝓmo mo tu. ⁊ alia ps ad quā terminak mot9 idem ex q̄ est motus reflexus. ⁊ illa q̄es est in. c. g̃ necesse est esse quatuor tpa q̄ mensurant dictas q̄etes ⁊ dictos mot9. ¶ Sed forte di/ ceret aliq̄s q̄ in. c. nō ꝑuit. hoc est impossibile. qz cuz ferak cōtinue motu ꝓmo vsq̄ ad. c. non potuit simul ⁊ semel in vno instanti factū esse in. c. ⁊ in fine ꝓmi motus ⁊ abesse ab ipso fm ꝓncipiū secūdi mot9. qz aliter indiuisibile essz diui sibile. qz manifestū est q̄ nō potuit in eodē indiuisibili ad/ esse ⁊ abesse. ergo oportz q̄ in parte eius adesset ⁊ in parte abesset. ⁊ sic esset diuisibile. ꝓstat aūt q̄. a. aliq̄n est in tp̄o si gno. b. sed cū. b. sit indiuisibile non p̄t esse in tempore. vel in aliqua parte tp̄is. sed in indiuisibili nunc tp̄is. g̃ nūc est diuisio tp̄is sicut pūctum linee. ipm aūt. b. est ꝓncipiū ex q̄ est motus. ⁊ motus nō est in ipso. qz mot9 vt in sexto hu ius ostensum est nō hz ꝓncipiū qđ est motus. Eadē autez rō est de. c. qđ est indiuisibile. qz terminus motus est indi uisibilis. Si ergo aliq̄s ꝓcedat q̄. a. simul adsit in. b. ⁊ ab/ sit ab eo tūc cū res stat qñ est in eodem indiuisibili. eo q̄ si militer se habeat nūc ⁊ ꝓus. tūc semp stabit in toto motu ipsius. a. qđ nō causat suū motum nisi fluxu ꝓtinuo ab ip so indiuisibili a quo fluit motus. Quia g̃ sit impossibile nō p̄t aliquo mō ꝓcedt q̄ in vno indiuisibili tp̄is affuerit a in. c. in fine ꝓcedentis motus. ⁊ abfuerit ab ipso motu re flexionis ꝓsequētis. Idem aūt est in ipso. b. a quo incipit motus p̄cedens quē ꝓcedit̄ ex qua est motus g̃ in alio et alio signo siue nūc signāte tēpus affuit ad. c. ꝑ9 finē mo tus p̄cedentis. ⁊ abfuit ab ipso in motu ꝓsequenti. sed in/ ter quelibet duo signa temporis est tēpus vt ꝓbatum est

ſexto huiꝰ.qz aliter nō eſſet ꝓſequēs ad nūc. g̃ inter ſignū quo affuit m.c.z ſignū qđ defuit ab ipō ē rp̄s qđ nec ē motus p̄cedētis nec motus ſequētis.g̃ eſt menſura ḋcētis iter duos motus. Jdē aūt eſt oīno de ḋcete tp̄is in.b.z motu tp̄is quo defuit ab ipſo.b. Et ſiliter eſt in oīb⁹ aliis ſignis que actu in magnitudine z tpe accipiūtur. Eadē autē rō eſt in oīb⁹.cū em̄ ꝓcurrat.a.ad ipm̄.b.aut ad aliud ſignuz mediū qđ accipit vt p̄ncipiū z finis.tūc nēce eſt ſtare z q̄eſcere inter duos motus.qz duo facit ꝑm actum finit em̄ motū vnū z poſt inchoat aliū ad indiuiſibile.z hoc fit vti q̄ ſicut ſi aliq̄s intelligat q̄ a.c.ſit magnitudo.z aliq̄d ab eūdo ab.a.mouet in.c.pficiendo motū ſtat z q̄eſcit. Eadez em̄ nēcitate q̄ in fine ſuo ſtat ſic motus vnus nō reflexus eadē em̄ nēcitate ſtat ibidez motus eius q̄ poſtea reflectit ab eodē. Omis g̃ motus generaliꝫ q̄ reflexus eſt ſiue ſit in loco ſiue in formis quiete media interrupt⁹ eſt. z ideo nō eſt ꝓtinuus motus.z illud intendit pb̄s ꝓbare.

¶ Aū z ad dubitationem hoc dom̄ hz em̄ du bitatōem hāc. Si em̄ ſit qđ eſt c ei qđ eſt z eq̄le:z a ferat ꝓtinue ab extremo ad c. Siliter au tem fit a in b ſigno.z d formal ꝓtinue a i extre mo ad z regulariter z velocitate ſili ipſi a ipſuz d ante veniet.igit in i q̄ a in c. Prius em̄ mo uens z diſcedēs p̄mū venire nēce eſt. Nō ergo ſimul affuit a in b affuit ab eodē vnde poſteri us fit. Si em̄ ſimul non poſterius ſed neceſſi/ tas erit ſtare.

¶ Jſta eſt ſecūda ꝓs huius capli.in qua pb̄s mouet tres queſtiones q̄ ortū trahūt ex hoc qđ dcm̄ eſt in p̄cedenti te xtu. q̄ motus ꝓtinuꝰ nō hz mediū in actu ſed potētia. z ſi haberet mediū in actu non erit ꝓtinuꝰ. Et eſt ꝓma.ponat em̄ q̄.a.fcet vnū mobile qđ ꝓtinue ſiue motu ꝓtinuo mo ueat ab.e.in.c. p que fcatur vnū ſpaciū ſup qđ eſt motus ipſius.a.et ſecūdo ponat q̄ aliq̄d ſpaciꝫ.c.ſit eq̄le oīno alij ſpacio ſignato p.z.z ponat q̄ ſit aliud mobile.ſcz.d.qđ eq̄ li velocitate moueat.a.z.in.i.ſicut ponebatur moueri ab e in.c.z ꝓſequēter ponat q̄ ſimul duz.a.fit ꝓmo in.b. qđ eſt p̄ciſe mediū ꝓmi ſpaciꝫ ſignati p.e.c.qđ eſt duplū ad ſpaci um ſignatū per.z.i.incipiat demoueri z recedere ab ipſo.z tūc q̄ſtio eſt. vtrū ſimul in eodē tpe veniet.a.in.c.qđ eſt ter minus ſui ſpaciꝫ.z.d.in.i.qđ eſt terminus ſpaciꝫ.z.i. eq̄lis oīno quo ad motum illoꝝ duoꝝ.qz ponit.d.moueri qñ.a. venit in.b.qđ eſt mediū ſpaciꝫ p̄oris. Et videt ꝓmo q.d. p̄us veniet in.i.q̄ in.c.qz.d.p̄us receſſit a.z q̄ ipſo.b.qm̄ poſitum eſt.q̄ qñ.a.venit in.b.tūc.d.recedit a.z. ergo ꝑm equale ſpacium p̄us veniet in terminū equa exiſtente ve locitate.ſicut ſuppoſitū eſt. Cōſequentia eſt nota. Antece dens ꝓbat.qz poſitū eſt ſimul.a.eſſe ꝓmo in.b.z.d.recede/ re a.z.ſed p̄us eſt.a.in.b q̄ recedat ab ipſo.b.ergo p̄us re cedit.d.a.z.q̄.a.ab ipſo.b.ergo nō q̄uenient eque cito ad terminū. ¶ Sed ꝓtra hoc arguit in oppoſitū ſic.ſi.d.p̄us recedat a.z.q̄.a.ab ipſo.b.tūc neceſſe eſt.a.q̄eſcere in ali qđ rp̄s in.b.ſed hoc eſt ꝓtra hyporeſim. qz ponebat nō q̄ eſcere.ſz ꝓtinue moueri.g̃.d.nō venit p̄us ad fminū q̄.a

¶ Nō ergo ponēdū eſt cū a affuit ꝑm b ipm̄ d ſimul moueri a z vltimo. Si em̄ affuit a in b erit.z abeſſe z nō ſimul:ſed erit in deciſione tē poris z nō in tpe. Hoc quidē igit eſt impoſſi/ bile ſic dicere z in ꝓtinuo ſed in reflectēti nēce eſt ſic dicere. Si em̄ qđ eſt id eſt ferat ad ipm̄ d et iterū reflectens deorſum ferat ab vltimo d z fine vtet. z principio vno ſigno vt duob⁹. Vñ ſtare neceſſe eſt neq̄ ſil affuit in ipſo d. z abijt ab ipſo d.ibi em̄ ſimul eſſet z nō eſſet ab eodez nūc. Atuero olim ſolutio nō danda eſt Nō em̄ ꝓtingit dicere q̄ ꝑm ipſuz d ſit ipſum i. in deci ſione aūt nō affuit aut neq̄ defuit. neceſſe em̄ eſt in finē venire qui actu eſt nō potentia. Qđ q̄ dem igit eſt in medio potētia eſt.hoc autē actu et finis quidē deorſum. p̄ncipiū aūt ſurſuz. mo tiuū ergo ſimiliter. Neceſſe eſt ergo ſtare refle/ ctens in recto.nō ergo ꝓtingit ꝓtinuū motū in recto et perpetuum eſſe

¶ Nic pb̄us ſoluit q̄ſtionē motaz p interemptōem hy/ poteſis. Nā hyporeſis eſt q̄.a.mouetur ab.e.in.c.p.b. ꝓti nue. Et ponit ꝓſequēter q̄.a.aliq̄n fuit in.b. z hec ſunt in cōpoſſibilia.impoſſibile em̄ eſt duz mobile mouet ꝓtinue ipm̄ ē aliq̄n adeq̄te i aliq̄ ſigno medio.z ſic.a.nec fuit ab ſolute i.b.nec receſſit ab ipo tāq̄ a p̄nº in actu.nec acceſſit ad ipm̄ tanq̄ ad finē in actu.qz ſigna media ſoluz ſunt in potentia.z ſic ſimul veniūt.a.z.d.ad terminū. Nō aūt ſic eſt in motu reflexionis.ex eo q̄ oīne illud qđ mouet mo/ tu reflexionis ſup ſpaciū rectū neceſſe eſt in p̄cto reflexio nis ḋcſcere.qz neceſſe eſt ipm̄ vti illo termino tanq̄ p̄nci/ pio in actu z tanq̄ fine in actu Naz ſi mobile ferat ſurſuz in.d.z reflectens moueat deorſum.tūc neceſſe eſt q̄ vtat ipſo.d.tanq̄ fine in actu illius motus aſcenſus.z tanquā p̄ncipio in actu illius deſcēſus.qz ille motus aſcenſus nō hz aliū finē nec motus deſcenſus aliud p̄ncipiū. Et ergo neceſſariū eſt ſtare id eſt q̄ſcere in termino reflexionis.alꝫ em̄ in vno z eodē nūc adeſſet mobile tale ipſi.d. z abeſſz qđ eſt impoſſibile. g̃ in alio z alio nūc adeſt ipſi.d. z abeſt ſed inter quelibet duo nūc eſt tp̄s mediū.ergo in illo tpe q̄ euit. Et ne demōſtratio mathematica in p̄dicta dubitati one pariat obſcuritatē z difficultatez p̄t ſic formari caſus plane.ſint duo ſpacia equalia z duo mobilia eque velocia quoꝝ vnū aduenit medio ipſius ſpaciꝫ.z ꝓtinue moueat ad finē qñ alterū recedit a medio illius ſpaciꝫ.qđ illoꝝ p̄ti us perueniet ad terminū ſpaciꝫ. Et eſt ſolutio q̄ eque cito qz p̄mū mobile qđ aduenit medio ſpaciꝫ dū ſecūdum rece dit ab eodem nō quieſcit in medio.qz non vtit medio ꝑm actū.ſed ſolū ꝑm potentiā,ſed ſi illud mobile iteruz a me/ dio illo accederet ad p̄ncipiū ſui ſpaciꝫ a quo motū ē.tūc tardius veniret ad p̄ncipiū ſui ſpaciꝫ q̄ ſecūdum mobile. qđ recedit a medio ad finē ſui ſpaciꝫ.qz tūc vteret vno pū cto medio vt duob⁹.z ſic eſſet motus reflexus z neceſſa/ rio accideret quies.

¶ Eodē aūt mō obuiandū eſt ad interrogātes Zenonis rōnem.z volētes ſi ſemp mediū tran ſiri oportz.nec aūt infinita ſunt.infinita autem trāſire impoſſibile eſt. Aut ſicut ipſam hāc eam dem quidē rōnē aliter interrogāt volentes ſi/ mul mouēdo medietatem p̄us numerare ꝑm

vnūqōq; factū mediū. Quare abeūte tota infinitū accidit numerasse numerū. hoc autem cō cesso impossibile est

¶ Nic phs mouet secūdā q̄stionē. z est ipsius Zenonis phārtis motū nō ee. Rō ei⁹ est ista. Oē qđ mouet localit pterāsit aliqđ spaciū. oē āt qđ pterāsit spaciū p⁹ pterāsit medietatē ei⁹ q̄ totū z medietatē medietatis p⁹ q̄ totā medietatē et sic i infinitū. cū āt tales medietates sint infinite i q̄libet ptinuo z infinitū nō ptingit pterāsire. ergo nō ptigit motū localē esse. Et ptirmat. quecūq; cōtingit successiue ptransire vnā medietatē pus q̄ aliā. illū ptingit ertā numerare illas q̄s sic ptransit. sed infinita nō ꝓt itellect⁹ alios numerare. g̃ nō ptingit eū etiaz infinitas medietates ptransire. z p ꝓns nō est motus localis. Datoz pbatur qz intellectus accipiēs id qđ mouet accipiendo ptes spaciī numerat spaciū z reddit sic numerando ptes spaciī totam spaciī q̄titatē. ergo numerat medietates. z medietatum medietates. z sic in infinitum

¶ In ꝓmis igit rōnib⁹ de motu solu̇mus p id qđ tps infinita hz in seipo. Nō em̄ incōueniēs est si infinito tpe infinitū trāsit aliq̄s. siliter autē infinitū vtiq; in longitudine est z tpe Sed hec solo ad interrogantē qđē se hz sufficiēter Interrogabat em̄ si infinito tpe infinitū trāsire atq; nūerare ptingit. Ad rē aūt z ad veritatē nō sufficiēter. Si aūt aliq̄s dimittēs magnitudines et interrogauerit si infinito tpe ptingit infinita trāsire. interroger in ipso tpe cadē. habz em̄ tē/pus infinitas diuisiones. nec adhuc sufficiēs hec solutio

¶ Nic phs soluit rōnem Zenonis duplici solone. scz ad hoiem z ad rē. Ad hominē em̄ sic soluta est in sexto huius q̄ tps habet infinitas ptes in seipo sicut ipm spaciū. z nō est inconueniens si in infinito tpe id qđ mouet localiter trāseat infinita numerando in spacio. qm̄ sexto physicorū probatū est q̄ fm vnā z eandē siltudinē est rō in tpe z longitudine. Hec em̄ solo est sufficiens respondēti. sed nō q̄stioni. qz verū est si⁹ qđ ferf pterāsit infinita in spacio qđ trāseat illa in tpib⁹ infinitis. sed trā falsuz est in se q̄ id qđ fertur transeat infinita. Et ideo si querens q̄rendo mutat q̄stionē ad tēpus dimilla longitudine sup quā est motus tūc p̄t querere vtrū ptingat vnū hoz ptransire z arguere vt pus q̄ nō. qz infinitū nō ptingit ptransire aut in ptibus suis numerare. sed quodlibet tempus est infinitum z ideo subiūgit veram solutōem

¶ Sed verū dm̄ est qđ q̄dē diximꝰ in mō rōnib⁹ Si em̄ aliq̄s ptinuū q̄dē diuiserit in duo media hic vno signo tanḡ duob⁹ vtiq;. Facit em̄ ipsum pncipiū z finē Sic aūt facit nūcrās et in media diuidēs. sic aūt z diuidentē nō erit ptinua linea neq; motus. Cōtinuꝰ em̄ motus ptinui est. in ptinuo aūt sunt infinita media. sz nō actu sed potētia Si ꝯo faciat actu nō faciet ptinuū. sed stabit. Qđ q̄dē igitur in numerāte media manifestū ē. qz accidit vnū ei signū nōcē est ipm numerare vt duo Alteri⁹ q̄dē em̄ finis mediū. alterius aūt pncipiū erit. si non vnū numerat ptinuū sed duas medietates. Quare dicendū est ad interrogantē si ptingat infinita trā sire. aut in tpe aut in longitudine. qz est q̄dē sic. est aūt nō sic. Actu em̄ cū sint nō ptingit potē/tia aūt ptingit. qđ em̄ ptinue mouet fm accīs infinita trāsiuit simplr aūt nō. accidit āt linee infinita media eē. suba aūt altera est z esse

¶ Nic phs soluit rōnem zenonis vera solone dicēs. q nō ptingit ptrāsire infinita actu z nūerare. sed bñ infinita in poña q actu sunt finita. mō spaciū sup̄ qđ fit mot⁹ ē actu finitū. Et illud sic declarat. nā si q̄s diuiserit ptinuū in duo media tūc vtiq; vno signo medio diuidente vt duob⁹ qz facit ipm pncipiū z finē. finē q̄dē vni⁹ medietatis z pn ciptū alterius. z sic diuidit ptinuū z facit ipm qđ fuit vnū et ptinuū duo. z sic facit actu numerās medietates ei⁹ et diuidens ipm in medio signo. z hoc mō nō remanebit linea sup quā est mot⁹ ptinua. neq; etiaz motus manebit ptinu⁹. qz ptinuitas mot⁹ ē a ptinuitate spaciī. z sic in cōtinuo qđ accipiē vt forma ptinui sunt infinita in potētia nūquā ad actū rducibili. Et qñ id qđ mouet vtiq; aliquo illoz vt medio actu. tūc nō dr amplius ptinuū sed stat⁹ erit in ipso Et hoc manifestū est ei q numerat media. qz illi accidit diuidere ptinuū fm media q̄ nūerat. Haz nōcē hz nūerare vnū nūero z subiecto signū z rōne duoz. hoc est finis z pncipiū fm actū. qz nō nūerat aliq̄d nisi actu diuisum nisi forte numeret vnū ptinuū in forma ptinui fm duas medietates in potentia tm̄. Sed tā fm p̄dicta q̄stio mouet. Nā si id qđ fertur describit actu media sup magnitudinē tūc diuidit ipsam quiescendo in medijs eius. sz talia media sunt infinita potentia. z ponat q̄ quiescendo describat medū post medū. illo g̃ mō nunq; transibit magnitudinē. z sic videt q̄ q̄stio zenonis habet locū. Sed ad hoc absq; dubio dr̄et responderi. q̄ motus nō est nisi sup̄ per magnitudinē indiuisaz actu z diuisam potētia. z ideo aliquā partē magnitudinis oportz esse diuisam si debeat eē motus. Illā aūt que sic diuisa est nō diuidit trāseūdo nisi in ptes equales potentia z nō actu numeratas. Ome autem qđ ptib⁹ eq̄lib⁹ potētia diuidit ptransit. z sic pz q̄ magnitudo ptransit. hoc mō aūt quo transit vnā ptem magnitudinis diuise trāsit etiā alia. z sic tota magnitudo per transit. vt patuit sexto physicoz. Sed ad interrogatōnez qua querit si ptingat infinita transire aut in tpe aut in magnitudine. Odm est q̄dē vt supra. q̄ ptingit ea ptransire vno mō. alio aūt mō nō. qz ptingit ipa ptransire vt sz in potentia. nō aūt vt sz in actu. qz q̄ mouet ptinue sine interruptōe q̄tis sup longitudinē ptransiuit infinita fm accidens. simplr aūt nō ptrāsiuit infinita. accidit em̄ linee q̄ infinita media sint in ea in potētia. ita q̄ illud dicat alī accidere qđ nō ꝓuenit ei gra formalū ꝓstituentiū lineā. substātia em̄ z forma linee est altera. qm̄ linea recta definit q̄ est lōgitudo pūctis terminata z linea circularis terminat ad centrū. z ideo terminatū esse ꝓuenit linee p se z essenti aliter. sed diuisio accidit ei gra materie q̄titatis. ꝓpter qđ ertā non soli linee ꝓuenit.

¶ Manifestū aūt z qz nisi aliq̄s faciat tpis diuidens signū ꝓtis z posteri⁹ semp posteriozis

rei erit simul esse ⁊ nō esse ⁊ idē esse ⁊ nō esse. et qñ fuit nō est. Signū ḡdē igit vtrisq; ꝯmune ē et ꝓri ⁊ posteriori ⁊ vnū ⁊ idem nūero. ratōne aūt nō idem est. huius ḡdez eñ finis est. illi⁹ aūt ꝓncipiū Res ātsp posterioris passiōis ē. Sit eñ tps in quo est. a. b. c. res in quo. d. hoc in a ḡdem tpe albū. in b aūt nō albū. in c albū ⁊ nō albū. Jn quolibet eñ ipsius a. verus est dicere albū si oñi tpe hoc erat albū. ⁊ b nō albū. c aūt in vtrisq; Nō ergo dandū est in oñi sed ꝓter vltimū nūc in quo ē c. Hoc aūt iam postremū et si fiebat albū. ⁊ si corrūpebat albū in a oī factum est. et corruptū est in c. Quare albus aūt et nō albū ꝓmū in illo verū est dicere aut cū est factū nō erit. aut cū corruptū est erit aut simul albū et nō album. ⁊ oīno esse ⁊ nō esse necesse est

¶ Nic phūs mouet terciā dubitatōnem siue q̄stionem istā scz. p qđ fit diuisio tpis. Et est rūsio phi. q̄ p indiuisibile. qz inter duos motus ꝯrarios succedentes sibi in eodem mobile necē est esse distinguēs tps ḡdetis interpositeita q̄ inter oñia duo tpa sit nūc diuidens tps ꝑus a posteriori ꝑm actū sumptū. ⁊ illud est vt ꝓncipiū tpis sequētis. et sicut finis tpis p̄cedētis. ⁊ sic inter duo tpa ḡdetis ⁊ motus est vnū tps p̄cedentis mot⁹. ⁊ aliud tps posteri⁹ est ḡdetis q̄ intercidit inter duo tpa. ⁊ hec tpa necēario distinguūtur per nūc qđ est finis ꝑoris ⁊ initiū posterioris. Et per eandē etiā rōnē distinguit tps ḡdetis p̄cedentis per aliud indiuisibile nūc in tpe mot⁹ sequētis q̄ vocat reflexio. Et qz sic nūc duob⁹ distinguit tps ḡdetis a tpib⁹ motuū q̄rum vnus p̄edit ⁊ alter sequtur. necessarium est q̄ inter illa duo nūc in toto tpe res ḡdesat. Et manifestū est nisi alqs mō dicto dicat sic fieri tpis diuisiones. q̄ scz fiant per signū tpis diuidēs inter tps ꝑoris mot⁹. ⁊ posterioris ḡdetis vel mot⁹ si sequtur motū tūc semp sequtur incōueniens sed oportz q̄ in indiuisibili signo diuidātur tpa duo qđ tñ ꝑm rei veritatē non est nisi posterioris rei facte ⁊ ꝓstitute per motū. ⁊ nō ꝑoris trāsmutatōis. Incōueniens autez qđ sequtur si alīqs dicto mō tpa nō diuidat q̄se imediate ꝓsequūtur est. q̄ sequtur idem simul in vno tpe esse ⁊ nō esse et sequtur q̄ qñ res iam fuit facta q̄ ipsa nō est. Sed añq̄ ista declarē ꝓña dicatur ꝑus natura signi diuidentis q̄libet duo tpa sibi succedentia. Nam sicut pūctū diuidens lineā est ꝓmune ꝑori ⁊ posteriori. ita etiaz indiuisibile tpis est ꝓmune duob⁹ tpib⁹ ꝑori ⁊ posteriori scz. ⁊ est vnū ⁊ idē numero sed nō est idē rōne. qz aliam hz rōnem qñ est ꝑncipiū ⁊ altā quādo est finis. qz est finis ꝑoris motus ⁊ ꝑncipiū posterioris. Nūquā tñ ꝑm rem refertur ad motū ꝑcedentem. qz motus nō est in nūc sed in tempore. ⁊ ideo realiter est ad passionem que per motū est acq̄sita. et est terminus motus. Verbi gratia. si q̄ alteratōem fiat aliquid albū. tūc in toto tēpore est alteratio. sed albū factum est in nūc. ⁊ sic indiuisibile signū adiacet nō ꝑori motui. scz passiōi siue rei ꝓstitute per motū que est terminus motus. Et si tūc querat quare nō similiter refertur tale indiuisibile ad ꝑncipiū motus qđ etiam est indiuisibile. Ad hoc potest responderi sicut in sexto huius dictū est. qz scz ꝓncipiū abūdicitur ⁊ finis manet ⁊ est dignior. ergo potius refertur ad finem q̄ ad principiū. eo q̄ ipsum nūc solum est quod esse accipit in tempore. Similiter aūt de trāsmutatione nihil manet nisi res in qua terminat. ⁊ ideo ad illam refert nūc qđ solū est in tpe. Hoc aūt habito ꝓsequentia ꝑus inducta ꝓbatur. Sed tñ sciendū est q̄ antiqui nō eodē modo dicebant tempus diuidi a tempore per signū indiuisibile sicut nos. qm̄ ipsi dicebant tēpus diuidi a tpe per tēpus medīū. ⁊ dicebāt tēpus diuidens ⁊ tpa diuisa esse cōposita ex instantib⁹ siue indiuisibilib⁹. Sed illā opinionem ꝑhūs reprobat deducendo ad impossibile scz q̄ aliqđ sit mul esse ⁊ nō esse. aut essz albū aut non albū. Et hoc sic ostendit sint tpa duoꝝ motuū siue motus ⁊ quietis. ⁊ tēpus diuidens ea. a. b. c. ita q̄ tēpus p̄cedēs sit. a. ⁊ tēpus posterius sit. b. ⁊ tempus diuidens si hoc possibile fuerit c. res aūt que p motū facta est sit. d. vt si diceret. d. esse albūm aut non album factum per alterationem p̄cedentem. Dicamus ergo q̄ in toto tempore. a. ipsum. d. sit album. ⁊ in toto tempore. b. sit non album. ergo cum aliquando factum sit non album. oportz q̄ in. c. si est tps sit albū ⁊ non album. qz si. c. qđ est distinguens tpa sit tēpus. tūc ipm est pars tpis ꝑoris vltima. ⁊ pars tpis posterioris ꝑma. ⁊ rōne eius qđ est pars ꝑoris est in ipso. d. albūm qđ positū est in toto ꝑori esse album. ⁊ rōne eius qđ est pars posterioris ꝑma. tūc in ipso est. d. nō albū. qz positum fuit q̄ in toto posteriori tempore sit nō albuz ⁊ ḡsecat in nō albo. Jn toto aūt ꝑori qđ est tempus motus q̄ mouetur. d. de nō albo ad nō esse albū est adhuc album. qz ḡ diu durat motus tūc nō est in termino motus. terminus aūt istius motus est esse nō albuz perfecte. ergo in tēpore eodem qđ est. c. ipm. d. est albū ⁊ nō album. quod est impossibile. Nam in qualibet parte verum est dicere q̄ ipm est album. sed positum erat q̄ in toto. a. esset album ⁊ in qualibet parte ipsius. b. nō album. qz positum erat q̄ ipm in toto. b. perfecte esse non album. cum ergo. c. sit temp⁹ quod est in vtrisq; vt pars quedā vtriusq;. tūc oportz q̄ in. c. simul sit album ⁊ nō album. et cum ipsum dicat⁹ ab aduersario esse tempus indiuisibile. tūc sequitur q̄ in tempore indiuisibili sit simul album ⁊ nō album perfecte. qz omnib⁹ modis verum est. q̄ differētia distinguens inter duo est aliquid vtriusq;. cum non sit terminus indiuisibilis vtriusq;. sicut dicit aduersarius. sed tempus tunc erit necessario pars vtriusq;. ⁊ sic sequitur necessario prehabitum incōueniens. ergo non est dicendum q̄. c. distinguēs inter duo tempora sit tempus. sed indiuisibile temporis quod est finis temporis ꝑoris. quod est finis alterationis albi ad non album. Unde dicendum est. q̄ licet in qualibet parte temporis. a. sit ipsum. d. adhuc album. quia mobile in toto tempore motus est sub priori forma que continue abijcitur. sed non est in quolibet indiuisibili illius tēporis album. quia in vltimo indiuisibili non refert ad motum. sed ad formā acquisitam que est non album que forma fundatur in cōtrario habitu positiuo que est nigrum. aut alius color medius. qz tūc nō refertur nisi ad posteriorem passionem sicut terminus in motu. Et ab illo eodez nūc sicut ab indiuisibili diuidente iuxta predicta duo tpa inchoatur tēpus quietis in eo qđ est perfecte non album esse. qz dicat⁹ aliqđ fieri album in toto. a. tempore siue dicat⁹ corrūpi in toto tpe. a. necessariū tamē est generatōem albi terminari aut eiusdem corruptionē. ⁊ cū. c. sit ille terminus iuxta iam dicta. necessario est esse generatū vel corruptuz in ipso. c. ergo in illo finali tēpore ꝑmū est verum dicere. q̄ est nō album qđ fiebat nō albuz ante hoc in toto ꝓximo tempore distincto. a. c. Et in illo est verum dicere q̄ ꝑmū

est nō albū perfecte si dicak corrūpi in ꝓtinuo ꝓxi qō continuak ad indiuisibile vltimū qō est.c. aut sequetur inconueniens ꝓmū. scz ꝙ cū factum est.a. sequetur ipm adhuc nō esse aut etiam simul esse album ⁊ nō esse album. ⁊ oino id est vniuersaliter sequitur vnū ⁊ idem simul esse ⁊ non esse in generatōe ⁊ corruptōne. Et ꝙ illud inconueniens sequak hoc potest sic intelligi. Naz si dicatur aliqd generari in toto tpe significato per.a. accipiendo generatōem vt immixta est alterationi. tūc in nulla parte talis tpis est generatum. ergo nō est generatū in vltima parte. ergo in vltima adhuc generak. sed vltima est distinguens inter tempus ipsius generationis ⁊ generati esse ꝑfecte. ergo in vltima rōne eius qō est ꝓma pars generati esse ꝑfecte erit res ꝑfecte generata. ⁊ rōne eius quod est generari nō est facta. sz adhuc generak. ergo in eodem tpe in quo res est facta nō est facta. et genita adhuc nō est genita. Si aūt ponantur duo tpa corruptōis ⁊ corrupti esse distinguī ꝑ tertiū tempus. tūc eodē modo vt ꝓus sequtur ꝙ aliqd erit cū corruptum est ex eadē rōne qua ꝓus ꝓbatū fuit de alteratōe

¶ Si autē quodcūqz fuerit ꝓus nō ens necesse est fieri ens. ⁊ cū fit nō est. nō possibile est in atoma tpa diuidi tempus Si em̄ in a tpe d fiebat albū. factum est aūt simul. ⁊ est in altero indiuisibili duo tempore. habito aūt in b si in a fiebat. non erat in b albū. generatōem em̄ oportz esse quādam mediā quare et tempus erat in quo fiebat Nō em̄ eadem erit rō ⁊ nō in atoma diuidentibus. sed ipsius tēporis in quo fiebat factum est et est in vltimo signo: cuius nihil est habitū neqz ꝓsequenter. sed indiuisibilia tpa ꝓsequenter sunt. Manifestū aūt est qz si in a toto tempore fiebat nō est plus tēpus in quo factum est ⁊ fiebat. qz in quo solū om̄i fiebat. Quibꝫ qdem igitur aliquis tanquam ꝓprijs credet rōnibꝫ be ⁊ huiusmodi quedam sunt

¶ Nec ꝓbus dt ꝙ eodem mō est de tpe. sicuti est de re q̄ fit ꝑ motū. q̄ sicut id qō fit ꝓus est in non esse siue fieri qz sit ⁊ suū fieri postea terminak ꝑ esse. ita tps terminak ad indiuisibile in quo res ꝓmo est facta. ⁊ illud indiuisibile nō est aliqua ps tpis. sed est terminus finalis motus ꝓxis ⁊ principium alterius. vt patuit multotiens supra. Et sic ꝑz falsitas antiquoꝝ diuidentium tps in atoma tpa ⁊ ꝙ vnū atomuz distingueret inter duo alia tpa atoma ita ꝙ sint tria tpa atoma sese ꝓsequntia. qz sequūtur inconuenientia ꝓus inducta. Ista em̄ inconuenientia non sequūtur ad dicta ꝓbi dicentis tēpus fieri in atomo nūc ⁊ nō in atomo tpe. qz in vltimo ipsius tpis in q̄ fiebat res qđ fuit in motu ⁊ mutatōe res ipsa est in facto esse ⁊ in esse. nā sicut vltimū tpis est indiuisibile nūc. ita vltimū ei⁹ qō est fieri est factū esse ⁊ eē. tali aūt indiuisibili vltimo tpis p̄cedētis nihil est habitū. hoc est ꝓnis eiusdē tpis. neqz ꝑm dictum ꝓbi indiuisibile est ꝓsequēs ad indiuisibile. qz indiuisibile qō ponit ꝓbs est terminꝰ nō ipsius nūc sz ipius tpis. sed atoma siue indiuisibilia q̄ illi ponūt sunt sese ꝓxima immediate. Ex oibꝫ istis declaratis manifestū est si aliqd fiebat in toto tpe. a. tūc nō est addendū aliqd plus tpis in q̄ fiebat et factū est. sed fiebat in toto tpe ⁊ in q̄libet ei⁹ pte. ⁊ in vltimo indiuisibili tpis factū est qō tū indiuisibile nō est tps nec pars tpis. ⁊ ideo nō est dōm ꝙ. c. tps addendū ē ad. a in q̄. c. factū ē id qō ꝓtinue in cōtinuo fieri fuit i. a. qz talis positio non ꝓcordat rei. Patz g̃ ex his ꝙ inter quoslibet duos motꝰ est tps ꝗetis. ⁊ inter q̄libet duo tpa est instās indiuisibile ꝑm actū diuidens. Et sic habek rōnibꝫ demōstratuis ꝙ motus reflexi nō sunt ꝓtinui.

¶ Rōnabiliter aūt ⁊ ex his intēdētibꝫ videbik alicui et idē hoc accidere. Oē em̄ qō mouek cōtinue si a nullo ꝓhibeak in qō q̄dez venit ꝑm loci mutatōem in hoc ⁊ ferebak ꝓus. vt si in b venit ⁊ ferebak in b. ⁊ nō cuz ꝓximū erat. sed mox sicut incepit moueri. q̄d em̄ magis nūc q̄z ꝓus

¶ Nec ꝓbs ꝓbat ꝙ motus reflexus nō est ꝓtinuꝰ q̄nqz rōnibꝫ logicis siue cōibꝫ. qz sunt vlter ex his q̄ conueniūt oibꝫ motibꝫ ⁊ nō tm̄ ꝓuenientibꝫ motui locali. Prima autē ꝓme magis ꝓncipaliter conueniūt motui locali. Prima est. omne qō mouek ꝓtinue naturaliter aut volūtarie venit in idem a ꝓncipio motus. ⁊ in fine ⁊ in medio eiusdem nisi violenter ꝓhibeak ab aliq̄. Dicūtur aūt moueri continue ꝑm naturā vel ꝑm volūtatem illa q̄ a se mouenk. quia motus violentus nō ꝑt esse ꝓtinuꝰ. sed oē qō naturaliter mouek aut volūtarie in idem venit ꝑm loci mutatōez posterius in moueri quo venit ꝓus in motu eodem. Et ꝓbak ex eo ꝙ motus nō est nisi forme ad formaz. vel vbi post vbi. ⁊ ideo ꝙ oēs partes motus motū ipm ꝓtinue aliqd amittit de eo vnde est motꝰ. ⁊ ꝓtinue acqrit aliqd de eo ad qō est motus. ⁊ sic ꝓus ⁊ posterius in motu venit in idem. Aut sumik sic. si motus reflexus esset ꝓtinuꝰ et vnus. tūc sequerek ꝙ idem simul moueret ꝓtrarijs motibꝫ. sed hoc est impossibile. g̃. Sequela ꝓbak. nā si ponak rectū esse linea. a. c. tūc si ꝓtinuꝰ est motus reflexus sup. a. c. tūc vnus ⁊ ꝓtinuus est motus ab. a. in. c. ⁊ reditus ex. c in. a. et terminus formalis totius reflexi motus ꝑ⁹ vnam reflexionē in. a. g̃ qñ aliquid fertur ex. a. in principio reflexi motꝰ tūc fertur in. a. ⁊ venit in. c. ex quo datū est ꝙ mouek ꝓtinue in eūdo ⁊ redeūdo. g̃ qñ mouek ab. a. in. c. tūc fertur in. a. ꝑm motū vnū qui est. a. c. ⁊ hoc est q̄si diceret ꝙ qñ aliquid fertur a sursum in deorsum ꝙ tūc fertur in sursum. ⁊ qñ aliqd fertur de albo in nigrum ꝙ tūc fertur in album qñ aūt aliquid sic fertur. mouetur ꝑ⁹ motus cōtrarios. g̃ in eodē simul sunt motus ꝓtrarij ꝓtinui sine interruptōe ꝗetis. qz motus q̄ sunt ꝑm rectitudinē inter situs oppositos sunt cōtrarij. Et tenet ista rō in motu recto ⁊ non in motu circulari. qz ibi nō sunt oppositi termini. sed mouek mobile ab eodem ad idem

¶ Siliter aūt ⁊ in alijs. Qō autē ab a ferk in c. iterū veniet in a ꝓtinue motū. cū g̃ ab a in c ferebak tūc ⁊ in a ferk ꝑm motū q̄ est a. c. ⁊ ecōuerso. ẽre simul ꝓtrarijs. Cōtraria em̄ q̄ ꝑm rectitudinē simul aūt ⁊ ex hoc mutat in quo nō est. Si igik hoc ē impossibile nec̄e est stari in c. nō ergo vnꝰ motꝰ distinctꝰ em̄ statu nō est vnus

¶ Nec ꝓbus ponit secūdam rōnem istam scilz. qz si motus reflexus esset vnus ⁊ ꝓtinuus. sequeretur ꝙ aliquid moueretur ab illo termino in quo nūquam fuit. sed hoc ē inconueniens. ergo nō est vnus ⁊ ꝓtinuus. Sequela ꝓbatur. quia cum ex. a. moueatur in. c. tūc mouek in. a. vt dictū

aduersarius veritatis. sed nō mouetur ab. a. nisi ex. c. sicut non est motus ad calidū nisi sit a frigido. cū g̃ nō sit in. c. qñ mouet ex. a. ad. c. sequr q̄ mouetur ex. c. qñ nō duz est in. c. ista aūt sunt impossibilia. igit est stare in medio omniū duoꝝ ꝓtrariorꝝ motuū succedentiū sibi in eodē motu ergo in. c. statur. Non g̃ est vnus motus ab. a. in. c. z a. c. in. a. qz reditus nō est idem statui nec etiā motui.

¶ Amplius aūt et ex his manifestū vniuersaliter magis de oīmi motu Si em̄ oīme qđ mouetur mouetur aliquo dictorū motuū. z quiescit aliqua dictarum oppositarū quietum. nō erat em̄ alius ꝓter istos. qđ aūt nō semper mouetur fm hūc motum. Dico aūt quicūq; sunt alterī specie. et nō si aliqua pars est totī. necesse est ꝑus q̄escere fm oppositam quietez. Quies est ꝓuatio motus. Si igitur ꝓtrarij quidem motus sunt q̄ fm rectitudinem. simul autē non ꝓtingit moueri cōtrarios qđ ab a ad c ferretur. nō vtiq; ferf simul z ab ipso c ad a. Qm̄ autem nō simul fertur. mouef aūt fm hūc motū. necesse est ꝑus quiescere apud c. Hec em̄ opposita quies ei q̄ est a c motui. Manifestū igit ex his que dicta sunt. qm̄ nō est ꝓtinuus motus.

¶ Hic pbus dicit q̄ ex his manifestū est qđ dictum est si loquutio fiat de hoc qđ ꝓuenit magis vniuersaliter oī motui. Nam si oīme qđ mouef aliquo dictoꝝ motuū moꝫ uetur. z quiescit aliqua quietum in sexto determinatarum tūc nullus motus neq; quies erit ꝓter illos qui in sexto huius determinati sunt. Et deinceps ponit pbus terciā rōnem. istam scz. Omne qđ non semp mouetur vno z eodem motu fm spēm. z non mouetur motu qui est pars alterius motus. necesse est ꝑus quiescere quiete opposita illi motui quo mouef. sed illud qđ mouetur motib; diuersis fm spēm nō semp mouef eodem motu fm spēm. ergo motus eius procedit ex quiete opposita motui. sicut actꝰ procedit ex potentia siue ꝓuatione. quoniā quies est ꝓuatio motus. Maior patz. qz motus nūquam est ad motuz neq; ex motu nisi sit pars illius motus. aut nisi sit hoc per accidens sicut illuminatio est finis motꝰ localis. Minor patet. qz illud qđ fertur ab. a. superiori ad. c. inferius vtiq; nō simul fertur his ꝓtrarijs motib; neq; vnus continuat ad alterū sed mouef fm alterū istorū motuū. ideo necārū est dicere q̄ moueat a quiete opposita illi motui. ergo ante q̄ exeat reuertendo ab ipso. c. ad. a. quiescit in. c. qz oppositа sunt quies in ipso. c. z motus ab ipso. c. in id quod est. a Et sic manifestū est ex his que dicta sunt tales motꝰ nō esse ꝓtinuos ex quo interponit eis quies

¶ Amplius aūt z hec rō magis ꝓpria est his q̄ dicta sunt. Simul em̄ corruptuz est qđ nō album est qđ factum est album. Si igitur continua alteratio ad album ex non albo. et ex albo in non album nō manet aliquo tempore. simul corruptum est non album. et factum est album et factū est nō albū. Triū em̄ erit idē tps

¶ Hic pbus ponit quartam rōnem. z dr q̄ hec rō inter rōnes logicas z ꝯmunes est magis ꝓtinuata ꝓposito et magis ꝓpria illi q̄ ille que inducte sunt ꝑus z deducens ad impossibile Et est ista. si motus reflexus esset ꝓtinuus motui directo z vnus cū eo. tūc seq̄retur q̄ in eodez nunc simul aliq̄d essz factum albū z corruptū nō albū. qz generatio z corruptio nō sunt nisi in finali instanti motꝰ z mutationis. Si ergo ꝓtinua z vna dicaf alteratio que est ex nō albo in albū. z ecōtra ex albo in nō albū. z non fit mansio siue quies inter duas alteratōnes in aliquo tēpore. tūc est vnū instans finale vtriusq; alteratōis. Cum ergo in vna alteratōe corrūpatur nō album z fiat albū. z in secūda corrūpatur albū z fiat nō album. nccārium est q̄ oīnia ista fiant in instanti. z sic tempus alteratōis coꝫ terminatur ad idem nūc numero. et sunt ibi tria. scz factio albi z factio nō albi. z corruptio nō albi. que trā sunt quatuor fm rōnem. scz due corruptōes. vna albi. z alia nō albi. z due generatōes vna albi z alia nō albi

¶ Amplius nō si ꝓtinuū est tempus z motus sed ꝓsequenter. Quomodo igit erit vltimū idē ꝓtrariorū vt albedinis et nigredinis.

¶ Hic pbs ponit q̄ntam rōnem ad idem. qz ad vnitatem z ꝓtinuitatē motus nō sufficit vnitas tpis. sed etiaz requirit vnitas subiecti. z etiā q̄ sint in vnaz spēm z nō in ꝓtrarias sed sic nō est in motu directo z reflexo. ex eo q̄ stz ꝓtrarij. qz termini coꝫ sunt ꝓtrarij. g̃ nō potest esse vnus et ꝓtinuus motꝰ q̄ est reflexus

¶ Qui autem in circulari erit vnus z cōtinuus nullum em̄ impossibile ꝓtingit Quod em̄ ex a mouetur simul mouebitur in a fm eandem positionem. Jn qđ em̄ venit et mouetur in hoc z ex hoc. sed non simul mouebitur ꝓtrarijs neq; oppositis. Non em̄ omnis qui est in hoc ei qui est ex hoc ꝓtrarius est neq; oppositus. sed contrarius in recta quidem. Hic em̄ est contrariꝰ fm locum. vt qui fm diametruz. distat em̄ plurimum. Oppositus aūt qui est fm candez longitudinem. Quare nihil prohibet moueri cōtinue et nullo tempore deficere

¶ Jstud est cap'm quartum in quo pbs ostendit motū circulare esse ꝑpetuū z vnū. ex eo quia nullum predictorū impossibilium sequitur si ipse vnus z continuus ponatur Et hoc ostendit duab; ratationib;. Quarū ꝑma est. motus q̄ est ex aliquo termino nō ꝓtriaf motui q̄ est in illū terminū sicut in motu recto. g̃ ipe p̄t esse vnus z cōtinuꝰ Añs patz. qz in motu circulari fit processus ab eodem in idem. sicut si pūctus inceptōis eius signef g. a. tūc movebitur q̄ totū motū in idē pūctū. a. fm eādē rōnem z situm Nam oīme quod mouetur in hoc mouetur ad qđ venit per motū suū. sicut circulus deuenit q̄ motū suū in punctū ergo ab illo eodē incipiet moueri. z q̄ cōsequēs motus eiꝰ est ab eodez ad idem. z sic nulla ꝓtrarietas situs aut etiā ꝓtrariarū formarū impedit ꝓtinuatōem talis motus. qz nō est vlter verū q̄ oīs motus q̄ est ex aliquo sit ꝓtrariꝰ illi qui est in illud aut oppositus ei. sed hoc est verū de omnib; motib; qui sunt in linea recta. quia illi habent contrarietatem fm lineam rectam in qua est maxima distantia. sicut distantia fm extremitates distant plurimū. z motus

sunt oppositi qui sunt ſm eandē longitudinem in spacio ſm terminos oppositos longitudinis sicut etiam sursuz et deorsum. Jn sphera aūt nō est maxima distantia qz ipa diuidit in centrū et circūferentiam que maxime distant et motus circularis nō est centri ſz ām circūferēcie sicut ꝓpꝛij subiecti qđ mouetur circa centrū et non ad centruz et ideo cū sit in eadez circūferentia nihil est qđ ꝓhibeat eū esse cōtinuum et tempus nullū deficere eius cōtinuatōi qz nullus pūctus per motum sphere in actu describitur super spherā. sed oēs sunt in potentia z ideo nuſq̄ diuiditur talis motus. nec quiete intercipitur.

Circularis quidem ēm motus est ab eodez in idē. rectus aūt ab eodē in aliud. z q̄ quidē in circulo nequaq̄ in eisdē ē. q̄ vero ſm rectitudinem multotiēs in eisdē est Cū quidē igitur ſq̄ in alio et alio fit cōtingit moueri cōtinue qui vero in eisdē multotiens nō ꝓtingit necesse est ēm simul moueri cōtrarios Quare neq̄ in semicirculo neq̄ in alia circulatōne neq̄ vna cōtingit moueri cōtinue Multotiēs ēm necesse eadem moueri et contrarias mutatōnes mutari Non ēm copulat principio finez qui aūt circuli copulant z solus est perfectus.

¶ Hic phs ostendit scđa rōne motū circularem esse ꝑpetuum z vnum. Et est ista. Circularis est ab eodem in idem cōtinue. Rectus aūt est ab vno in aliud qđ est oppositus ꝑmo et est alia eiusdē rei. qz motus circularis nō est in eisdem multotiens ſm situz sed est ſq̄ ſm duos arcus quorū vnus eleuatur z alter deprimitur. z ꝑ vnū fit motus et ꝑ alterū regiratio. Motꝰ aūt reflexus ſm rectitudinē in eisdem est qm̄ super eandē longitudinē vadit et reuertitur. Exempli gratia. vt si moueaf d ſm lōgitudinem rectam signataz per a z b in c. tunc necessariū est ipm sup eandem redire ab ipso c. in a. et illi termini vt manifestum est etiam sunt oppositi. qz igitur motus circularis semper est de arcu in arcuz alium cōuenit ipi ſm omne tempus ꝓtinue moueri Jlle aūt qui est in eisdem multotiens nō conuenit moueri cōtinue. quia in eisdē ꝑtibꝫ positionis nō potest esse niſi ſm ꝓtrarios terminos et tamē a cōtrarietate terminoꝝ motus sunt contrarij. Et hec eadem est causa quare neq̄ super semicirculum neq̄ super aliquam portionem circuli maiorem aut minorem potest esse continuitas quod est eundo et reuerendo super eundem arcum semicirculi ad duo extrema puncta chorde cuiuscunq̄ subtense arcui non potest esse vnus et cōtinuus motus. quia eibus his modis oporteret q̄ id quod fertur multotiēs transiret eundo et redeundo super arcū eiusdem circuli. z sic mutatōnes ille haberēt cōtrarietatē ꝓpter quā se necessario sisterēt z corrūperent seinuicem. quia in nullo talium arcuum copulatur finis ad principium sed in oībus illis in extremitatibus arcuum signantur duo puncta. substantialiter diuersa. et in motu reflexo vtrūq̄ eorum super arcum accipitur vt vnuz in substantia z duo in ratione. quia ēm finis motus est ad ipsum in tali semicirculo. et ab ipso in motu reflexo rangq̄ a principio. ergo necessario iuxta disparata intercidit quies in illis motibus. Nam in puncto reflexionis necesse est mobile quiescere. sed circularis motus est in circulo in quolibet pūcto copulat finem ad principium. quia in circūferentia nullum est punctum actu descriptū. et ergo nunq̄ intercipitur quiete sed ē cōtinua non habens principium medium vel finem ſm actuz distincta sed equalis dispositionis ad motum est mobile tale vbiq̄. et ideo solum hic motus est perfectus an nihil addi potest sicut nec circulo aliq̄d addipotest vt patebit primo celi et mūdi.

Manifestū aūt et ex hac diuisione. qm̄ non ꝓtingit alios motus esse continuos. Jn oīb ēm accidit eadem moueri multotiens vt in alteratiōe media. et in eo que est q̄titatis ſm medium magnitudinis. et in generatione et corruptione similiter Nihil ēm differt pauca aut multa facere in quibꝫ est mutatio neq̄ mediū ponere aliquid aut auferre. Utrobiq̄ ēm accidit eadem moueri multotiens

¶ Hic phs dicit q̄ manifestum est ex diuisione motus. q̄ nullus alius motus a motu locali potest esse perpetuus z continuus. qm̄ oēs tales motus sunt inter extrema determinate contraria aut contradictoria. si igit debeāt nō deficere necessarium est q̄ eadem multotiēs moueantur ſm easdem distantias formarum eundo vel redeundo siue reflectendo. ideo non possunt esse motus continui. Exēpli gratia. in alteratione fit reflectio ſm eadem media duorum extremorum inter que motus alterationis. et similiter in motu augmēti et decrementi q̄ est q̄titatis in genere motus reflexio fiet ſm eadem media duoꝝ extremorū inter q̄ est augmētum et decrementum. Et similiter est in generatōne quātū ad reflexionē que est inter esse z non esse inter que sunt due mutatiōes generatiōis et corruptionis. et in istis nō est dīa vtrum media per que est reflexio sint pauca aut multa aut nulla qz interruptio motus nō est ꝓpter media ſz potius ꝓpter extremū quo vtitur vno vt duobus in omni reflexione. vt patet ex predictis. z ideo siue media sint multa siue pauca. et siue medium aliquid esse ponatur vel medium in toto auferatur sp accidit multotiens reflecti ꝓpter eandem distantiam eorū extremorū propter qđ motus discōtinuaf ꝑ quietem interpositam

Manifestū igit ex his qm̄ neq̄ physiologi bene dicūt oīa sensibilia moueri ſq̄ dicētes moueri ēm necesse est aliquē horū motuū et maxime ſm illos est alterari. Fluere ēm dicūt et semper corrūpi. adhuc aūt et generatiōem et corruptōnem alterationem dicūt. Ratio aūt nūc dicit vliter de oīm motu q̄ ſm nullū motū ꝓtingit moueri ꝓtinue ex quez circulo Quare neq̄ ſm alteratōnem neq̄ ſm augmētū qđ qđē igit neq̄ ifinita fit mutatio neq̄ vna neq̄ cōtinua extra circuli motū nobis dicta sint tanta.

¶ Hic phs ex p̄dictꝫ infert vnū corrollariū dicēs q̄ physiologi hoc est sermonez facientes de natura bñ dixerunt aliquē motum ꝓtinuum esse in natura. sed in hoc erraverunt q̄ dixerūt oīa sensibilia hoc motu semper moueri. Concedendū ēm est q̄ sensibilia si moueantur necessario mouentur aliquo illoꝝ motuum qui sunt ad formaz

